Pour revenir à Euthymius, le même Maldonat *témoigne* qu'il est difficile d'exemter de Pelagianisme sa remarque sur ces paroles, *Je* (*d*) *ne suis point venu appeller les justes à penitence, mais les pecheurs*, à moins qu'on n'adoucisse son expression : car il fait parler en ce lieu-là Jesus-Christ comme s'il n'étoit point venu pour les justes, qui peuvent d'eux-mêmes se sauver, mais seulement pour les pecheurs qui ont besoin de penitence. L'on ne peut cependant l'accuser de Pelagianisme, parce quil a supposé avec les autres Pères Grecs une grace generale qui est donnée à tout le monde, et qu'il a reconnu après eux que la volonté de l'homme, quelque bonne et portée au bien qu'elle soit, ne sauroit rien faire sans la grace (*e*). Aussi ce docte Jesuïte luy a-t-il rendu justice, ajoûtant qu'il ne condamne nullement l'Auteur qui est orthodoxe, pieux et savant, mais seulement son expression qui paroît trop libre : *Quanquam*, dit-il, *non auctorem qui et Catholicus et pius et eruditus est, sed auctoris minus cautum loquendi modum damno.*

Il y a plusieurs autres endroits où ce savant commentateur pourroit être soupçonné de Pelagianisme, ausquels neanmoins Maldonat n'a point touché ; ne croyant pas qu'il fallût juger de la doctrine d'Euthymius par raport à celle de saint Augustin. Il parle le langage de son Eglise dans la remarque qu'il a faite sur ces paroles de Jesus-Christ, *Qu'il eût mieux valu que Judas ne fût point venu au monde* (*f*). Quelques-uns, dit-il, assûrent qu'il n'y avoit point de la faute de Judas, puis qu'il a accompli ce qui avoit été determiné auparavant ; ausquels nous répondons qu'il n'a pas trahi son Maître par ce que cela avait été déterminé auparavant ; mais il a été determiné parce qu'il l'a trahi, Dieu ayant prévû tout ce qui devoit arriver : car cet homme devoit être veritablement tel, non de sa nature mais de sa volonté.

Il observe sur ces mots de saint Jean, *Afin* (*g*) *que tous crussent par luy*, que Jean a, à la verité, rendu temoignage afin que tous crussent, et que cependant tous n'ont point cru : car la foy n'est pas contrainte mais volontaire : Οὐκ ἐκ βίας γὰρ ἡ πίστις, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως·

Il ajoûte en suite sur ces autres mots, *Il* (*h*) *étoit la lumiere véritable qui illumine tout homme qui vient au monde :* s'il (*i*) illumine tout homme qui vient au monde, comment est-il resté tant d'hommes qui n'ont point été illuminez? Il repond que pour ce qui est de Jesus-Christ il illumine tout le monde ; que s'il y en a quelques-uns qui demeurent sans être illuminez, cela vient de leur volonté : car la grace de la lumière, ajoute-t-il, a été répanduë generalement sur tous à l'exemple du soleil; mais ceux qui ne veulent point jouir de la grace, sont eux-mêmes la cause de ce qu'ils ne sont point illuminez.

Les Livres du Nouveau Testament étant remplis de particules causales, qui semblent detruire la liberté de l'homme, il remarque à l'imitation des autres Commentateurs Grecs, qu'on ne les doit

(*b*) Διοτι οὐκ ἦν ἀναγκαῖον τὸ περὶ ταύτης εἰπεῖν. Τί γὰρ ἂν καὶ συνετέλεσε Χριστιανοῖς ἡ ταύτης διήγησις ; διὸ ταύτην μὲν παρέδραμον. Τοῖς δὲ λογοις τοῦ μυστικοῦ δείπνου φιλοπονώτερον προσδιέτριψαν, ὡς ἀναγκαιωτατον καὶ συνεκτικώτατον τῆς ἡμῶν πίστεως. Ibid.

(*c*) Maldonat. Comment. in Matth. cap. XXVI, v. 20.

(*d*) Matth. IX, 13.

(*e*) Euthym. Comm. ad Matth. cap. XXVI, vers. 35: Verba infra vide : Οὔτε ἀνθρωπίνη προθυμία κατορθοῖ τι χωρὶς τῆς θείας ῥοπῆς. κ. τ. λ.

(*f*) Φασι δέ τινες, ὅτι ἀνέγκλητός ἐστι, τὸ προωρισμένον ἐπιτελέσας. Πρὸς οὓς λέγομεν, ὅτι οὐ διότι προωρίστο, διὰ τοῦτο παρέδωκεν· ἀλλὰ διότι παρέδωκε, διὰ τοῦτο προωρίστο, τοῦ Θεοῦ προεισδότος τὸ παντὸς ἀποβησόμενον. Ἔμελλε γὰρ ὄντως ἀποβῆναι τοιοῦτος, οὐκ ἐκ φύσεως, ἀλλ' ἐκ προαιρέσεως. Ad Matth. cap. XXVI, vers. 24.

(*g*) Joan I, 7.

(*h*) Ibid. 9.

(*i*) Εἰ δὲ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, πῶς τοσοῦτον μεμενήκασιν ἀφώτιστοι ; τὸ μὲν εἰς αὐτὸν ἧκον πάντας φωτίζει· οἱ δὲ μένοντες ἀφώτιστοι, παρὰ τὴν ἑαυτῶν προαίρεσιν πάσχουσιν. Ἡ μὲν γὰρ τοῦ φωτὸς χάρις ἡλίου δίκην ἐπὶ πάντας ἁπλῶς ἐκκέχυται· οἱ δὲ μὴ θέλοντες ἀπόλαυσαι τῆς χάριτος, αὐτοὶ τοῦ μὴ φωτισθῆναι αἴτιοι. Ad Joan. cap. I, vers. 40.

point considerer comme causales, ayant été mises seulement pour signifiér ce qui devoit arriver. C'est en ce sens qu'il explique cette expression de saint Jean : *Afin* (*k*) *que cette parole du prophete Isaie fut accomplie*, Κἀνταῦθα, dit-il, τὸ ἵνα, οὐκ ἔστιν αἰτιολογίας, ἀλλ' ἐκβάσεως, ἤτοι πληρώσεως τοῦ μέλλοντος.

Ce qu'il étend generalement à tous les endroits où cette expression et quelques autres semblables se rencontrent : car, comme il ajoûte, les choses que les prophetes ont prédites ne sont pas arrivées parce qu'ils les ont prédites ; mais elles sont prédites parce qu'elles devoient arriver. Il repete la même chose sur ces mots du verset suivant, *C'est* (*l*) *pourquoy ils ne pouvoient croire parce qu'Isaie a dit*, où il remarque en même temps *que ne pouvoir point*, signifie aussi *ne vouloir point*, Τὸ γὰρ μὴ δύνασθαι σημαίνει καὶ τὸ μὴ βούλεσθαι.

Il ajoûte encore une reflexion semblable sur ces autres paroles qui suivent immediatement après, et qui paroissent d'abord avoir quelque chose de dur, *il a* (*m*) *aveuglé leurs yeux, il a endurci leur cœur de peur qu'ils ne voyent etc* (*n*). Cela, dit-il, est aussi une maniere de parler propre à l'Ecriture, de faire Dieu auteur de ce qu'il ne fait que permettre : car ces mots, *il a aveuglé, il a endurci*, sont la même chose que, *il a permis qu'ils fussent aveuglez et endurcis*, comme ne pouvant plus être gueris : car il ne tire personne par force, chacun ayant sa liberté. Ce qu'il confirme par plusieurs autres expressions tant du Vieux que du Nouveau Testament.

Je n'aurois jamais fait, si je voulois raporter en détail tous les lieux où ce savant Commentateur se précautionne, de peur qu'on n'attribuë à Dieu ce qui vient purement de nous. Il assûre après avoir conferé avec soin plusieurs passages ensemble, que ce sont des façons de parler propres à l'Ecriture : ce qu'il avoit apris des plus anciens Docteurs de l'Eglise. J'insererai encore icy la reflexion qu'il a faite sur ces paroles ; *Afin* (*o*) *qu'il donne la vie éternelle à tous ceux que vous luy avez donnez. Autant* (*p*) dit-il, *que cela est en luy. Si quelques-uns n'ont point cru, et n'ont point reçu la vie éternelle, c'est leur propre faute : car il a plu au Pere que le Fils donnât le pouvoir à tous par la foy, et que tous fussent soumis au joug de ses commandemens. Le Fils a aussi donné à tous par le ministere des apôtres l'Evangile, qui est la connoissance de Dieu, en laquelle consiste la vie éternelle. Mais ceux qui ne sont point soumis, et qui n'ont point reçu cet Evangile, sont eux-mêmes la cause de leur perte : car Dieu ne contraint personne malgré luy ; la vertu venant de notre choix.*

Enfin j'ay raporté dans la premiere partie de cet ouvrage, les observations critiques qu'Euthymius a faites sur le chapitre dernier de saint Marc, et sur le vin de saint Jean lesquelles sont des preuves de sa grande exactitude. Il ne dit pas, comme Hentenius luy a fait dire dans sa version, que les douze versets dont il s'agit en ce lieu-là n'ont été interpretez par aucun commentateur, mais seulement que saint Chrysostôme n'en parle point, Μηδὲ τὸν Χρυσόστομον ὅλως μνημονεῦσαι αὐτῶν : car c'est ainsi qu'on lit dans les deux exemplaires manuscrits de la bibliotheque du roy. Ce seroit icy le lieu de marquer les autres fautes de ce traducteur : mais outre que cela seroit long et même ennuyeux, on pourra publier le texte Grec de cet excellent Commentaire avec une nouvelle traduction. Il faut cependant avouer que Hentenius est beaucoup plus exact dans sa version, que celuy qui nous a donné en Latin le Commentaire de cet auteur sur les Pseaumes.

Hentenius de plus a eu un fort bon exemplaire ms. comme je l'ay reconnu em comparant sa traduction avec les deux manuscrits de la bibliotheque du roy, qui sont très-exacts. On y trouve aussi bien que dans le sien des scolies qui y ont été ajoutées, et qu'il a fait imprimer en caractères italiques. Ce qui mérite le plus d'être considéré, c'est que les copistes Grecs qui ont écrit ces scolies ne conviennent pas toujoûrs, y en ayant plus dans quelques mss. que dans les autres. Elles sont à la marge dans un des mss. du roy, et dans l'autre en partie à la marge, et en partie dans le corps du livre avec la note σχολ. *scolies* ; et quelquefois même sans cette note. Cette differente maniere d'écrire les scolies que les Grecs ajoûtent à la plûpart de leurs livres, y a apporté beaucoup de confusion : car il est arrivé dans la suite qu'on a confondu avec le texte plusieurs de ces scolies, comme il me seroit aisé d'en produire un grand nombre d'exemples, tirez de ce Commentaire d'Euthymius. Mais il suffit d'avoir fait cette observation en general, afin qu'on se précautionne en lisant les Commentaires des auteurs Grecs, où l'on a inseré plusieurs choses après coup, comme nous avons aussi vû qu'il est arrivé à Theophylacte.

(*k*) Joan. XII, 38.
(*l*) Joan. XII, 39.
(*m*) Ibid. vers. 40.
(*n*) Ἰδίωμα καὶ τοῦτο τῆς Γραφῆς, τὸ τὴν παραχώρησιν τοῦ Θεοῦ, ὡς πρᾶξιν αὐτοῦ λέγειν. Τὸ γὰρ τετύφλωκε καὶ τὸ πεπώρωκεν, ἀντὶ τοῦ παρεχώρησε τυφλωθῆναι καὶ πωρωθῆναι, ὡς ἀνιάτων. Οὐδένα γὰρ ἀνθέλκει, διὰ τὸ αὐτεξούσιον ἑκάστου.
(*o*) Joan. XVII, 2.
(*p*) Ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῷ. Εἰ δέ τινες οὔτε ἐπίστευσαν, οὔτε ἔλαβον ζωὴν αἰώνιον, τῶν τοιούτων ἐστὶ τὸ ἔγκλημα. Ὁ μὲν γὰρ Πατὴρ εὐδόκησεν, ἵνα πάντων ὁ Υἱὸς ἐξουσιάσῃ διὰ τῆς πίστεως, καὶ πάντες ὑπὸ τὸν ζυγὸν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ γένωνται· καὶ ὁ Υἱὸς δὲ πᾶσι διὰ τῶν ἀποστόλων δέδωκε τὸ Εὐαγγέλιον τὴν θεογνωσίαν, ἥτις ἐστὶ ζωὴ αἰώνιος, ὡς πρόξενος ζωῆς αἰωνίου· οἱ δὲ μὴ ὑποταγέντες, μηδὲ παραδεξάμενοι, οὗτοι τῆς ἑαυτῶν ἀπωλείας αἴτιοι. Οὐδένα γὰρ ἄκοντα καταναγκάζει. Αἱρετὴ γὰρ ἡ ἀρετή.

Jo. Albertus Fabricius in *Bibliotheca Græca* vol. VII, pag. 474. Hamburgi 1727, 4.

Commentarius (Euthymii Zigabeni) in quatuor Evangelia, ex Chrysostomo et aliis priscis Patribus non sine judicio delectus. Hoc quoque eximium opus nec dum Græce lucem vidit, licet id affirment viri docti, Caveus, Elias du Pin, atque alii. Latine e præclaro Codice Bibl. cœnobii Deiparæ Virginis Guadalupensis Ord. D. Hieronymi in regno Castellæ, transtulit I. Hentenius, accuratior Zino, Sauloque interpres, cujus versio prodiit primum Lovanii 1544. fol. recusa (*q*) Paris. 1547, 1560, 1602, 8, et in Bibliotheca Patrum, tom. XIX. edit. Lugd.

Duos codices ms. Græcos hujus Commentarii similibus qualia Hentenius in suo reperit scholiis instructos in Bibl. Regia Parisiensi evolvisse se testatur Rich. Simon., lib. III Historiæ Criticæ (*r*), Novi Test. cap. 29, in quorum altero Mazariniano, sed recentioris manus scriptura Nicetæ tribuitur quod non magis credibile, quam eorum conjectura, qui vel Œcumenio vel Ammonio nescio cui vel Theophylacto ascribere voluerunt.

Plura loca Græce ex hoc Commentario producit Simonius, tum hoc capite tum (*s*) lib. I. p. 120 145; et lib. III, p. 84, et magni eum facit in primis, assentiturque Maldonato, qui ad Matth. XVII, 8, Euthymium in verborum proprietatibus observandis diligentissimum esse observavit. Inter scriptores e quibus Aurea Thomæ Aquinatis Catena in Evangelia collecta est, Euthymii nomen in recentioribus quibusdam editionibus additum, in antiquioribus et in Romana anni 1670, desideratur. Vide Simonis Hist. Criticam Novi Test. lib. III, p. 409 et 473.

(*q*) A Voigtio in Catalogo Hist. Crit. lib. rar. p. 734, et ab aliis memoratur etiam ex Theoph. Sinceri Biblioth. Hist. crit. lib. rar. p. 125 seq. editio Parisina anni 1544 in-8 apud Joannem Reigny. Excudebat Carol. Guillard. Sed in Indice hujus editionis, quem integrum videtur exhibuisse Voigtius, non legitur : *Liber hic neque Græce neque Latine antea typis unquam excusus est* : quæ leguntur in editione Lovaniensi. Ergo ut videtur, Lovaniensis tamen est princeps, etsi reperiatur Parisina ejusdem anni. Forte autem erratum est in numeris, ac pro 1544 legendum est 1547. In tanta libri raritate nihil hac de re certum habeo.

(*r*) Commentatorum.

(*s*) De textu N. Test.

Ex tomo primo *Dissertationis historicæ in Bellarminum* P. Phil. Labbe.

Euthymius Zigabenus, monachus Græcus, vixit ineunte sæculo XII superstesque adhuc erat anno 1118, quo Alexius Comnenus imperator obiit. — *Scripsit* orthodoxæ fidei Panopliam adversus omnes hæreses, in duas partes tributam, interprete Petro Francisco Zino Veronensi canonico : Commentationes in omnes 150 Psalmos, et decem sacræ Scripturæ cantica, e Græco in Latinum sermonem conversas per R. P. Philippum Saulium, episcopum Brugnatensem ; Commentaria in Evangelia, interprete Joanne Hentenio Mechliniensi.

Hic auctor a Sixto Senensi diligens Scripturarum expositor, a cardinale Baronio accuratissimus earumdem interpres a Joanne Maldonato, in observandis verborum proprietatibus diligentissimus appellatur.

Jo. Augustus Ernesti in *Institutione interpr. N. Test.* Pars II, cap. 9, § 24.

Nec prætereundus Euthymius Zigabenus, Panopliæ Dogmaticæ scriptor, e sæc. XII; cujus Commentarios in Evangelia Latine editos a Joan. Hentenio habemus, pariter e Chrysostomo maxime, sed tamen et aliis ductos, et doctis valde probatos, ut Sadoleto (*t*), quem vid. Epist. p. 214 edit. nov. add. Fabric. Bibl. Græc. t. VII, p. 484. Et memorantur codices scripti Comment. in Epist. Pauli, item Catholicas.

(*t*) Apud Sadoletum l. l. in edit. Veron. 1737, 4, nihil nisi hoc reperi ; Ab Euthymio, cui ego sententias Basilii, Chrysostomique referenti, in Epistolis Pauli enotandis tribuo permultum.

Jo. Augustus Noesselt *De Catenis Patrum Græcorum.* Halæ ad Salam 1762, 4, pag. 23 seqq.

Ex eodem genere (*u*) est Euthymii Zigabeni sæc. XII monachi monasterii Constantinopolitani, cognominati τῆς περιβλέπτου, Panopliæ dogmaticæ scriptoris, Commentarius in IV Evangelia, quem a

(*r*) Exposuerat proxime ante hunc de Theophylacto.

Joan. Hentenio in cœnobio regni Castellæ repertum et e Græco in Latinum sermonem translatum habemus tom. XIX Bibl. PP. maximæ Lugd., p. 475 seqq. Concinnata est hæc expositio ex Origenis, Basilii, Gregorii Nazianzeni et Chrysostomi potissimum scriptis, ea ratione, ut prætermissis omnibus digressionibus, quæ vel dictionis venustatem subolent, vel ad corrigendos mores spectant, ea in primis breviter et succincte tradat, quæ ad sensum grammaticum intelligendum maxime faciunt. Quod auctoris nostri consilium cum aliis viris doctis, tum Maldonato præsertim acceptum fuit, qui in com. ad Matth. XVII, 8, in verborum proprietatibus diligentissimum eum esse monuit. Dubitarunt autem alii, utrum Euthymius, an alius quispiam auctoris laude ornandus sit ; ad quos pertinet Joan. Hentenius, qui in epist. nuncup. refert, plurimis auctorem hujus Catenæ visum fuisse Œcumenium.

Sed cum illud *videtur* maxime ambiguum sit, ita nec certius quid evincit adducta a Rich. Simone l. c. pag. 410, conjectura, qua, Theophylactum auctorem esse sibi persuadet. Qui enim inter utrumque intercedit consensus, vel a Chrysostomo, tanquam communi fonte, fluxit, vel si singularem dogmatum quorumdam tractationem spectes, a stabilitis in Ecclesia Orientali fidei capitibus. Verum sæpius discedere Euthymium a Theophylacto cum in interpretatione, tum in lectione, exempla comprobant. Ita e. c. cum Theophylacto quidem et aliis codicibus conspirat in lectionibus supra (*x*) memoratis Matth. III, 11 ; V, 47 ; Luc, VII, 31 et aliis. Haud raro tamen singulari lectione gaudet, in quibusdam tantummodo N. T. codicibus obvia ; ut Joan. VIII. 40, ubi loco παρὰ τοῦ θεοῦ Euthymius legit : Παρὰ τοῦ πατρὸς isque solus, et XIII, 25, voci ἐκεῖνος subjungit οὕτως. *Cum ergo ille recumberet ita super pectus Jesu*, etc. Quod interpretatur : *Ita sicuti recumbebat, hoc est non elevatus ; sed tantum conversus*. Similiter Joan. XIX, 16, legit ἤγαγον εἰς τὸ πραιτώριον. Matth. XIII, 27, deest σῷ (*y*) ; et Luc. V. 19 omissum deprehendimus διὰ ante ποίας. It. Luc. XXII, 35, recte cum codd. quibusdam omittit καὶ ὑποδημάτων. Sed cautio hic adhibenda est ac diligentia, propterea, quod omnes lectionum varietates minime ab Euthymio proficisci, sed multas potius e margine in contextum irrepsisse exploratum est. Refert enim Hentenius in præf. margini exemplaris ascriptas fuisse adnotationes (*z*), quæ deinde in reliquæ scripturæ ordinem redactæ atque post ejus particulæ textus enarrationem, ad quam ponebantur, ab ipso locatæ sint. Unde etiam haud mirum, quod toties cum exemplari (*a*) Complutensi Græco et Vulgato interprete congruat, præsertim cum ipse editor mala fide in corrigendo subinde egerit. Ita in recensione locorum quorumdam, in quibus exemplar Hentenii alia habebat, quam ea, quæ vulgo circumferuntur, exemplaria, ipse loco cit. pag. 485, narrat, verba Luc. XIX, 15. οἷς ἔδωκε (*b*) τὸ ἀργύριον apud Euthymium non exstitisse : *Quod tamen*, inquit, *addidimus sicut quibusdam aliis in locis idem fecimus, quod in aliis exemplaribus et in Complut. editione habeatur*. Hisce nævis facile mederi potuissent editores, si textum Euthymii collegissent e codicibus Græcis; præsertim Parisiensibus et Barocciano 28, qui Millio quondam in conquirendis lectionibus magno adjumento fuit. Illud quoque sciendum est, Euthymium iis in locis, ubi argumentum se offert, quod in alio evangelista jam dilucidatum erat, transmittere lectorem ad dictam expositionem, citato nimirum juxta Græcorum supputationem capite ; cujus allegandi rationis secundum majora κεφάλαια institutæ mentionem injiciens Sixtus Senensis, Bibl. S. L. III, p. 166, refert : Euthymius *seu, ut quibusdam videtur*, Œcumenius *distribuit Evangelium Matthæi in titulos seu capita* (*c*) 86. Cujusmodi distinctiones apud Marcum exstant 48 ; Lucam 83 ; Joannem denique 18 ; non numerata sectione de muliere in adulterio comprehensa, quæ narratio quanquam a Græcis doctoribus passim omissa, ab Euthymio explicatur (*d*). Neque etiam intactas relinquit sententias, quibus stant qui Græcæ Ecclesiæ addictos sese profitentur. Qualis est illa, quæ progenuit contentionem inter Græcos et Latinos diu olim agitatam ; quo scilicet die Christus agnum paschalem comederit ? porro doctrina de operum retributione non statim a morte cujusvis initium capiente, sed differenda ad diem judicii : denique etiam de Spiritu sancto a solo Patre procedente. cui opinioni inhæsisse scriptorem nostrum arguunt loca, quibus Spiritum sanctum a Patre procedere

(*x*) Pag. 16. Sunt autem hæ : Matth. III, 11 omittitur καὶ πυρί. N. 37, φίλους, pro ἀδελφούς. Luc. VII, 31, absunt, εἶπε δὲ ὁ Κύριος.

(*y*) Servat id uterque codex meus.

(*z*) Idem quoque de Parisinis codd. refert Simonius. Id intelligitur etiam ex hac editione et ex codicibus Mosquensibus. Sed ista additamenta in marginibus scholia spectant, non contextum.

(*a*) Complutensem editionem Hentenius ad manus habuit, ex qua etiam disputat contra editionem Erasmi. Sæpius etiam versionem Latinam Vulgatam pro Euthymio expressit. In eo autem secutus est consuetudinem illorum temporum.

(*b*) Servat hæc uterque Mosquensis.

(*c*) Imo 68.

(*d*) Addit vero Euthymius in fine cap. VII Joan : *Scire autem oportet, quod ea, quæ ab hoc loco habentur, usque ad eum, quo dicitur*. Iterum ergo locutus est illis Jesus, dicens : « Ego sum lux mundi, » *in exactioribus exemplaribus aut non inveniantur, aut obelo confossa sint, eo, quod illegitima videantur et addita. Et hujus argumentum est, quod nullus ea sit interpretatus*. Sed minus recte verborum Euthymii sensum percepisse videtur Hentenius, quoniam in duobus mss. codicibus, huic exemplari admodum similibus, quos commemorat Rich. Simon, l. c. pag. 422, verba ita se habent. Μηδὲ τὸν Χρυσόστομον ὅλως μνημονεύσαι αὐτῷ. Ita Noesselt *in nota ad h. l.*

asserit, nulla Filii facta mentione (*e*). Reliqua quæ Euthymii nomine feruntur scripta, nondum edita, num abeo profecta sint, exploratum non habemus. Certe quod ad Expositionem epistolarum Pauli atti-

A net a nonnullis Euthymio ascriptam, Rich. Simon Bibl. crit. de Du Pin l. c. pag. 323, eos Euthymium cum Œcumenio commutasse judicat.

(*e*) Ita ad Joan. XIV, 10. Et datur quidem a Patre, utpote ab illo procedens, mittitur vero à Filio quasi cooperans, et non contrarius. Similiter c. XV, 26.: Vide autem, quod mittit quidem eum et Filius, tanquam ejusdem cum Patre honoris ; verum id a Patre puta, procedentem. Procedit itaque a Patre, tanquam de ejus substantia. Noesselt *in Notis ad h. l.*

JOANNIS HENTENII MECHLINIENSIS

EPISTOLA DEDICATORIA

Illustrissimo ac reverendissimo domino D. Francisco a Bovadilla episcopo Cauriensi, archidiacono Toletano, etc. Joannes Hentenius Mechliniensis, S. D.

Si bonum eo præstantius esse quanto communius, nemo est vel mediocriter morali philosophia instructus qui dubitet, præsul amplissime, virtutum ac litterarum antistes ; non erit etiam qui ambigat, commune bonum privato esse præponendum. Idque adeo verum est, ut etiam Christus sacratissimam illam vitam suam vilem habuerit, quo universo generi humano salus adempta possit restitui. Verum ne dicat quispiam Christi opera utpote divina nequaquam in numerum esse redigenda : age et ab ethnicis quoque paucos de innumeris referamus, qui suam suorumque vitam communi bono posthabuerunt. In primis autem occurrit Junius ille Brutus, primus Romanæ libertatis assertor, qui proprios filios, quod fuissent consilii de reducendis regibus participes, securi jussit percuti : tametsi ex eorum cæde gravi ipse sauciaretur vulnere ; quis enim amor æquari possit patrum erga filios, amori ? Nec id sane Virgilium latuit, qui de eo loquitur in hunc modum :

Vis et Tarquinios, reges animamque superbam
Ultoris Bruti, fascesque videre receptos ?
Consulis imperium hic primus sævasque secures
Accipiet : natosque pater nova bella moventes
Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit
Infelix, utcunque ferent ea facta nepotes :
Vincet amor patriæ, laudumque immensa cupido.

P. Decius Mus cum consule T. Manlio, Torquato contra Latinos pugnans, cum responsum esset oraculo, utrius exercitus imperator legiones hostium, seque super eas devovisset, ejus populi partisque fore victoriam ; se ipsum pro communi exercitus salute devovit.

Idemque fecit filius ejus eodem appellatus nomine, cum jam tertium consul fuisset, semelque censor : quorum etiam his verbis poeta meminit :

Quin Decios Drusosque simul, sævumque securi
Aspice Torquatum et referentem signa Camillum.

Marcus Curtius præterea ob populi salutem sese equo invectum in terræ hiatum injecit. Sp. Post-

B humius consul, qui ignominiosam pacem cum Claudio Pontio Samnitium duce ad furcas Caudinas pepigerat ac spoponderat, auctor fuit senatui, ut se cum collega ac tribunis qui auctores sponsionis fuerant, per fœciales nudos vinctosque Samnitibus dederet, quo populus Romanus ab illa pace solveretur.

Q. Ceditius tribunus militum, quem videtur Titus Livius Calphurnium Flammam vocare, primo bello Punico cum quadringentis militibus vel, ut habet Livius, cum trecentis, nisi fortassis hic alius fuerit, morti se tradidit : ut dum in eos, tumulum quemdam capientes, averterentur hostes legiones cum consulibus circumventæ, incolumes ex obsidione liberatæ, pertransirent. Simile quoque egit Decius tribunus militum cum consule P. Valerio C Corvino, junctus hastatis unius legionis (quanquam hos fortuna liberaverit) ne hostes Samnites in eos pugnarent. Inter Lacedæmonios ingens est hujus modi copia exemplorum : verum præcipui sese mihi offerunt Buris et Spartis, qui ad Xerxen Persarum regem sponte profecti sunt : daturi pœnas quas Lacedæmonii juxta oraculum pendere debebant, eo quod Oratores a Persa missos occidissent. Hi ergo cum ad Xerxen venissent, jusserunt ut se quocunque modo videretur, pro Lacedæmoniis interficeret. Cumque rex pietatem in patriam admiratus, animorumque fortitudinem, liberasset illos a pœna, peteretque ut apud se manerent : Qui possumus, inquiunt, hic vivere, relicta patria, patriisque legibus ac viris, quorum gratia tantum iter suscepimus D morituri ? Quid Codri Atheniensium regis mortem referam, qui cum videret regionem suam ferro ignique vastari, nec alio modo juxta Apollinis oraculum tam grave bellum discuti posset, nisi ipse hostium manu occidisset, idque non solum in totis Atheniensium castris, sed etiam in contrariis percrebuisset, ideoque edictum esset, ne quis Codri corpus vulneraret depositis imperii insignibus, familiarem induit cultum, ac palantium globo sese objecit, unumque ex his falce percussum in sui cædem compulit, ut patriam servaret ; hujus siquidem interitu, ne Athenæ occiderent effectum est.

Huic jam rei finem imponam, si prius hominis ethnici, nempe Ciceronis *De somnio Scipionis* dictum vere Christianum de communis boni magnitudine retulero, qui sic ait : « Quo sis, Africane, alacrior ad tutandam rempublicam, sic habeto : omnibus qui patriam conservaverint, adjuverint, auxerint, certum esse in cœlo ac definitum locum, ubi beati ævo sempiterno fruantur. » Nihil est enim illi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quam concilia cœtusque hominum jure sociati, quæ societates appellantur : harum rectores et conservatores hinc profecti, huc revertentur. His igitur, qui vel seipsos fortiter pro republica morti tradiderunt, aut in ejus utilitatem artem aliquam quantumvis etiam illiberalem ac sedentariam, sive quidpiam in ea præcipuum gratumque posteris adinvenerunt, vices rependere cupiens antiquitas : et qua liceret, perpetuam eorum memoriam ab interitu vindicare, statuas æreas seu marmoreas sepulcra erexit. Præterea ethnicorum libros ingenti redemptos pretio magna fide vel religione potius descriptos, cedrinis inclusos capsulis, tum cedri succo oblitos, posteri in templis cautissime reponebant : partim ut rei tam sacræ, tamque divinæ custodia non aliis quam ipsis numinibus concrederetur : partim ne quid situs aut caries illa monumenta vitiaret. Alii ne hac quidem contenti diligentia, codices ceu thesaurum incomparabilem in altissimis terræ latebris recondebant tanta cura, ut nec incendiis, nec bellorum procellis, quibus omnia sacra profanaque solent misceri, interirent, et posteris certe superessent. Porro si hic honos est habitus superstitiosis etiam voluminibus, veluti Numæ ac Sybillæ, aut rerum ab hominibus gestarum memoriam complectentibus, quales erant Ægyptiorum libri : aut aliquam humanæ sapientiæ portionem tradentibus, veluti Platonis et Aristotelis : quanto justius est idem facere Christianos in servandis illorum monumentis ? qui sacro afflati Spiritu, non tam libros, quam oracula nobis reliquerunt, quibus lectitandis, pectus, non doctrina solum aut dicendi facultate, sed virtutibus ac pietate erga Deum impleatur : cum certe ethnicorum librorum jactura id tantum efficiat, ut minus eruditi simus, aut minus eloquentes, non ut minus pii.

In his itaque qui veterum auctorum ac Patrum scripta nobis tradiderunt, maxime autem Chrysostomi quo nemo in enarrandis sacris voluminibus dexterius versatus est, et quo neminem invenias magis accommodatum his qui ad munus concionandi sese parant non posteriores tulit Græcus quidam auctor : qui cernens veteres sacros auctores et præcipue eos qui plurimum laboraverant in enarrandis evangelicæ doctrinæ libris ad quam docendam Filius Dei ad terram descenderat nequaquam pro merito lectitari : sive id librorum multitudine, sive lectorum fastidio, sive temporis acciderit penuria : in unum collegit volumen, quidquid illi magna codicum turba selectum, circa Evangelia reliquerant. Et tamen cum posteris adeo utile ac amplectendum reliquisset opus, tanta fuit animi modestia quod etiam passim ex ejus scriptis luce clarius est perspicere ut sibi id adeo non vindicaverit, quod nec proprium nomen adjiciendum censuerit, sed Chrysostomi potius cum cæteris, quorum ingenue fatebatur esse potissima, quæ in unum ipse collegit quanquam et ipse suo marte plurima quæ et præstantissima erant, adjunxerat, ut hinc conjicias quantum animo dissideret ab iis qui in modum corniculæ alienis sese ornant ac venditant plumis. Plurimis sane auctor hic fuisse videtur Œcumenius is, qui similia Commentaria ex eisdem collegit auctoribus, in Acta apostolorum, in Epistolas quæ Catholicæ nuncupantur, ac in Paulinas omnes, ut certis quibusdam argumentis colligitur, etiamsi nec ibi voluerit suum nomen exprimere : qua de re pluribus agemus, cum tomum illum alterum propediem in lucem dabimus. Hunc itaque Græca manu descriptum ante multas ætates quod præter ipsas evangelistarum novo modo depictas, jamque propemodum vetustate deletas imagines, multis nobis argumentis innotuit cum casu reperissem in bibliotheca cœnobii Deiparæ Virginis a Guadalupe, ordinis divi Hieronymi in regno Castellæ, in qua etiamnum delitescit : ut sunt ejus sodalitii, præsertim autem celeberrimi illius monasterii cœnobitæ, non modo Christianæ nostræ religionis, verum etiam præstantissimorum semper auctorum, potissimum tamen veterum, diligentissini observatores ac cultores, visum est invidi esse, ne dicam impii, re adeo frugifera pati diutius privari Latinos. Nec tamen inscius eram, quam duram, quamque arduam adirem provinciam : partim quidem, quod propriæ conscius imbecillitatis, incultique ingenii, habueram semper in animo, nihil in publicum edere : partim vero quod mihi res esset cum ejusmodi libro, quem vel legere non mediocris foret negotii, utpote ignotis ut plurimum exarato characteribus ac compendiis, maxima licet cura ac diligentia : litterarum etiam figuris plerumque vel carie ac situ oblitteratis, vel tinearum ac blattarum injuria semirosis, vel novo adeo more depictis, ut in formis etiam noscitandis mihi foret repuerascendum. Omitto quod frequenter in orationis contextu non sunt a se invicem separatæ dictiones : et e diverso ejusdem dictionis litteræ aut syllabæ plusquam justo a se invicem separantur intervallo, adeo ut nec versus syllabam sæpius finiat : commata ac incisa vix adduntur, aut ubi nihil opus est apponuntur : quæ res plerumque difficultatem gignit non parvam. Sciebam præterea quanto ut in universum dicam sese exponant periculo, qui libros a peregrina lingua traductos in lucem edunt : quot et quam varios suscipiant judices, quorum plerique Græcis litteris ne a limine quidem salutatis, ob id statim omnia damnant, quod mundum illum rhetoricum præ se non ferant, ignorantes quibus arcetur modis is, qui alienæ linguæ depositum fi-

deliter reddere cogitur. Summopere enim curandum est *ei*, qui ab una lingua quidpiam transfert in aliam : ne dum sermoni quærit ornatum, *repente* pro interprete paraphrasten agat : rursumque ne ita verbis hæreat, ut prioris linguæ idiomata aut dialectos retineat : sed quæque lingua quod suum est habeat : alioqui nec Græce loqui videtur, nec Latine : idque quod in indoctum jactatum est comicum, ipsi adaptabitur, quod ex Græcis bonis, Latina fecerit, non bona, id quod de multis exulcerato hoc sæculo apte quis dixerit. Quis enim sacras jam Litteras passim non sibi vindicat, antequam discat : torquet, lacerat : suoque intellectui imo suis affectibus servire cogit scripturam etiam repugnantem? Et quemadmodum scribimus indocti doctique poemata passim, ita et plerique, quanquam in sua arena feliciter versarentur, proprios egressi limites, dum sutores, relictis crepidis, ignota quæque dijudicare conantur, non raro misere hallucinantur. Quid enim medico aut jurisperito cum versione aut interpretatione sacrorum mysteriorum ? Quodque longe magis deflendum est, dum animo pravis imbuti sunt dogmatis, quæ ex Græco vertunt in Latinum, non satis fideliter tractant : nunc quidem, quod frequenter accidit, cogente harum rerum imperitia, quod tamen, nisi illotis accederent ad contrectanda sacra manibus, facilius posset ignosci : nunc vero, ne suis repugnent dogmatis, aut truncatim, aut prave sensum nobis reddunt. Quod luce clarius ostendemus, ubi alterum tomum Deo propitio in lucem ediderimus, quod, ut spero, brevi faciemus. Ob hæc igitur aliaque plurima quæ versionem variis exaggerant difficultatibus, non is sum qui non intelligam, quantum huic auctori dignitatis, quantumque splendoris tenebricosus interpres abstulerim. Sed utcunque sit, sensum tamen me assecutum opinor, licet ipsum nullo cultu adornaverim : verum id nemo sanæ mentis in Commentariis requiret, maxime ab eo qui, ut præfatus sum, peregrinæ astrictus est linguæ. Quod si universis satisfacere non potui facile feram, cum ne mihi quidem ipsi in omnibus faciam satis. Attamen onus hoc, quanquam meis longe impar humeris, subire aggressus sum, quod alio sese non offerente, grande ducerem piaculum, si fideles diutius tanto fraudarentur thesauro. Quid enim, quod ad evangelicæ historiæ enarrationem attinet, in Chrysostomo potissimum, deinde et in Origene, Basilio, aut Nazianzeno invenies, quod hic facillime et succinctissime non proferat ? Et Chrysostomo quidem satis patet non eum fuisse scopum, ut Evangeliorum aut actionum apostolicarum, seu Paulinarum Epistolarum nudum nobis traderet intellectum. Alioqui enim tam vasta in paucos sacræ Scripturæ libros non reliquisset volumina, sed plebis formandos mores suscepisse magis videtur : et idcirco locos ad plebem tractat communes, et enarrationem homiliis distinguit. Quin et Theophylactus, quanquam is ad historiæ seriem magis accedat, non nihil tamen subolet dictionis illum affectasse venustatem : quodque rhetorice dixisse satis cupiat videri, et non soli litteræ enarrationi hærere. At noster hic auctor unicum hunc habuit scopum, ut evangelicam succincte cunctis aperiret historiam. Quod si ad mores quoque corrigendos nonnihil exhortationis exoptes, id etiam breviter quidem ac rarius, sed felicissime tradit hic auctor. Quam apte, bone Deus, cum evangelistæ plurimum dissidere videntur, ita dissidentia connectit loca, ut ab eodem plane illa videantur esse dicta. Et huic quidem rei nullus, meo judicio, adeo utiliter ac serio hactenus invigilavit. In quo tamen, sicut neque in cæteris, nolim quisquam meis fidem habeat verbis, nisi longe plura in hoc lectitando, laude digna repererit, quam ego possim assequi enumerando.

Hoc itaque opus, ut tibi nuncuparem, amplissime præsul, fecit inter innumeras tuas dotes, maxima humanitas tua : quam præter auditam famam longe lateque dispersam, non semel in te sum expertus : qua cum omnes etiam extremæ fortunæ homines tum studiis potissimum deditos, benignissime semper amplecteris : ipsaque studia, ubicunque vel minima datur occasio, totis provehis viribus. Præterea id magis aggredi sum ausus, quod cum tibi forte fortuna nos invisenti, primum hunc meum partum omnino adhuc informem demonstrassem, una cum Græco exemplari, nequaquam ut monstrum abhorruisti, sed veluti pulchellum pusionem avide deosculabaris : mirabare non nullas quoque occultas in eo dotes, non cujusvis oculis expositas. Quod nisi ita contigisset, qua temeritata, tentassem, tam locupleti hac etiam in parte, viro, tantillum offerre munusculum : Munusculum, inquam : nam licet in se munus sit, fortassis non aspernandum, si tamen ad immensas ac pretiosissimas tuas opes conferatur, indignum censebitur, quod in tuo thesauro, vel exiguum inveniat locum. Siquidem ut hæc interim sileam, quæ dicit Apostolus in episcopo non oportere desiderari : nempe ut irreprehensibilis sit, tanquam Dei dispensator, vigilans super gregem, sobrius non præfractus non iracundus, sed modestus, hospitalis, aptus ad docendum, pius, temperans, tenax ejus qui secundum doctrinam est fidelis sermonis, ut potens sit etiam exhortari per doctrinam sanam, et contradicentes convincere, non vinolentus, non percussor, non turpiter lucri avidus, sed æquus ac justus a pugnis et ab avaritia alienus, qui domui suæ bene præsit. (Nam si quis, inquit, propriæ domui præesse non novit, quomodo Ecclesiam Dei curabit ?) non in fide novitius, ne inflatus in judicium incidat diaboli : qui et bonum habeat testimonium ab extraneis. Ut hæc, inquam, omnia sileam quæ nullus qui te propius noverit, in te desiderare poterit : quin pleraque etiam abundantius inveniet, quam exegerit Apostolus, cum pulcherrimo quoque et fulgentissimo illo castitatis

cingulo. Verum quis non admirabitur in viro tam præclaro genere orto, cui adeo semper arriserit ex omni parte fortuna, quæ nihil quod suarum est partium ipsi unquam negasse videtur, tam variam, tamque reconditam eruditionem, judicium certissimum, ingenium tam acre, peneque divinum, memoriam adeo tenacem ? in quo præter exactam utriusque juris prudentiam, perfectam quoque trium linguarum peritiam quis non suspiciat? Nam in Græcis ac Latinis adhuc puer exercitatissimus erat : in Hebræis vero Deus bone quam feliciter versatus est, quam etiam erga suum præceptorem liberalis. Qui his igitur comitibus ita ad sacras jam dudum accessit Litteras, ut neque naturalis philosophiæ, neque theologiæ, quam scholasticam vocant, destitueretur peritia, quis ambigat ipsum mira præstiturum ? Itaque nullum in eis quantumvis abstrusum invenias locum, cujus, exactissimam non possit ex tempore reddere rationem. Sed qui ego hæc non credituris frustra denuntio ? de homine potissimum, qui nondum quintum et tricesimum attigit annum, in præclarissimo dignitatum opumque splendore semper constituto, quæ non parum impedimenti studiis afferre solent. Spero equidem quod concredita sibi talenta nequaquam in terram defodiet. Quanquam enim etiam nunc lucerna sit non subter modium, sed super candelabrum posita, omnibus qui in Ecclesiæ domo sunt, vitæ ac morum integritate, librorumque editorum doctrina prælucens, ac ut probum præstet Christi ovium sibi concreditarum pastorem, plurimis iisque maxime arduis distringatur negotiis : dabit tamen propediem, si divinare licet majus adhuc sui specimen in lucem, quo perspicuum omnibus fiet, me hæc assentandi gratia minime promulgasse, sed longe adhuc intra veritatis limites calamum continuisse. Quod si his e Græco vertendis vacare voluisset, supervacue nobis maximus hic labor sumeretur. Scio enim nonnulla eum quasi per ludum sibi ipsi vertisse facillime, in quibus ego noctes atque dies desudans, necdum omne id quod quærebam me opinor assecutum. O utinam tales forent omnes episcopi ac dispensatores, quos Dominus constituit super familiam suam, ut dent illi cibum in tempore ! profecto felicius ageretur cum Christi ovibus, imo cum tota republica Christiana. Præsulum namque et pastorum vitam ac mores grex universus imitatur. Quapropter omnibus in rebus, ornatissime præsul, hoc aurium ornamentum ne fastidias, te per tuam orbi cognitam humanitatem etiam atque etiam obtestor. Nosti enim ipsi præceptum fuisse Mosi, ut ad tabernaculum ac sanctuarium construendum non modo aurum et argentum, purpuram et byssum, lapides onychinos ac gemmas acciperet : verum etiam viles inter cætera caprarum pilos. Scis et viduæ duo æra minuta non modo fuisse Christo gratissima, sed omnibus quoque splendidis divitum muneribus ab eo præposita : et poculum aquæ frigidæ Christi nomine offerentem, nequaquam præmio fraudatum. Si igitur munus hoc ad tuas domi repositas divitias conferas, profecto vilius erit abjectissimis caprarum pilis : cui nihilominus, sicut et illis, locus erit ad exteriora tabernaculi Domini asservanda. Si vero animum quo munusculum hoc tuæ illustrissimæ offertur Celsitudini conspexeris, audeo asserere, auro et argento, purpura et bysso, lapidibus onychinis ac gemmis longe præstantius fore. Etenim si qua in re detur, ut propensi erga te mei animi facias periculum nullam, subire recusavero sententiam, si me ullo modo te inveneris fefellisse. Ne ergo munus hoc in se consideres, nec ad universam tui musei supellectilem conferas : sed ad offerentis animum, quo id verecunde porrigit, parumper oculos deflecte, ac munusculum hilari fronte suscipe : ut dum hæc non ingrata tibi fuisse deprehendero, majores ad hujusmodi studia vires assumam. Vale, præsulum decus eximium. Lovanii anno a partu virgineo, 1545, sexto Idus Augusti.

Ejusdem admonitio de auctore horum Commentariorum ex editione (a) Lovaniensi 1544, fol.

Studioso Lectori.

Cum hos Commentarios ante aliquot menses (*b*) in lucem ederemus, studiose lector, nec certi quidquam haberemus, quod de auctore divinaremus, aliorum magis, quam nostrum secuti judicium, præfati sumus, quibusdam videri auctorem esse Œcumenium, quem in cætera Novi Testamenti brevi a nobis Latinum accipies. Quanquam (ut verum fatear) hujus phrasis ab illo non parum (*c*) mihi dissidere videbatur. Nunc vero eumdem nacti auctorem in Psalmos Davidicos, et in Cantica quæ (*d*) una cum Psalmis canit Ecclesia, jam

(*a*) Hanc editionem, quam beneficio Heynii, viri perillustris, ex bibliotheca universitatis Goettingensis accepi, recenset Hamberger, *im vierten Theile der zuverlässigen Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern*, pag. 82. 83.

(*b*) Anno 1543, sexto Idus Augusti, ut ex ejus præfatione intelligitur.

(*c*) Magnum esse discrimen acuminis, ordinis, consilii, græcitatisque inter Pseudo-Œcumenium et inter Euthymium, nemo in dubium vocabit, qui utrumque legerit, sed de Œcumenio quid sentirem, dici alibi. Cum Euthymio nullo modo comparandus. Simillimus autem Euthymio est Pesudo-Theophylactus in Epistolas Paulinas.

(*d*) Ista cantica in plerisque codicibus τῶν Ο', junguntur Psalmis. Atque ita etiam reperi in duobus codicibus Mosquensibus Psalmorum cum interpretatione Euthymii, nimirum in cod. Bibl. SS. synodi num. 196 et 97.

secundo (*e*) typis excusum, certissimo certius ausi sumus ferre judicium, horum Commentariorum auctorem esse Euthymium (*f*) Zigabonum. Neque enim ovum ovo fuit unquam adeo simile, quam hæc (*g*) phrasis illi. Videas in utroque gratam cum simili pietate brevitatem, succinctam Hebraismorum explanationem. Et quemadmodum ibi Psalterium, ita et hic singulorum evangelistarum enarrationes simili ac pervenusta concludit (*h*) δοξολογίᾳ juncta παραινέσει. Adde (*i*) quod inter cætera enarrat et Mariæ ac Zachariæ cantica, quæ habet Lucas primo capite : quorum et in hoc et in illo libro, verbis duntaxat pro varietate interpretum immutatis, eamdem videbis interpretationem.

A Et utrobique super eo verbo, *Præibis ante faciem Domini parare vias ejus.* Quæ sint, inquit, viæ ejus diximus tertio capite Evangelii secundum Matthæum, ubi habetur : *Vox clamantis in deserto, parate viam Domini.* Cum hæc aliaque plurimaque certissima de hoc auctore indicia haberemus, maluimus in his quæ nondum distracta erant, exemplaribus, studioso lectori id indicare, quam eum diutius suspensum tenere. Quare sicut illorum Commentariorum in Psalmos, auctorem nemo dubitat vere esse Euthymium Zigabonum, sic neque deinceps horum in Evangelia Commentariorum suspicetur quisquam alium esse auctorem. Vale. Anno 1544. Nonis Februarii.

(*e*) Ex hoc colligit Hambergerus, supra laudatus: *Dass einige Exemplare, aller Wahrscheinlichkeit nach, das Jahr* 1543, *auf dem Titel führen.* Sed vocabulum *excusum* est ambiguum. Incertum enim, utrum ad Commentarios in Psalmos, an ad Commentarios in Evangelia sit referendum. Sed illud puto. Etenim Montefalconius in Bibliotheca Coisliniana, p. 58, memorat illorum Commentariorum, ex interpretatione Philippi Sauli, editionem Veronæ in-fol. ann. 1530, et Lutet. in-8, ann. 1543. Priorem, si recte memini, vidi quondam in bibliotheca amplissimi senatus Lipsiensis. Hanc, ut videtur, notat Hambergerus, loco laudato quanquam hic pro Lutetiæ, scripsit Parisiis. Alterum argumentum est, B quod in hac ipsa editione Euthymii, anni 1544, in Indice scribitur : « Liber hic neque Græce, neque Latine antea typis unquam excusus est. » Denique hic in fine hujus admonitionis legitur : « In his quæ nondum distracta erant, » etc. Est ergo hæc, ut credo, editio princeps, mutato tantum Indice.

(*f*) Ita, pro *Zigabenus.*

(*g*) Id ipse etiam testari possum, cum codices Mosquenses Psalmorum tractaverim.

(*h*) Sed hoc in pluribus Patrum Commentariis reperitur.

(*i*) His et similibus argumentis in primis efficitur, auctorem horum Commentariorum esse Euthymium.

EJUSDEM PRÆFATIO.

Candido Lectori.

Ne *quid* in hoc auctore evolvendo hæsites, candide Lector, paucis de rebus te duximus præmonendum. Id igitur primum sit, quod in eo exemplari quod ad nostras manus pervenit, quædam annotationes interdum ponebantur (*k*) in marginibus : quas, cum nequaquam pœnitendas censerem, non fuit animus penitus abjicere, ne vel hoc commodo fraudareris. Verum ne hujusmodi adnotationibus margines replerentur, nec esset spatium ponendis sacræ Scripturæ locis, quæ passim ab auctore citantur, eas in reliquæ Scripturæ ordinem redegimus, atque post ejus particulæ textus enarrationem ad quam ponebantur, locavimus : certis tamen quibusdam (*l*) notulis, hinc quidem adnotationem ipsam, illinc vero locum cui respondeant designantibus. Alias autem, quæ duobus verbis capitum sententias demonstrabant, suis locis reliquimus. Quin et paucis in locis, ubi operæ pretium visum est, nostras quoque adnotatiunculas margini addidimus : præsertim : cum litteræ dictio aliqua Hebraicam aut Chaldaicam C habet originem, quæ loca auctor noster, ut qui Græcus tantum esset, aut omnino prætermiserat, aut infeliciter tractaverat. In primo statim cujusvis faciei initio nomen evangelistæ, una cum capitis numero juxta Latinorum enumerationem posuimus : supra ipsos autem paginæ versus, majusculis litteris, numerum capitis juxta Græcorum supputationem quod eam solam auctor noster toto opere prosequatur.

Loca vero e Bibliis citata, aut ea concernentia, in margine adnotavimus ; numeris juxta Latinorum distinctionem capita designantibus, quod hæc opinemur esse tibi notiora. Ubi autem locus quispiam citatus, non fuerit in margine expressus, ad ejusdem voluminis locum antea citatum recurrito ; id enim de industria omisimus, ne idem caput D ejusdem voluminis toties iteratis vicibus adnotaremus. Ignosces etiam pro tua humanitate, candide lector, quod voces quasdam non vitaverimus, a quibus nostro hoc feliciori sæculo abhorrent nonnulli ; veluti sunt, *salvator, salvare, compati, compassio, incompassibilitas, dispensatio, dispensatorie ac similes :* potissimum cum viderem doctissimos ac eloquentissimos christianæ religionis proceres ab

(*k*) Idem observavit Richardus Simonius in Euthymii codicibus Parisinis, et nos in utroque Mosquensi.

(*l*) Nimirum signo crucis quod nos quoque imitati sumus.

his nequaquam abhorruisse, Tertullianum dico, Lactantium, Cyprianum, Hieronymum et Augustinum, qui etiam XII. De Trinit., cap 10, ita loquitur : « Nisi infirmitas esset, medicum necessarium non haberent, qui est hebraice *Jesus*, Græce *Soter*, nostra autem locutione *Salvator* : quod verbum Latina lingua non habebat, sed habere poterat, sicut habuit quando voluit. » Et merito hæc dicit Augustinus. Quis enim dubitat, quin Cicero, si nostris fuisset temporibus, nostræque fidei recepisset dogmata, plurimis usus fuisset vocibus quibus non est usus : quanquam et ipso verbo *Salvare* usus est in L. Pisonem, et ejus voce passiva, II De natura deorum. Quintilianus quoque lib. XII, cap. 10, usus est eodem verbo ; quod etiam adnotaverunt ante nos viri doctissimi. Quanquam recentiores typographorum castigatores hæc immutare ausi sint: sive id suo fecerint arbitrio, sive aliorum suasu, qui hæc depravata fuisse asserebant, quod rara essent inventu. Ego tamen vulgo me nonnihil accommodare debui. Quia vero locum quemvis ocurrentem idem auctor, nullo prætermisso ita explanat, ut quæcunque circa eam materiam, aut idem evangelista alio in loco, aut cæteri recensent, pariter edisserat, ad minima usque singulorum interdum verba, ubi vero sese postmodum eadem res obtulerit, ad dictam interpretationem citato juxta Græcorum supputationem capite transmittat: idcirco præstat antequam auctoris verba aggrediamur præmittere ordinem ac numerum singulorum capitum modo quo apud Græcos distincta sunt, quem et nos una cum auctore in nostra versione servabimus. Deinde quia in Græco, in quod incidimus, exemplari, contextus Evangelii non raro discrepat a Novorum Testamentorum editione, quæ passim Græcis excusa typis circumferuntur : quo ubi accidit, plerumque conforme est exemplar Græci hujus auctoris editioni Bibliorum, quæ dominus Franciscus Ximenez archiepiscopus olim Toletanus, ac S. R. E. cardinalis, immensis sumptibus, laboribus ac vigiliis, maxima cum diligentia compluti curavit nostris temporibus variis linguis excudenda : accitis undique terrarum tum viris in linguarum cognitione doctissimis, tum exemplaribus castigatissimis ac vetustissimis, vel ab ipsa Leonis X Bibliotheca, vel a Venetorum senatu transmissis, aut aliunde, nulla expensarum seu laborum habita ratione conquisitis. Ne quis ergo Evangeliorum contextum nos temere immutasse existimet, loca discrepantia adnotavimus : quanquam frequenter res sit exigui momenti, quæ dissidium faciat. Ubi autem Complutense hoc citaverimus exemplar, Græcum intelligimus contextum non Latinum nam in hoc nihil a Vulgata editione immutatum est. Porro in quibus dissideat Vulgata editio ab universis Græcorum exemplaribus, ex aliorum tum versionibus tum adnotationibus, facile cuivis perspicuum erit. Præterea ne quis protinus Vulgatam, hac in parte damnet editionem, quod ea quæ Græce per tempus præsens aut præteritum efferuntur, habeat in futurum versa, sicut nonnulli frequenter fecisse videntur : animadvertendum est, evangelistas et apostolos, cum genere Hebræi essent, hac in re sicut et in aliis multis, Hebraicum secutos idioma, quo illi frequentissime pro præsenti, quod proprium non habent, aut pro futuro, efferunt præteritum : utque in universum dicam, tempus unum pro alio Hebræi sæpenumero collocant : quod etiam evangelistæ non raro fecerunt, nec solus Matthæus, qui patria scripsit lingua, hoc est Hebræa, sed et cæteri, qui Græce scripserunt. Quædam ergo ex innumeris locis seorsim recensuimus, in quibus manifeste præsens, interdum etiam præteritum pro futuro locatum est : quorum et nos quædam exigente sententia, per futurum vertimus : alibi quoque id ex litteræ contextu aut ex ipsis Commentariis planum erit : interdum vero ob auctoris nostri enarrationem immutare non licuit. Est et alia peculiaris Hebræorum phrasis, quam non raro æmulantur evangelistæ, qua pro epitheto sive nomine adjectivo, addunt genitivum substantivum, dicentes : *Deus pacis, misericordiæ, justitiæ, ultionis*, hoc est, pacificus, misericors, justus, ulciscens : *lex mortis*, id est mortifera ; *filii inobedientiæ*, inobedientes ; *judex iniquitatis*, iniquus, *mammona iniquitatis*, iniquum ; *vox clamantis*, clamans ; fortassis et *merces iniquitatis*, iniqua. Sic Judas dicitur *filius perditionis*, hoc est perditus, aliaque innumera. Id plerumque immutare non licuit propter auctoris nostri scholia, quæ litteram per genitivum interpretantur : interdum quoque non libuit, quod apud omnes jam olim alia recepta esset sententia.

Ad hæc solent Hebræi hanc dictionem *verbum* aut *sermo* pro re vel facto ponere : quod in Veteri quidem Testamento frequentissimum est, ut cum dicitur (*Isa.* 39) : *Non fuit verbum quod non ostenderit eis Ezechias in domo sua*, ubi tamen paulo inferius subsequitur : *Non fuit res quam ostenderet eis in thesauris meis*. Et alibi (II *Reg.* I) cum sit David puero, qui ex castris Israel se fugisse dicebat. *Quod est verbum quod factum est ? indica mihi* ; et innumeris aliis in locis. Idem in Novo quoque Testamento passim (Marci I, Luc I, II, IV) usu venit, ut cum leprosus curatus disseminasse dicitur *Sermonem*. Et frequentissime apud Lucam ; *Non erit impossibile Deo omne verbum. Videamus hoc verbum quod factum est. — Quod est hoc verbum, quod cum auctoritate ac potestate imperat spiritibus ?* Et alibi frequenter. Quam tamen Hebræorum phrasim auctor noster plerumque non videtur animadvertisse, sicut nec præcedentem : quod Hebraice non calleret, sed tantum Græce. Atque ob id quoque citans quippiam ex Veteri Testamento, semper juxta Septuaginta profert Interpretes. Cæterum etsi cunctis manifestum sit me interpretem tantum agere, nihilque quod meum sit edere, sive illud approbandum sit, sive reprobandum : ne quis tamen hunc auctorem minoris faciat, quod uno aut altero in loco a communi La-

tinorum theologorum opinione dissentire videatur, quemadmodum et alii Græci : nempe de die mensis quo Christus mysticam celebraverit Cœnam, et de bonorum ac malorum retributione operum : utrum statim a cujusque morte fiat, an ad diem usque postremi judicii differatur, quemadmodum olim senserunt Græci. De Spiritu sancto quoque quod a solo Patre procedat, etsi id nusquam dicat auctor noster, idem tamen cum cæteris Græcis sensisse videtur, cum semel atque iterum dicat illum a Patre procedere, nulla Filii facta mentione. Et quanquam prædictis in locis, marginali adnotatiuncula te præmunierimus, candide lector : ob duo tamen illa posteriora tibi perpendendum est, quod auctor noster multis procul dubio annis tempora concilii Florentini præcesserit : in quo Eugenius Pontifex IV, consentiente imperatore Constantinopolitano, et loca tenentibus patriarcharum, cæterisque Ecclesiam Orientalem repræsentantibus, anno Dominicæ Incarnationis 1439, pridie Nonas Julii, sui pontificatus anno nono, litteras sanctæ dedit unionis, quibus prædicti omnes sua nomina subscripserunt, hæc inter cætera continentes.

Convenientes Latini et Græci in hac sacrosancta œcumenica synodo, magno studio invicem usi sunt, ut inter alia etiam articulus ille de divina Spiritus sancti processione, summa cum diligentia et assidua inquisitione discuteretur. Prolatis vero testimoniis ex divinis Scripturis, plurimisque auctoritatibus sanctorum doctorum Orientalium et Occidentalium : aliquibus quidem ex Patre et Filio, quibusdam vero ex Patre per Filium procedere dicentibus Spiritum sanctum, et ad eamdem intelligentiam aspicientibus omnibus sub diversis vocabulis. Græci quidem asseruerunt quod id quod dicunt Spiritum sanctum ex Patre procedere, non hac mente proferrent, ut excludant Filium, sed quia eis videbatur, ut aiunt, Latinos asserere Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere, tanquam ex duobus principiis et duabus spirationibus, ideo abstinuerunt a dicendo quod Spiritus sanctus ex Patre procedat ex Filio : Latini vero affirmaverunt non se hac mente dicere Spiritum sanctum ex Filio procedere, ut excludant Patrem, quin sit fons ac principium totius Deitatis, Filii scilicet et Spiritus sancti, aut quod id quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, Filius a Patre non habeat, sive quod duo ponant principia seu duas spirationes, sed ut unum tantum asserant esse principium unicamque spirationem Spiritus sancti, prout hactenus asseruerunt : et cum ex his omnibus unus et idem eliciatur veritatis sensus, tandem in infra scriptam sanctam Deo amabilem eodem sensu eademque mente unionem, unanimiter concordarunt et consenserunt ; in nomine igitur sanctæ Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, hoc sacro universali approbante Florentino concilio definimus, ut hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur et suscipiatur, sicque omnes profiteantur : quod Spiritus sanctus ex Patre et Filio æternaliter est, et essentiam suam, suumque esse subsistens habet ex Patre simul et Filio : et ex utroque æternaliter tanquam ab uno principio et unica spiratione procedit. Declarantes quod id quod sancti doctores et Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur Filium quoque esse secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentiæ Spiritus sancti sicut et Patrem. Et quoniam omnia quæ Patris sunt, ipse Pater unigenito Filio suo gignendo dedit, præter esse Patrem, hoc ipsum quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, ipse Filius a Patre æternaliter habet, a quo æternaliter etiam genitus est. Definimus insuper explicationem illorum verborum, Filioque, *veritatis declarandæ gratia et imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter symbolo fuisse appositam.* Et infra de operum retributione subjungit : *Illorumque animas qui post baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutæ corporibus, in pœnis purgatorii, prout superius dictum est, sunt purgatæ, in cœlum mox recipi, et intueri clare ipsum Deum trinum et unum sicuti est, meritorum tamen diversitate alium alio perfectius. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato vel solo originali decedunt, mox in infernum, pœnis tamen disparibus puniendas.* Porro de prima illa diversitate diei quo Christus agnum paschalem ederit, et de eo quo pro nobis mortuus sit, longa semper fuit inter Græcos et Latinos contentio, dicentibus Græcis ipsum decimatertia luna agnum edisse paschalem, passum vero decimaquarta, ut veritas responderet figuræ : et propter illud Joannis (*Joan.* XVIII, 29) : *Et ipsi non introierunt in prætorium, ne contaminarentur, sed ut ederent Pascha.* Ac illud (*Joan.* XIX. 14) ; *Erat autem Parasceve paschæ ; et : Ibi ergo propter Parasceven Judæorum, quia prope erat monumentum, posuerunt Jesum.* Siquidem illa Parasceve nihil aliud erat, quam dies præparationis, quo se præparabant Judæi ad edendum agnum paschalem. Latini vero asserunt eum decimaquarta luna agnum quidem edisse paschalem, sicut et cæteros Judæos : quia ut habet etiam Græcus Chrysostomus, ad mortem usque semper servavit legem : passum vero aiunt decimaquinta luna, propter alios tres evangelistas (*Matth.* XXVI ; *Marc.* XIV ; *Luc.* XXII.) qui astruunt fuisse primum diem azymorum, quo Christus postremam cœnam cum discipulis celebravit. Et hi autem et illi repugnantem Scripturam obtorto collo trahere quodammodo videntur ad suum sensum. Quapropter operæ pretium facturus videor, si in tui gratiam, benevole lector, hoc loco dilucide adnotavero, quæ varia lectione magnisque sudoribus hac de re in compendium redegi. Primum itaque notandum est, quod naturalis dies apud Hebræos incipit ab occasu solis, et desinit in ejusdem occasum diei sequentis, juxta illud (*Gen.* I) : *Factum est vespere et mane dies unus.* Mensis vero a

conjunctione media luminarium; et durat triginta diebus, duodecim horis, et duabus tertiis unius horæ cum tribus minutis, quæ supputatio invariabiliter conformis est cum Ptolemæo aliisque astronomis secundum medium cursum lunæ. Annus autem exordium sumit a Neomenia sive solis ac lunæ coitione proxima æquinoctio vernali, secundum medium cursum solis et lunæ (*Levit.* XXIII; *Num.* XXVIII et XXIX). Præterea omnia festa Hebræorum, quæ a Mosaica lege habentur, præter Sabbatum, suam numerationem ac variationem per diversos hebdomadæ dies, sumunt a primo die prædictæ Neomeniæ, a quo juxta legem omnia sua festa numerant Hebræi: puta decimo quinto die ejusdem primi mensis festum erat azymorum, et pridie ejus diei, id est decima quarta luna ad vesperam, edebatur agnus paschalis. A festo autem Azymorum transactis septem hebdomadis, sequenti die, nempe quinquagesimo, festum erat Primitivorum sive Pentecostes. Post sex vero menses lunares ab eadem prima Neomenia, id est post centum septuaginta septem dies; sequenti die erat festum Tubarum, nempe in Neomenia, proxima æquinoctio autumnali. Decimo inde die festum Expiationis celeberrimum. Decimo quinto ejusdem mensis die, festum Scenopegiæ sive Tabernaculorum. Et ab hoc festo, die octavo, id est post septem ejusdem festi dies, occurrebat ultimum eorum festum, nempe cœtus vel collectæ sive retentionis: quod solum designabat fidelium in sancta Ecclesia congregationem ac retentionem sive perseverantiam, quod factum est post veteris legis finitas figuras ac cæremonias. Deinde animadvertendum est quod quando juxta vernale æquinoctium, conjunctio luminarium secundum medium cursum occurrebat post decimam octavam diei horam, quia jam peractæ erant plus quam tres quartæ partes diei, et declinabat magis ad diem sequentem, ideo servabatur quoque die sequenti, et ab hoc numerabantur omnia prædicta festa.

Præterea si dicta prima Neomenia occurrebat secundo, quarto, vel sexto hebdomadæ die servanda, rejiciebatur in diem sequentem. Nam si secundo hebdomadæ die fuisset servata, tunc festum Expiationis, quod erat celeberrimum, occurrisset die sexto celebrandum: quodsi sexto die servaretur dicta prima Neomenia sive primus anni eorum dies, tunc dictum Expiationis festum die primo, quem nos vocamus Dominicum, occurrisset ab eis celebrandum: quorum utrumque admodum grave censebatur et valde onerosum toti populo, eo quod duobus continuis diebus naturalibus, nempe festo Expiationis et Sabbato, nullo modo liceret parare cibos, aut sepelire mortuos: corpora autem mortua, aut cocta olera non possent in tertium servari diem, præsertim in calidis regionibus. Quodsi sexto die servaretur prædicta Neomenia sive primum novilunium, tunc septimus dies festi Scenopegiæ sive Tabernaculorum occurrisset die Sabbati. In hoc autem septimo die multa lætitiæ signa ostendebant, quæ die Sabbati facere non licuisset, septies circumeundo altare cum palmarum frondibus, in memoriam captæ Jericho primæ civitatis, quam in terra promissionis filii Israel hujusmodi septenaria circuitione ceperant, in hoc præterea die lectio quoque illa Psalmistæ (*Psal.* CXVII), publice decantabatur: *Obsecro, Domine, salva, quæso: obsecro, Domine prospere age: benedictus qui venit in nomine Domini.* Nam et hanc constitutionem scimus quoque in usu fuisse Israelitis, cum adhuc in captivitate essent Babylonica. Siquidem ex Thargum Esther colligimus quod eo die secabant frondes palmarum, atque decerpebant citrea poma, abscindebant rosmarinum, et faciebant sibi הושענא hosana: legebantque in libris suis et orabant, lætabantur et hilares erant in הושענא hosana, saltabant et exsiliebant sicut hædi. Unde videre licet ut hoc quoque docendi gratia addamus vocabulum Hebræum הושיעה נא hosana vulgi more apud Hebræos etiam ante Christum natum fuisse corruptum aut illos usurpasse ipsum more Chaldaico, et deinde abusos fuisse pro solemnitate Palmarum, in qua cum ramis cæremoniæ fiebant. Et ita nato postmodum Christo, cum vellet populus eum honorare, et cum triumpho Hierosolyma deducere, ignorantes compleverunt prophetiam Davidicam, occasione sumpta ex surculis ab olivis decerptis et in viam stratis, clamantes Hosana, id quod clamare consueverant in solemnitate Ramorum. His itaque præmissis animadvertendum est, quod anno quo passus est Christus occurrit prima Neomenia, sive conjunctio luminarium proxima æquinoctio vernali secundum medium cursum solis et lunæ juxta veram et exactam supputationem peritissimorum Hebræorum, die quinto hebdomadæ post decimam nonam diei horam, cum aliquot minutis: et ita juxta prædicta erat sequenti die servanda. Sed quia, sexto die, ut dictum est, nunquam servabatur, idcirco Judæi eo anno servabant primum illud novilunium die Sabbati: et ita decimus quintus dies ejusdem mensis, quo occurrebat festum Azymorum, juxta Judæorum observantiam etiam erat dies Sabbati: ideoque propter duorum festorum concursum, de illo dicit Joannes (*Joan.* XIX); quod *erat magnus dies ille Sabbati*, ut etiam ad ea verba habet auctor noster. Christus vero servavit quidem Neomeniam sexto hebdomadæ die: cum enim post decimam nonam horam occurrisset quinti diei, rationabiliter ut dictum est, magis pertinere videbatur ad diem sequentem. Verum a sexto die ad Sabbatum cum Judæis transferre noluit. Nam hoc propter festa septimo mense futura faciebant Judæi, ut prædictum est; Christus autem noverat, quod per suam Passionem quæ instabat, cessaret obligatio sequentium illorum festorum, sicut et cætera legis cæremonialia. Propter hoc itaque, etiam quia sequenti die moriturus erat Christus, typicum quidem agnum vera et legitima decima quarta luna, quæ fuit die quinto, comedit; quarta decima vero

luna juxta veterem Hebræorum numerationem etiam legitima, in cujus vespera Judæi typicum agnum erant immolaturi, ipse verus Agnus fuit immolatus: et ita veritas respondit figuræ. Horum autem causam, ut verisimile est, solum indicaverat patrifamilias in cujus ædibus pascha edebat, et ipsis duodecim discipulis, quorum (*Luc.* XXII) Petrus et Joannes ex jussu Christi necessaria paraverant, nempe lactucas agrestes et baculos: nam agnus ipse decimo die mensis parabatur : panes quoque azymi, ut verisimile est (*Exod.* XII) aliquot ante diebus, juxta familiarum magnitudinem parati erant; itaque nullus ex hoc passus est offendiculum, neque ob id coram judice potuit accusari.

Quin et Tertullianus Latinus auctor proximus apostolorum temporibus, de die Passionis Christi ita loquitur in *Apologetico adversus Judæos*. « Quæ Passio intra tempora septuaginta hebdomadarum perfecta est, sub Tiberio Cæsare, coss. Rubellio Gemino et Rufo Gemino, mense Martio, temporibus Paschæ, die octavo Kalendarum Aprilium, die primo Azymorum, quo agnum ut occiderent ad vesperam, a Mose fuerat præceptum. Neque enim ob id dici potest primo die Azymorum mortuus, juxta prædicta Tertulliani verba, quod ea nocte captus fuerit. Siquidem omnium testimonio in cruce et non in comprehensione fuit nostra redemptio. Et procul dubio divina id actum est Providentia, quod eo anno duplex decima quarta luna occurrebat, ut diversis respectibus, et hinc veri agni immolatio typico responderet, et illinc Christus ad finem usque vitæ legem servaret, ut habet etiam Græcus Chrysostomus, ac typicum agnum vera et legitima decima quarta luna ederet, sicut eum edisse dicit Hieronymus. Et de hac decima quarta luna, juxta Christi numerationem loquuntur indubie Matthæus, Marcus et Lucas, cum aiunt fuisse primum diem Azymorum. Nam cum hi tres evangelistæ magnam facerent hujus cœnæ mentionem, et consecrationis Eucharistiæ, ostenderunt Christum etiam in hoc legem observasse, nempe juxta veram ipsius supputationem ut prædiximus (*Joan.* XIII). Joannes vero qui de cœna, tanquam ab aliis latius tractata, unico verbo absolvit dicendo : *Cœna facta*, aliam juxta veterem Judæorum observantiam decimam quartam lunam consideravit ; ad excludendum errorem, qui nonnullis oriri potuisset ex aliis evangelistis, nempe quod veritas non responderet figuræ in veri agni immolatione. Et ideo dicit (*Joan.* XIX, 14) quod die quo mortuus est Christus erat parasceve Paschæ, et quod non introierunt in prætorium ne contaminarentur, sed ut ederent pascha : ubi dictio *Pascha* nequaquam pro azymis capi potest, ut quidam volunt, tum quod nusquam alibi ita capiatur in Scripturis, tum quod ad edenda azyma nusquam dicatur requiri ; neque verisimile sit esse necesse, ut mundi sint, cum pœna mortis intentata, septem integris diebus naturalibus præciperetur eis ut azyma ederent Exod. XII), et non fermentatum panem et tamen illam immunditiam levissimas ob causas contrahebant.

Quod autem aiunt nonnulli, Judæos præcedenti die occupatos circa capiendum Christum, neglexisse agnum edere paschalem, et quod idcirco nocte sequenti illum essent comesturi, non fit verisimile. Siquidem etiam illi qui legitimo tenebantur impedimento decimo quarto die primi mensis, non poterant sequenti die pro libito agnum edere paschalem, sed sequentis mensis die similiter decimo quarto ad vesperam, ut habetur Numeri x. Itaque die Passionis Christi cum nondum inchoata esset solemnitas Paschalis aut Azymorum, juxta veterem Judæorum observantiam, licebat eis usque ad solis occasum judicialia exercere, accusare, testes adhibere et examinare, sententiam ferre, Simonem cogere ut crucem tolleret, sepelire, aromata præparare, aliaque plurima agere, quæ Judæi nequaquam fecissent, si decimam quintam lunam et ita festum Paschæ et Azymorum eo die celebrassent, cum facta sua per legem Mosaicam justificare niterentur dicentes : *Nos legem habemus*, etc., et maxime Joseph ab Arimathea vir bonus ac justus et Nicodemus qui Dominum sepelierunt, qui propter Parasceven Judæorum, quia prope erat monumentum, ibi posuerunt Jesum, ait Joannes decimo capite. Circa quæ verba habet Augustinus : «Acceleratam vult intelligi sepulturam, ne advesperasceret, cum jam aliquid tale non liceret propter parasceven quam cœnam puram Judæi Latine usitatius apud nos vocant. Neque enim aut hi, aut piæ illæ mulieres adhuc cognoverant cessare in Christi morte legalia. Demum, ut epilogo concludamus, Christus suum Pascha juxta legis Mosaicæ tenorem celebravit, Judæi autem die sequenti juxta Patrum traditiones ; quippe qui legale præceptum de Paschæ observatione hac sua traditione corruperunt, quam refert historiographus eorum Sedar Olam ; cujus traditionis, relictis compendii gratia Hebraicis hæc sunt verba : Sic statuerunt magistri nostri judices Sanhedrin magni nominis in sæculo. In domo sanctuarii secunda cum exstructa esset et consummata, tunc apparuit solium igneum perfectissimum, super quod sedebat Rex mundi sublimis valde stans inter poticum : et acceperunt coronam, appenderuntque sigillum reconditum, et sanxerunt, ordinaveruntque statutum perpetuum : et traditum est in manu Rabbi Eliezer, qui reliquis omnibus major erat : et is ordinavit diem sortium non observari secundo, quarto, septimo hebdomadæ die : neque Pascha secundo, quarto sexto : neque diem Retentionis tertio quinto, septimo : neque principium anni secundo, quarto, sexto : neque diem Expiationis primo, tertio, sexto in æternum. Hæc, si cui placeat, latius videre poterit in Paulo Burgensi super Matthæum, cap. 26, et in libro quem edidit Paulus Midelburgensis episcopus Sempronianus de celebratione Paschæ.

Joan. Hentenio in cœnobio regni Castellæ repertum et e Græco in Latinum sermonem translatum habemus tom. XIX Bibl. PP. maximæ Lugd., p. 475 seqq. Concinnata est hæc expositio ex Origenis, Basilii, Gregorii Nazianzeni et Chrysostomi potissimum scriptis, ea ratione, ut prætermissis omnibus digressionibus, quæ vel dictionis venustatem subolent, vel ad corrigendos mores spectant, ea in primis breviter et succincte tradat, quæ ad sensum grammaticum intelligendum maxime faciunt. Quod auctoris nostri consilium cum aliis viris doctis, tum Maldonato præsertim acceptum fuit, qui in com. ad Matth. XVII, 8, in verborum proprietatibus diligentissimum eum esse monuit. Dubitarunt autem alii, utrum Euthymius, an alius quispiam auctoris laude ornandus sit ; ad quos pertinet Joan. Hentenius, qui in epist. nuncup. refert, plurimis auctorem hujus Catenæ visum fuisse Œcumenium.

Sed cum illud *videtur* maxime ambiguum sit, ita nec certius quid evincit adducta a Rich. Simone l. c. pag. 410, conjectura, qua, Theophylactum auctorem esse sibi persuadet. Qui enim inter utrumque intercedit consensus, vel a Chrysostomo, tanquam communi fonte, fluxit, vel si singularem dogmatum quorumdam tractationem spectes, a stabilitis in Ecclesia Orientali fidei capitibus. Verum sæpius discedere Euthymium a Theophylacto cum in interpretatione, tum in lectione, exempla comprobant. Ita e. c. cum Theophylacto quidem et aliis codicibus conspirat in lectionibus supra (*x*) memoratis Matth. III, 11 ; V, 47 ; Luc, VII, 31 et aliis. Haud raro tamen singulari lectione gaudet, in quibusdam tantummodo N. T. codicibus obvia ; ut Joan. VIII. 40, ubi loco παρὰ τοῦ θεοῦ Euthymius legit : Παρὰ τοῦ πατρὸς isque solus, et XIII, 25, voci ἐκεῖνος subjungit οὕτως. *Cum ergo ille recumberet ita super pectus Jesu*, etc. Quod interpretatur : *Ita sicuti recumbebat, hoc est non elevatus ; sed tantum conversus*. Similiter Joan. XIX, 16, legit ἤγαγον εἰς τὸ πραιτώριον. Matth. XIII, 27, deest σῷ (*y*) ; et Luc. V. 19 omissum deprehendimus διὰ ante ποίας. It. Luc. XXII, 35, recte cum codd. quibusdam omittit καὶ ὑποδημάτων. Sed cautio hic adhibenda est ac diligentia, propterea, quod omnes lectionum varietates minime ab Euthymio proficisci, sed multas potius e margine in contextum irrepsisse exploratum est. Refert enim Hentenius in præf. margini exemplaris ascriptas fuisse adnotationes (*z*), quæ deinde in reliquæ scripturæ ordinem redactæ atque post ejus particulæ textus enarrationem, ad quam ponebantur, ab ipso locatæ sint. Unde etiam haud mirum, quod toties cum exemplari (*a*) Complutensi Græco et Vulgato interprete congruat, præsertim cum ipse editor mala fide in corrigendo subinde egerit. Ita in recensione locorum quorumdam, in quibus exemplar Hentenii alia habebat, quam ea, quæ vulgo circumferuntur, exemplaria, ipse loco cit. pag. 485, narrat, verba Luc. XIX, 15. οἷς ἔδωκε (*b*) τὸ ἀργύριον apud Euthymium non exstitisse : *Quod tamen*, inquit, *addidimus sicut quibusdam aliis in locis idem fecimus, quod in aliis exemplaribus et in Complut. editione habeatur*. Hisce nævis facile mederi potuissent editores, si textum Euthymii collegissent e codicibus Græcis; præsertim Parisiensibus et Barocciano 28, qui Millio quondam in conquirendis lectionibus magno adjumento fuit. Illud quoque sciendum est, Euthymium iis in locis, ubi argumentum se offert, quod in alio evangelista jam dilucidatum erat, transmittere lectorem ad dictam expositionem, citato nimirum juxta Græcorum supputationem capite ; cujus allegandi rationis secundum majora κεφάλαια institutæ mentionem injiciens Sixtus Senensis, Bibl. S. L. III, p. 166, refert : Euthymius *seu, ut quibusdam videtur*, Œcumenius *distribuit Evangelium Matthæi in titulos seu capita* (*c*) 86. Cujusmodi distinctiones apud Marcum exstant 48 ; Lucam 83 ; Joannem denique 18 ; non numerata sectione de muliere in adulterio comprehensa, quæ narratio quanquam a Græcis doctoribus passim omissa, ab Euthymio explicatur (*d*). Neque etiam intactas relinquit sententias, quibus stant qui Græcæ Ecclesiæ addictos sese profitentur. Qualis est illa, quæ progenuit contentionem inter Græcos et Latinos diu olim agitatam ; quo scilicet die Christus agnum paschalem comederit ? porro doctrina de operum retributione non statim a morte cujusvis initium capiente, sed differenda ad diem judicii : denique etiam de Spiritu sancto a solo Patre procedente. cui opinioni inhæsisse scriptorem nostrum arguunt loca, quibus Spiritum sanctum a Patre procedere

(*x*) Pag. 16. Sunt autem hæ : Matth. III, 11 omittitur καὶ πυρί. N. 37, φίλους, pro ἀδελφούς. Luc. VII, 31, absunt, εἶπε δὲ ὁ Κύριος.

(*y*) Servat id uterque codex meus.

(*z*) Idem quoque de Parisinis codd. refert Simonius. Id intelligitur etiam ex hac editione et ex codicibus Mosquensibus. Sed ista additamenta in marginibus scholia spectant, non contextum.

(*a*) Complutensem editionem Hentenius ad manus habuit, ex qua etiam disputat contra editionem Erasmi. Sæpius etiam versionem Latinam Vulgatam pro Euthymio expressit. In eo autem secutus est consuetudinem illorum temporum.

(*b*) Servat hæc uterque Mosquensis.

(*c*) Imo 68.

(*d*) Addit vero Euthymius in fine cap. VII Joan : *Scire autem oportet, quod ea, quæ ab hoc loco habentur, usque ad eum, quo dicitur*. Iterum ergo locutus est illis Jesus, dicens : « Ego sum lux mundi, » *in exactioribus exemplaribus aut non inveniantur, aut obelo confossa sint, eo, quod illegitima videantur et addita. Et hujus argumentum est, quod nullus ea sit interpretatus*. Sed minus recte verborum Euthymii sensum percepisse videtur Hentenius, quoniam in duobus mss. codicibus, huic exemplari admodum similibus, quos commemorat Rich. Simon, l. c. pag. 422, verba ita se habent. Μηδὲ τὸν Χρυσόστομον ὅλως μνημονεύσαι αὐτῷ. *Ita* Noesselt *in nota ad h. l.*

asserit, nulla Filii facta mentione (*e*). Reliqua quæ Euthymii nomine feruntur scripta, nondum edita, num ab eo profecta sint, exploratum non habemus. Certe quod ad Expositionem epistolarum Pauli attinet a nonnullis Euthymio ascriptam, Rich. Simon Bibl. crit. de Du Pin l. c. pag. 323, eos Euthymium cum Œcumenio commutasse judicat.

(*e*) Ita ad Joan. XIV, 10. Et datur quidem a Patre, utpote ab illo procedens, mittitur vero à Filio quasi cooperans, et non contrarius. Similiter c. XV, 26.: Vide autem, quod mittit quidem eum et Filius, tanquam ejusdem cum Patre honoris ; verum id a Patre puta, procedentem. Procedit itaque a Patre, tanquam de ejus substantia. Noesselt *in Notis ad h. l.*

JOANNIS HENTENII MECHLINIENSIS

EPISTOLA DEDICATORIA

Illustrissimo ac reverendissimo domino D. Francisco a Bovadilla episcopo Cauriensi, archidiacono Toletano, etc. Joannes Hentenius Mechliniensis, S. D.

Si bonum eo præstantius esse quanto communius, nemo est vel mediocriter morali philosophia instructus qui dubitet, præsul amplissime, virtutum ac litterarum antistes ; non erit etiam qui ambigat, commune bonum privato esse præponendum. Idque adeo verum est, ut etiam Christus sacratissimam illam vitam suam vilem habuerit, quo universo generi humano salus adempta possit restitui. Verum ne dicat quispiam Christi opera utpote divina nequaquam in numerum esse redigenda : age et ab ethnicis quoque paucos de innumeris referamus, qui suam suorumque vitam communi bono posthabuerunt. In primis autem occurrit Junius ille Brutus, primus Romanæ libertatis assertor, qui proprios filios, quod fuissent consilii de reducendis regibus participes, securi jussit percuti : tametsi ex eorum cæde gravi ipse sauciaretur vulnere ; quis enim amor æquari possit patrum erga filios, amori ? Nec id sane Virgilium latuit, qui de eo loquitur in hunc modum :

Vis et Tarquinios, reges animamque superbam
Ultoris Bruti, fascesque videre receptos ?
Consulis imperium hic primus sævasque secures
Accipiet : natosque pater nova bella moventes
Ab pœnam pulchra pro libertate vocabit
Infelix, utcunque ferent ea facta nepotes :
Vincet amor patriæ, laudumque immensa cupido.

P. Decius Mus cum consule T. Manlio, Torquato contra Latinos pugnans, cum responsum esset oraculo, utrius exercitus imperator legiones hostium, seque super eas devovisset, ejus populi partisque fore victoriam ; se ipsum pro communi exercitus salute devovit.

Idemque fecit filius ejus eodem appellatus nomine, cum jam tertium consul fuisset, semelque censor : quorum etiam his verbis poeta meminit :

Quin Decios Drusosque simul, sævumque securi
Aspice Torquatum et referentem signa Camillum.

Marcus Curtius præterea ob populi salutem sese equo invectum in terræ hiatum injecit. Sp. Postumius consul, qui ignominiosam pacem cum Claudio Pontio Samnitium duce ad furcas Caudinas pepigerat ac spoponderat, auctor fuit senatui, ut se cum collega ac tribunis qui auctores sponsionis fuerant, per fœciales nudos vinctosque Samnitibus dederet, quo populus Romanus ab illa pace solveretur.

Q. Ceditius tribunus militum, quem videtur Titus Livius Calphurnium Flammam vocare, primo bello Punico cum quadringentis militibus vel, ut habet Livius, cum trecentis, nisi fortassis hic alius fuerit, morti se tradidit : ut dum in eos, tumulum quemdam capientes, averterentur hostes legiones cum consulibus circumventæ, incolumes ex obsidione liberatæ, pertransirent. Simile quoque egit Decius tribunus militum cum consule P. Valerio Corvino, junctus hastatis unius legionis (quanquam hos fortuna liberaverit) ne hostes Samnites in eos pugnarent. Inter Lacedæmonios ingens est hujus modi copia exemplorum : verum præcipui sese mihi offerunt Buris et Spartis, qui ad Xerxen Persarum regem sponte profecti sunt : daturi pœnas quas Lacedæmonii juxta oraculum pendere debebant, eo quod Oratores a Persa missos occidissent. Hi ergo cum ad Xerxen venissent, jusserunt ut se quocunque modo videretur, pro Lacedæmoniis interficeret. Cumque rex pietatem in patriam admiratus, animorumque fortitudinem, liberasset illos a pœna, peteretque ut apud se manerent : Qui possumus, inquiunt, hic vivere, relicta patria, patriisque legibus ac viris, quorum gratia tantum iter suscepimus morituri ? Quid Codri Atheniensium regis mortem referam, qui cum videret regionem suam ferro ignique vastari, nec alio modo juxta Apollinis oraculum tam grave bellum discuti posset, nisi ipse hostium manu occidisset, idque non solum in totis Atheniensium castris, sed etiam in contrariis percrebuisset, ideoque edictum esset, ne quis Codri corpus vulneraret depositis imperii insignibus, familiarem induit cultum, ac palantium globo sese objecit, unumque ex his falce percussum in sui cædem compulit, ut patriam servaret ; hujus siquidem interitu, ne Athenæ occiderent effectum est.

Huic jam rei finem imponam, si prius hominis ethnici, nempe Ciceronis *De somnio Scipionis* dictum vere Christianum de communis boni magnitudine retulero, qui sic ait : « Quo sis, Africane, alacrior ad tutandam rempublicam, sic habeto : omnibus qui patriam conservaverint, adjuverint, auxerint, certum esse in cœlo ac definitum locum, ubi beati ævo sempiterno fruantur. » Nihil est enim illi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quam concilia cœtusque hominum jure sociati, quæ societates appellantur : harum rectores et conservatores hinc profecti, huc revertentur. His igitur, qui vel seipsos fortiter pro republica morti tradiderunt, aut in ejus utilitatem artem aliquam quantumvis etiam illiberalem ac sedentariam, sive quidpiam in ea præcipuum gratumque posteris adinvenerunt, vices rependere cupiens antiquitas : et qua liceret, perpetuam eorum memoriam ab interitu vindicare, statuas æreas seu marmoreas sepulcra erexit. Præterea ethnicorum libros ingenti redemptos pretio magna fide vel religione potius descriptos, cedrinis inclusos capsulis, tum cedri succo oblitos, posteri in templis cautissime reponebant : partim ut rei tam sacræ, tamque divinæ custodia non aliis quam ipsis numinibus concrederetur : partim ne quid situs aut caries illa monumenta vitiaret. Alii ne hac quidem contenti diligentia, codices ceu thesaurum incomparabilem in altissimis terræ latebris recondebant tanta cura, ut nec incendiis, nec bellorum procellis, quibus omnia sacra profanaque solent misceri, interirent, et posteris certe superessent. Porro si hic honos est habitus superstitiosis etiam voluminibus, veluti Numæ ac Sybillæ, aut rerum ab hominibus gestarum memoriam complectentibus, quales erant Ægyptiorum libri : aut aliquam humanæ sapientiæ portionem tradentibus, veluti Platonis et Aristotelis : quanto justius est idem facere Christianos in servandis illorum monumentis ? qui sacro afflati Spiritu, non tam libros, quam oracula nobis reliquerunt, quibus lectitandis, pectus, non doctrina solum aut dicendi facultate, sed virtutibus ac pietate erga Deum impleatur : cum certe ethnicorum librorum jactura id tantum efficiat, ut minus eruditi simus, aut minus eloquentes, non ut minus pii.

In his itaque qui veterum auctorum ac Patrum scripta nobis tradiderunt, maxime autem Chrysostomi quo nemo in enarrandis sacris voluminibus dexterius versatus est, et quo neminem invenias magis accommodatum his qui ad munus concionandi sese parant non posteriores tulit Græcus quidam auctor : qui cernens veteres sacros auctores et præcipue eos qui plurimum laboraverant in enarrandis evangelicæ doctrinæ libris ad quam docendam Filius Dei ad terram descenderat nequaquam pro merito lectitari : sive id librorum multitudine, sive lectorum fastidio, sive temporis acciderit penuria : in unum collegit volumen, quidquid illi magna codicum turba selectum, circa Evangelia reliquerant. Et tamen cum posteris adeo utile ac amplectendum reliquisset opus, tanta fuit animi modestia quod etiam passim ex ejus scriptis luce clarius est perspicere ut sibi id adeo non vindicaverit, quod nec proprium nomen adjiciendum censuerit, sed Chrysostomi potius cum cæteris, quorum ingenue fatebatur esse potissima, quæ in unum ipse collegit quanquam et ipse suo marte plurima quæ et præstantissima erant, adjunxerat, ut hinc conjicias quantum animo dissideret ab iis qui in modum corniculæ alienis sese ornant ac venditant plumis. Plurimis sane auctor hic fuisse videtur Œcumenius is, qui similia Commentaria ex eisdem collegit auctoribus, in Acta apostolorum, in Epistolas quæ Catholicæ nuncupantur, ac in Paulinas omnes, ut certis quibusdam argumentis colligitur, etiamsi nec ibi voluerit suum nomen exprimere : qua de re pluribus agemus, cum tomum illum alterum propediem in lucem dabimus. Hunc itaque Græca manu descriptum ante multas ætates quod præter ipsas evangelistarum novo modo depictas, jamque propemodum vetustate deletas imagines, multis nobis argumentis innotuit cum casu reperissem in bibliotheca cœnobii Deiparæ Virginis a Guadalupe, ordinis divi Hieronymi in regno Castellæ, in qua etiamnum delitescit : ut sunt ejus sodalitii, præsertim autem celeberrimi illius monasterii cœnobitæ, non modo Christianæ nostræ religionis, verum etiam præstantissimorum semper auctorum, potissimum tamen veterum, diligentissini observatores ac cultores, visum est invidi esse, ne dicam impii, re adeo frugifera pati diutius privari Latinos. Nec tamen inscius eram, quam duram, quamque arduam adirem provinciam : partim quidem, quod propriæ conscius imbecillitatis, incultique ingenii, habueram semper in animo, nihil in publicum edere : partim vero quod mihi res esset cum ejusmodi libro, quem vel legere non mediocris foret negotii, utpote ignotis ut plurimum exarato characteribus ac compendiis, maxima licet cura ac diligentia : litterarum etiam figuris plerumque vel carie ac situ oblitteratis, vel tinearum ac blattarum injuria semirosis, vel novo adeo more depictis, ut in formis etiam noscitandis mihi foret repuerascendum. Omitto quod frequenter in orationis contextu non sunt a se invicem separatæ dictiones : et e diverso ejusdem dictionis litteræ aut syllabæ plusquam justo a se invicem separantur intervallo, adeo ut nec versus syllabam sæpius finiat : commata ac incisa vix adduntur, aut ubi nihil opus est apponuntur : quæ res plerumque difficultatem gignit non parvam. Sciebam præterea quanto ut in universum dicam sese exponant periculo, qui libros a peregrina lingua traductos in lucem edunt : quot et quam varios suscipiant judices, quorum plerique Græcis litteris ne a limine quidem salutatis, ob id statim omnia damnant, quod mundum illum rhetoricum præ se non ferant, ignorantes quibus arctetur modis is, qui alienæ linguæ depositum fi-

deliter reddere cogitur. Summopere enim curandum est *ei*, qui ab una lingua quidpiam transfert in aliam : ne dum sermoni quærit ornatum, *repente* pro interprete paraphrasten agat : rursumque ne ita verbis hæreat, ut prioris linguæ idiomata aut dialectos retineat : sed quæque lingua quod suum est habeat : alioqui nec Græce loqui videtur, nec Latine : idque quod in indoctum jactatum est comicum, ipsi adaptabitur, quod ex Græcis bonis, Latina fecerit, non bona, id quod de multis exulcerato hoc sæculo apte quis dixerit. Quis enim sacras jam Litteras passim non sibi vindicat, antequam discat : torquet, lacerat : suoque intellectui imo suis affectibus servire cogit scripturam etiam repugnantem? Et quemadmodum scribimus indocti doctique poemata passim, ita et plerique, quanquam in sua arena feliciter versarentur, proprios egressi limites, dum sutores, relictis crepidis, ignota quæque dijudicare conantur, non raro misere hallucinantur. Quid enim medico aut jurisperito cum versione aut interpretatione sacrorum mysteriorum ? Quodque longe magis deflendum est, dum animo pravis imbuti sunt dogmatis, quæ ex Græco vertunt in Latinum, non satis fideliter tractant : nunc quidem, quod frequenter accidit, cogente harum rerum imperitia, quod tamen, nisi illotis accederent ad contrectanda sacra manibus, facilius posset ignosci : nunc vero, ne suis repugnent dogmatis, aut truncatim, aut prave sensum nobis reddunt. Quod luce clarius ostendemus, ubi alterum tomum Deo propitio in lucem ediderimus, quod, ut spero, brevi faciemus. Ob hæc igitur aliaque plurima quæ versionem variis exaggerant difficultatibus, non is sum qui non intelligam, quantum huic auctori dignitatis, quantumque splendoris tenebricosus interpres abstulerim. Sed utcunque sit, sensum tamen me assecutum opinor, licet ipsum nullo cultu adornaverim : verum id nemo sanæ mentis in Commentariis requiret, maxime ab eo qui, ut præfatus sum, peregrinæ astrictus est linguæ. Quod si universis satisfacere non potui facile feram, cum ne mihi quidem ipsi in omnibus faciam satis. Attamen onus hoc, quanquam meis longe impar humeris, subire aggressus sum, quod alio sese non offerente, grande ducerem piaculum, si fideles diutius tanto fraudarentur thesauro. Quid enim, quod ad evangelicæ historiæ enarrationem attinet, in Chrysostomo potissimum, deinde et in Origene, Basilio, aut Nazianzeno invenies, quod hic facillime et succinctissime non proferat ? Et Chrysostomo quidem satis patet non eum fuisse scopum, ut Evangeliorum aut actionum apostolicarum, seu Paulinarum Epistolarum nudum nobis traderet intellectum. Alioqui enim tam vasta in paucos sacræ Scripturæ libros non reliquisset voluminа, sed plebis formandos mores suscepisse magis videtur : et idcirco locos ad plebem tractat communes, et enarrationem homiliis distinguit. Quin et Theophylactus, quanquam is ad historiæ seriem magis accedat, non nihil tamen subolet dictionis illum affectasse venustatem : quodque rhetorice dixisse satis cupiat videri, et non soli litteræ enarrationi hærere. At noster hic auctor unicum hunc habuit scopum, ut evangelicam succincte cunctis aperiret historiam. Quod si ad mores quoque corrigendos nonnihil exhortationis exoptes, id etiam breviter quidem ac rarius, sed felicissime tradit hic auctor. Quam apte, bone Deus, cum evangelistæ plurimum dissidere videntur, ita dissidentia connectit loca, ut ab eodem plane illa videantur esse dicta. Et huic quidem rei nullus, meo judicio, adeo utiliter ac serio hactenus invigilavit. In quo tamen, sicut neque in cæteris, nolim quisquam meis fidem habeat verbis, nisi longe plura in hoc lectitando, laude digna repererit, quam ego possim assequi enumerando.

Hoc itaque opus, ut tibi nuncuparem, amplissime præsul, fecit inter innumeras tuas dotes, maxima humanitas tua : quam præter auditam famam longe lateque dispersam, non semel in te sum expertus : qua cum omnes etiam extremæ fortunæ homines tum studiis potissimum deditos, benignissime semper amplecteris : ipsaque studia, ubicunque vel minima datur occasio, totis provehis viribus. Præterea id magis aggredi sum ausus, quod cum tibi forte fortuna nos invisenti, primum hunc meum partum omnino adhuc informem demonstrassem, una cum Græco exemplari, nequaquam ut monstrum abhorruisti, sed veluti pulchellum pusionem avide deosculabaris : mirabare non nullas quoque occultas in eo dotes, non cujusvis oculis expositas. Quod nisi ita contigisset, qua temeritata, tentassem, tam locupleti hac etiam in parte, viro, tantillum offerre munusculum : Munusculum, inquam : nam licet in se munus sit, fortassis non aspernandum, si tamen ad immensas ac pretiosissimas tuas opes conferatur, indignum censebitur, quod in tuo thesauro, vel exiguum inveniat locum. Siquidem ut hæc interim sileam, quæ dicit Apostolus in episcopo non oportere desiderari : nempe ut irreprehensibilis sit, tanquam Dei dispensator, vigilans super gregem, sobrius non præfractus non iracundus, sed modestus, hospitalis, aptus ad docendum, pius, temperans, tenax ejus qui secundum doctrinam est fidelis sermonis, ut potens sit etiam exhortari per doctrinam sanam, et contradicentes convincere, non vinolentus, non percussor, non turpiter lucri avidus, sed æquus ac justus a pugnis et ab avaritia alienus, qui domui suæ bene præsit. (Nam si quis, inquit, propriæ domui præesse non novit, quomodo Ecclesiam Dei curabit ?) non in fide novitius, ne inflatus in judicium incidat diaboli : qui et bonum habeat testimonium ab extraneis. Ut hæc, inquam, omnia sileam quæ nullus qui te propius noverit, in te desiderare poterit : quin pleraque etiam abundantius inveniet, quam exegerit Apostolus, cum pulcherrimo quoque et fulgentissimo illo castitatis

cingulo. Verum quis non admirabitur in viro tam præclaro genere orto, cui adeo semper arriserit ex omni parte fortuna, quæ nihil quod suarum est partium ipsi unquam negasse videtur, tam variam, tamque reconditam eruditionem, judicium certissimum, ingenium tam acre, peneque divinum, memoriam adeo tenacem ? in quo præter exactam utriusque juris prudentiam, perfectam quoque trium linguarum peritiam quis non suspiciat? Nam in Græcis ac Latinis adhuc puer exercitatissimus erat : in Hebræis vero Deus bone quam feliciter versatus est, quam etiam erga suum præceptorem liberalis. Qui his igitur comitibus ita ad sacras jam dudum accessit Litteras, ut neque naturalis philosophiæ, neque theologiæ, quam scholasticam vocant, destitueretur peritia, quis ambigat ipsum mira præstiturum ? Itaque nullum in eis quantumvis abstrusum invenias locum, cujus, exactissimam non possit ex tempore reddere rationem. Sed qui ego hæc non credituris frustra denuntio ? de homine potissimum, qui nondum quintum et tricesimum attigit annum, in præclarissimo dignitatum opumque splendore semper constituto, quæ non parum impedimenti studiis afferre solent. Spero equidem quod concredita sibi talenta nequaquam in terram defodiet. Quanquam enim etiam nunc lucerna sit non subter modium, sed super candelabrum posita, omnibus qui in Ecclesiæ domo sunt, vitæ ac morum integritate, librorumque editorum doctrina prælucens, ac ut probum præstet Christi ovium sibi concreditarum pastorem, plurimis iisque maxime arduis distringatur negotiis : dabit tamen propediem, si divinare licet majus adhuc sui specimen in lucem, quo perspicuum omnibus fiet, me hæc assentandi gratia minime promulgasse, sed longe adhuc intra veritatis limites calamum continuisse. Quod si his e Græco vertendis vacare voluisset, supervacue nobis maximus hic labor sumeretur. Scio enim nonnulla eum quasi per ludum sibi ipsi vertisse facillime, in quibus ego noctes atque dies desudans, necdum omne id quod quærebam me opinor assecutum. O utinam tales forent omnes episcopi ac dispensatores, quos Dominus constituit super familiam suam, ut dent illi cibum in tempore ! profecto felicius ageretur cum Christi ovibus, imo cum tota republica Christiana. Præsulum namque et pastorum vitam ac mores grex universus imitatur. Quapropter omnibus in rebus, ornatissime præsul, hoc aurium ornamentum ne fastidias, te per tuam orbi cognitam humanitatem etiam atque etiam obtestor. Nosti enim ipsi præceptum fuisse Mosi, ut ad tabernaculum ac sanctuarium construendum non modo aurum et argentum, purpuram et byssum, lapides onychinos ac gemmas acciperet : verum etiam viles inter cætera caprarum pilos. Scis et viduæ duo æra minuta non modo fuisse Christo gratissima, sed omnibus quoque splendidis divitum muneribus ab eo præposita : et poculum aquæ frigidæ Christi nomine offerentem, nequaquam præmio fraudatum. Si igitur munus hoc ad tuas domi repositas divitias conferas, profecto vilius erit abjectissimis caprarum pilis : cui nihilominus, sicut et illis, locus erit ad exteriora tabernaculi Domini asservanda. Si vero animum quo munusculum hoc tuæ illustrissimæ offertur Celsitudini conspexeris, audeo asserere, auro et argento, purpura et bysso, lapidibus onychinis ac gemmis longe præstantius fore. Etenim si qua in re detur, ut propensi erga te mei animi facias periculum nullam, subire recusavero sententiam, si me ullo modo te inveneris fefellisse. Ne ergo munus hoc in se consideres, nec ad universam tui musei supellectilem conferas : sed ad offerentis animum, quo id verecunde porrigit, parumper oculos deflecte, ac munusculum hilari fronte suscipe : ut dum hæc non ingrata tibi fuisse deprehendero, majores ad hujusmodi studia vires assumam. Vale, præsulum decus eximium. Lovanii anno a partu virgineo, 1545, sexto Idus Augusti.

Ejusdem admonitio de auctore horum Commentariorum ex editione (a) Lovaniensi 1544, fol.

Studioso Lectori.

Cum hos Commentarios ante aliquot menses (*b*) in lucem ederemus, studiose lector, nec certi quidquam haberemus, quod de auctore divinaremus, aliorum magis, quam nostrum secuti judicium, præfati sumus, quibusdam videri auctorem esse Œcumenium, quem in cætera Novi Testamenti brevi a nobis Latinum accipies. Quanquam (ut verum fatear) hujus phrasis ab illo non parum (*c*) mihi dissidere videbatur. Nunc vero eumdem nacti auctorem in Psalmos Davidicos, et in Cantica quæ (*d*) una cum Psalmis canit Ecclesia, jam

(*a*) Hanc editionem, quam beneficio Heynii, viri perillustris, ex bibliotheca universitatis Goettingensis accepi, recenset Hamberger, *im vierten Theile der zuverlässigen Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern*, pag. 82. 83.

(*b*) Anno 1543, sexto Idus Augusti, ut ex ejus præfatione intelligitur.

(*c*) Magnum esse discrimen acuminis, ordinis, consilii, græcitatisque inter Pseudo-Œcumenium et inter Euthymium, nemo in dubium vocabit, qui utrumque legerit, sed de Œcumenio quid sentirem, dici alibi. Cum Euthymio nullo modo comparandus. Simillimus autem Euthymio est Pesudo-Theophylactus in Epistolas Paulinas.

(*d*) Ista cantica in plerisque codicibus τῶν Ο', junguntur Psalmis. Atque ita etiam reperi in duobus codicibus Mosquensibus Psalmorum cum interpretatione Euthymii, nimirum in cod. Bibl. SS. synodi num. 196 et 97.

secundo (*e*) typis excusum, certissimo certius ausi sumus ferre judicium, horum Commentariorum auctorem esse Euthymium (*f*) Zigabonum. Neque enim ovum ovo fuit unquam adeo simile, quam hæc (*g*) phrasis illi. Videas in utroque gratam cum simili pietate brevitatem, succinctam Hebraismorum explanationem. Et quemadmodum ibi Psalterium, ita et hic singulorum evangelistarum enarrationes simili ac pervenusta concludit (*h*) δοξολογία juncta παραινέσει. Adde (*i*) quod inter cætera enarrat et Mariæ ac Zachariæ cantica, quæ habet Lucas primo capite : quorum et in hoc et in illo libro, verbis duntaxat pro varietate interpretum immutatis, eamdem videbis interpretationem. A Et utrobique super eo verbo, *Præibis ante faciem Domini parare vias ejus.* Quæ sint, inquit, viæ ejus diximus tertio capite Evangelii secundum Matthæum, ubi habetur : *Vox clamantis in deserto, parate viam Domini.* Cum hæc aliaque plurimaque certissima de hoc auctore indicia haberemus, maluimus in his quæ nondum distracta erant, exemplaribus, studioso lectori id indicare, quam eum diutius suspensum tenere. Quare sicut illorum Commentariorum in Psalmos, auctorem nemo dubitat vere esse Euthymium Zigabonum, sic neque deinceps horum in Evangelia Commentariorum suspicetur quisquam alium esse auctorem. Vale. Anno 1544. Nonis Februarii.

(*e*) Ex hoc colligit Hambergerus, supra laudatus: *Dass einige Exemplare, aller Wahrscheinlichkeit nach, das Jahr* 1543, *auf dem Titel führen.* Sed vocabulum *excusum* est ambiguum. Incertum enim, utrum ad Commentarios in Psalmos, an ad Commentarios in Evangelia sit referendum. Sed illud puto. Etenim Montefalconius in Bibliotheca Coisliniana, p. 58, memorat illorum Commentariorum, ex interpretatione Philippi Sauli, editionem Veronæ in-fol. ann. 1530, et Lutet. in-8, ann. 1543. Priorem, si recte memini, vidi quondam in bibliotheca amplissimi senatus Lipsiensis. Hanc, ut videtur, notat Hambergerus, loco laudato quanquam hic pro Lutetiæ, scripsit Parisiis. Alterum argumentum est, B quod in hac ipsa editione Euthymii, anni 1544, in Indice scribitur : « Liber hic neque Græce, neque Latine antea typis unquam excusus est. » Denique hic in fine hujus admonitionis legitur : « In his quæ nondum distracta erant, » etc. Est ergo hæc, ut credo, editio princeps, mutato tantum Indice.

(*f*) Ita, pro *Zigabenus.*

(*g*) Id ipse etiam testari possum, cum codices Mosquenses Psalmorum tractaverim.

(*h*) Sed hoc in pluribus Patrum Commentariis reperitur.

(*i*) His et similibus argumentis in primis efficitur, auctorem horum Commentariorum esse Euthymium.

EJUSDEM PRÆFATIO.

Candido Lectori.

Ne quid in hoc auctore evolvendo hæsites, candide Lector, paucis de rebus te duximus præmonendum. Id igitur primum sit, quod in eo exemplari quod ad nostras manus pervenit, quædam annotationes interdum ponebantur (*k*) in marginibus : quas, cum nequaquam pœnitendas censerem, non fuit animus penitus abjicere, ne vel hoc commodo fraudareris. Verum ne hujusmodi adnotationibus margines replerentur, nec esset spatium ponendis sacræ Scripturæ locis, quæ passim ab auctore citantur, eas in reliquæ Scripturæ ordinem redegimus, atque post ejus particulæ textus enarrationem ad quam ponebantur, locavimus : certis tamen quibusdam (*l*) notulis, hinc quidem adnotationem ipsam, illinc vero locum cui respondeant designantibus. Alias autem, quæ duobus verbis capitum sententias demonstrabant, suis locis reliquimus. Quin et paucis in locis, ubi operæ pretium visum est, nostras quoque adnotatiunculas margini addidimus : præsertim : cum litteræ dictio aliqua Hebraicam aut Chaldaicam C habet originem, quæ loca auctor noster, ut qui Græcus tantum esset, aut omnino prætermiserat, aut infeliciter tractaverat. In primo statim cujusvis faciei initio nomen evangelistæ, una cum capitis numero juxta Latinorum enumerationem posuimus : supra ipsos autem paginæ versus, majusculis litteris, numerum capitis juxta Græcorum supputationem quod eam solam auctor noster toto opere prosequatur.

Loca vero e Bibliis citata, aut ea concernentia, in margine adnotavimus ; numeris juxta Latinorum distinctionem capita designantibus, quod hæc opinemur esse tibi notiora. Ubi autem locus quispiam citatus, non fuerit in margine expressus, ad ejusdem voluminis locum antea citatum recurrito ; id enim de industria omisimus, ne idem caput D ejusdem voluminis toties iteratis vicibus adnotaremus. Ignosces etiam pro tua humanitate, candide lector, quod voces quasdam non vitaverimus, a quibus nostro hoc feliciori sæculo abhorrent nonnulli ; veluti sunt, *salvator, salvare, compati, compassio, incompassibilitas, dispensatio, dispensatorie ac similes* : potissimum cum viderem doctissimos ac eloquentissimos christianæ religionis proceres ab

(*k*) Idem observavit Richardus Simonius in Euthymii codicibus Parisinis, et nos in utroque Mosquensi.

(*l*) Nimirum signo crucis quod nos quoque imitati sumus.

his nequaquam abhorruisse, Tertullianum dico, Lactantium, Cyprianum, Hieronymum et Augustinum, qui etiam XIII. De Trinit., cap 10, ita loquitur : « Nisi infirmitas esset, medicum necessarium non haberent, qui est hebraice *Jesus*, Græce *Soter*, nostra autem locutione *Salvator* : quod verbum Latina lingua non habebat, sed habere poterat, sicut habuit quando voluit. » Et merito hæc dicit Augustinus. Quis enim dubitat, quin Cicero, si nostris fuisset temporibus, nostræque fidei recepisset dogmata, plurimis usus fuisset vocibus quibus non est usus : quanquam et ipso verbo *Salvare* usus est in L. Pisonem, et ejus voce passiva, II De natura deorum. Quintilianus quoque lib. XII, cap. 10, usus est eodem verbo ; quod etiam adnotaverunt ante nos viri doctissimi. Quanquam recentiores typographorum castigatores hæc inmutare ausi sint: sive id suo fecerint arbitrio, sive aliorum suasu, qui hæc depravata fuisse asserebant, quod rara essent inventu. Ego tamen vulgo me nonnihil accommodare debui. Quia vero locum quemvis ocurrentem idem auctor, nullo prætermisso ita explanat, ut quæcunque circa eam materiam, aut idem evangelista alio in loco, aut cæteri recensent, pariter edisserat, ad minima usque singulorum interdum verba, ubi vero sese postmodum eadem res obtulerit, ad dictam interpretationem citato juxta Græcorum supputationem capite transmittat : idcirco præstat antequam auctoris verba aggrediamur præmittere ordinem ac numerum singulorum capitum modo quo apud Græcos distincta sunt, quem et nos una cum auctore in nostra versione servabimus. Deinde quia in Græco, in quod incidimus, exemplari, contextus Evangelii non raro discrepat a Novorum Testamentorum editione, quæ passim Græcis excusa typis circumferuntur : quo ubi accidit, plerumque conforme est exemplar Græci hujus auctoris editioni Bibliorum, quæ dominus Franciscus Ximenez archiepiscopus olim Toletanus, ac S. R. E. cardinalis, immensis sumptibus, laboribus ac vigiliis, maxima cum diligentia compluti curavit nostris temporibus variis linguis excudenda : accitis undique terrarum tum viris in linguarum cognitione doctissimis, tum exemplaribus castigatissimis ac vetustissimis, vel ab ipsa Leonis X Bibliotheca, vel a Venetorum senatu transmissis, aut aliunde, nulla expensarum seu laborum habita ratione conquisitis. Ne quis ergo Evangeliorum contextum nos temere immutasse existimet, loca discrepantia adnotavimus : quanquam frequenter res sit exigui momenti, quæ dissidium faciat. Ubi autem Complutense hoc citaverimus exemplar, Græcum intelligimus contextum non Latinum nam in hoc nihil a Vulgata editione immutatum est. Porro in quibus dissideat Vulgata editio ab universis Græcorum exemplaribus, ex aliorum tum versionibus tum adnotationibus, facile cuivis perspicuum erit. Præterea ne quis protinus Vulgatam, hac in parte damnet editionem, quod ea quæ Græce per tempus præsens aut præteritum efferuntur, habeat in futurum versa, sicut nonnulli frequenter fecisse videntur : animadvertendum est, evangelistas et apostolos, cum genere Hebræi essent, hac in re sicut et in aliis multis, Hebraicum secutos idioma, quo illi frequentissime pro præsenti, quod proprium non habent, aut pro futuro, efferunt præteritum : utque in universum dicam, tempus unum pro alio Hebræi sæpenumero collocant : quod etiam evangelistæ non raro fecerunt, nec solus Matthæus, qui patria scripsit lingua, hoc est Hebræa, sed et cæteri, qui Græce scripserunt. Quædam ergo ex innumeris locis seorsim recensuimus, in quibus manifeste præsens, interdum etiam præteritum pro futuro locatum est : quorum et nos quædam exigente sententia, per futurum vertimus : alibi quoque id ex litteræ contextu aut ex ipsis Commentariis planum erit : interdum vero ob auctoris nostri enarrationem immutare non licuit. Est et alia peculiaris Hebræorum phrasis, quam non raro æmulantur evangelistæ, qua pro epitheto sive nomine adjectivo, addunt genitivum substantivum, dicentes : *Deus pacis, misericordiæ, justitiæ, ultionis*, hoc est, pacificus, misericors, justus, ulciscens : *lex mortis*, id est mortifera ; *filii inobedientiæ*, inobedientes ; *judex iniquitatis*, iniquus, *mammona iniquitatis*, iniquum ; *vox clamantis*, clamans ; fortassis et *merces iniquitatis*, iniqua. Sic Judas dicitur *filius perditionis*, hoc est perditus, aliaque innumera. Id plerumque immutare non licuit propter auctoris nostri scholia, quæ litteram per genitivum interpretantur : interdum quoque non libuit, quod apud omnes jam olim alia recepta esset sententia.

Ad hæc solent Hebræi hanc dictionem *verbum* aut *sermo* pro re vel facto ponere : quod in Veteri quidem Testamento frequentissimum est, ut cum dicitur (*Isa.* 39) : *Non fuit verbum quod non ostenderit eis Ezechias in domo sua*, ubi tamen paulo inferius subsequitur : *Non fuit res quam ostenderet eis in thesauris meis*. Et alibi (II *Reg.* I) cum sit David puero, qui ex castris Israel se fugisse dicebat. *Quod est verbum quod factum est ? indica mihi* ; et innumeris aliis in locis. Idem in Novo quoque Testamento passim (Marci I, Luc I, II, IV) usu venit, ut cum leprosus curatus disseminasse dicitur *Sermonem*. Et frequentissime apud Lucam ; *Non erit impossibile Deo omne verbum. Videamus hoc verbum quod factum est. — Quod est hoc verbum, quod cum auctoritate ac potestate imperat spiritibus ?* Et alibi frequenter. Quam tamen Hebræorum phrasim auctor noster plerumque non videtur animadvertisse, sicut nec præcedentem : quod Hebraice non calleret, sed tantum Græce. Atque ob id quoque citans quippiam ex Veteri Testamento, semper juxta Septuaginta profert Interpretes. Cæterum etsi cunctis manifestum sit me interpretem tantum agere, nihilque quod meum sit edere, sive illud approbandum sit, sive reprobandum : ne quis tamen hunc auctorem minoris faciat, quod uno aut altero in loco a communi La-

tinorum theologorum opinione dissentire videatur, quemadmodum et alii Græci : nempe de die mensis quo Christus mysticam celebraverit Cœnam, et de bonorum ac malorum retributione operum : utrum statim a cujusque morte fiat, an ad diem usque postremi judicii differatur, quemadmodum olim senserunt Græci. De Spiritu sancto quoque quod a solo Patre procedat, etsi id nusquam dicat auctor noster, idem tamen cum cæteris Græcis sensisse videtur, cum semel atque iterum dicat illum a Patre procedere, nulla Filii facta mentione. Et quanquam prædictis in locis, marginali adnotatiuncula te præmunierimus, candide lector : ob duo tamen illa posteriora tibi perpendendum est, quod auctor noster multis procul dubio annis tempora concilii Florentini præcesserit : in quo Eugenius Pontifex IV, consentiente imperatore Constantinopolitano, et loca tenentibus patriarcharum, cæterisque Ecclesiam Orientalem repræsentantibus, anno Dominicæ Incarnationis 1439, pridie Nonas Julii, sui pontificatus anno nono, litteras sanctæ dedit unionis, quibus prædicti omnes sua nomina subscripserunt, hæc inter cætera continentes.

Convenientes Latini et Græci in hac sacrosancta œcumenica synodo, magno studio invicem usi sunt, ut inter alia etiam articulus ille de divina Spiritus sancti processione, summa cum diligentia et assidua inquisitione discuteretur. Prolatis vero testimoniis ex divinis Scripturis, plurimisque auctoritatibus sanctorum doctorum Orientalium et Occidentalium : aliquibus quidem ex Patre et Filio, quibusdam vero ex Patre per Filium procedere dicentibus Spiritum sanctum, et ad eamdem intelligentiam aspicientibus omnibus sub diversis vocabulis. Græci quidem asseruerunt quod id quod dicunt Spiritum sanctum ex Patre procedere, non hac mente proferrent, ut excludant Filium, sed quia eis videbatur, ut aiunt, Latinos asserere Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere, tanquam ex duobus principiis et duabus spirationibus, ideo abstinuerunt a dicendo quod Spiritus sanctus ex Patre procedat ex Filio : Latini vero affirmaverunt non se hac mente dicere Spiritum sanctum ex Filio procedere, ut excludant Patrem, quin sit fons ac principium totius Deitatis, Filii scilicet et Spiritus sancti, aut quod id quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, Filius a Patre non habeat, sive quod duo ponant principia seu duas spirationes, sed ut unum tantum asserant esse principium unicamque spirationem Spiritus sancti, prout hactenus asseruerunt : et cum ex his omnibus unus et idem eliciatur veritatis sensus, tandem in infra scriptam sanctam Deo amabilem eodem sensu eademque mente unionem, unanimiter concordarunt et consenserunt; in nomine igitur sanctæ Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, hoc sacro universali approbante Florentino concilio definimus, ut hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur et suscipiatur, sicque omnes profiteantur : quod Spiritus sanctus ex Patre et Filio æternaliter est, et essentiam suam, suumque esse subsistens habet ex Patre simul et Filio : et ex utroque æternaliter tanquam ab uno principio et unica spiratione procedit. Declarantes quod id quod sancti doctores et Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur Filium quoque esse secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentiæ Spiritus sancti sicut et Patrem. Et quoniam omnia quæ Patris sunt, ipse Pater unigenito Filio suo gignendo dedit, præter esse Patrem, hoc ipsum quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, ipse Filius a Patre æternaliter habet, a quo æternaliter etiam genitus est. Definimus insuper explicationem illorum verborum, Filioque, *veritatis declarandæ gratia et imminente tunc necessitate, licite ac rationabiliter symbolo fuisse appositam.* Et infra de operum retributione subjungit : *Illorumque animas qui post baptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam quæ post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutæ corporibus, in pœnis purgatorii, prout superius dictum est, sunt purgatæ, in cœlum mox recipi, et intueri clare ipsum Deum trinum et unum sicuti est, meritorum tamen diversitate alium alio perfectius. Illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato vel solo originali decedunt, mox in infernum, pœnis tamen disparibus puniendas.* Porro de prima illa diversitate diei quo Christus agnum paschalem ederit, et de eo quo pro nobis mortuus sit, longa semper fuit inter Græcos et Latinos contentio, dicentibus Græcis ipsum decimatertia luna agnum edisse paschalem, passum vero decimaquarta, ut veritas responderet figuræ : et propter illud Joannis (*Joan.* XVIII, 29) : *Et ipsi non introierunt in prætorium, ne contaminarentur, sed ut ederent Pascha.* Ac illud (*Joan.* XIX. 14) ; *Erat autem Parasceve paschæ ; et : Ibi ergo propter Parasceven Judæorum, quia prope erat monumentum, posuerunt Jesum.* Siquidem illa Parasceve nihil aliud erat, quam dies præparationis, quo se præparabant Judæi ad edendum agnum paschalem. Latini vero asserunt eum decimaquarta luna agnum quidem edisse paschalem, sicut et cæteros Judæos : quia ut habet etiam Græcus Chrysostomus, ad mortem usque semper servavit legem : passum vero aiunt decimaquinta luna, propter alios tres evangelistas (*Matth.* XXVI ; *Marc.* XIV ; *Luc.* XXII.) qui astruunt fuisse primum diem azymorum, quo Christus postremam cœnam cum discipulis celebravit. Et hi autem et illi repugnantem Scripturam obtorto collo trahere quodammodo videntur ad suum sensum. Quapropter operæ pretium facturus videor, si in tui gratiam, benevole lector, hoc loco dilucide adnotavero, quæ varia lectione magnisque sudoribus hac de re in compendium redegi. Primum itaque notandum est, quod naturalis dies apud Hebræos incipit ab occasu solis, et desinit in ejusdem occasum diei sequentis, juxta illud (*Gen.* I) : *Factum est vespere et mane dies unus.* Mensis vero a

conjunctione media luminarium; et durat triginta diebus, duodecim horis, et duabus tertiis unius horæ cum tribus minutis, quæ supputatio invariabiliter conformis est cum Ptolemæo aliisque astronomis secundum medium cursum lunæ. Annus autem exordium sumit a Neomenia sive solis ac lunæ coitione proxima æquinoctio vernali, secundum medium cursum solis et lunæ (*Levit.* XXIII; *Num.* XXVIII et XXIX). Præterea omnia festa Hebræorum, quæ a Mosaica lege habentur, præter Sabbatum, suam numerationem ac variationem per diversos hebdomadæ dies, sumunt a primo die prædictæ Neomeniæ, a quo juxta legem omnia sua festa numerant Hebræi: puta decimo quinto die ejusdem primi mensis festum erat azymorum, et pridie ejus diei, id est decima quarta luna ad vesperam, edebatur agnus paschalis. A festo autem Azymorum transactis septem hebdomadis, sequenti die, nempe quinquagesimo, festum erat Primitivorum sive Pentecostes. Post sex vero menses lunares ab eadem prima Neomenia, id est post centum septuaginta septem dies; sequenti die erat festum Tubarum, nempe in Neomenia, proxima æquinoctio autumnali. Decimo inde die festum Expiationis celeberrimum. Decimo quinto ejusdem mensis die, festum Scenopegiæ sive Tabernaculorum. Et ab hoc festo, die octavo, id est post septem ejusdem festi dies, occurrebat ultimum eorum festum, nempe cœtus vel collectæ sive retentionis: quod solum designabat fidelium in sancta Ecclesia congregationem ac retentionem sive perseverantiam, quod factum est post veteris legis finitas figuras ac cæremonias. Deinde animadvertendum est quod quando juxta vernale æquinoctium, conjunctio luminarium secundum medium cursum occurrebat post decimam octavam diei horam, quia jam peractæ erant plus quam tres quartæ partes diei, et declinabat magis ad diem sequentem, ideo servabatur quoque die sequenti, et ab hoc numerabantur omnia prædicta festa.

Præterea si dicta prima Neomenia occurrebat secundo, quarto, vel sexto hebdomadæ die servanda, rejiciebatur in diem sequentem. Nam si secundo hebdomadæ die fuisset servata, tunc festum Expiationis, quod erat celeberrimum, occurrisset die sexto celebrandum: quod si sexto die servaretur dicta prima Neomenia sive primus anni eorum dies, tunc dictum Expiationis festum die primo, quem nos vocamus Dominicum, occurrisset ab eis celebrandum: quorum utrumque admodum grave censebatur et valde onerosum toti populo, eo quod duobus continuis diebus naturalibus, nempe festo Expiationis et Sabbato, nullo modo liceret parare cibos, aut sepelire mortuos: corpora autem mortua, aut cocta olera non possent in tertium servari diem, præsertim in calidis regionibus. Quodsi sexto die servaretur prædicta Neomenia sive primum novilunium, tunc septimus dies festi Scenopegiæ sive Tabernaculorum occurrisset die Sabbati. In hoc autem septimo die multa lætitiæ signa ostendebant, quæ die Sabbati facere non licuisset, septies circumeundo altare cum palmarum frondibus, in memoriam captæ Jericho primæ civitatis, quam in terra promissionis filii Israel hujusmodi septenaria circuitione ceperant, in hoc præterea die lectio quoque illa Psalmistæ (*Psal.* CXVII), publice decantabatur: *Obsecro, Domine, salva, quæso: obsecro, Domine prospere age: benedictus qui venit in nomine Domini.* Nam et hanc constitutionem scimus quoque in usu fuisse Israelitis, cum adhuc in captivitate essent Babylonica. Siquidem ex Thargum Esther colligimus quod eo die secabant frondes palmarum, atque decerpebant citrea poma, abscindebant rosmarinum, et faciebant sibi הושענא hosana: legebantque in libris suis et orabant, lætabantur et hilares erant in הושענא hosana, saltabant et exsiliebant sicut hædi. Unde videre licet ut hoc quoque docendi gratia addamus vocabulum Hebræum הושיעה נא hosana vulgi more apud Hebræos etiam ante Christum natum fuisse corruptum aut illos usurpasse ipsum more Chaldaico, et deinde abusos fuisse pro solemnitate Palmarum, in qua cum ramis cæremoniæ fiebant. Et ita nato postmodum Christo, cum vellet populus eum honorare, et cum triumpho Hierosolyma deducere, ignorantes compleverunt prophetiam Davidicam, occasione sumpta ex surculis ab olivis decerptis et in viam stratis, clamantes Hosana, id quod clamare consueverant in solemnitate Ramorum. His itaque præmissis animadvertendum est, quod anno quo passus est Christus occurrit prima Neomenia, sive conjunctio luminarium proxima æquinoctio vernali secundum medium cursum solis et lunæ juxta veram et exactam supputationem peritissimorum Hebræorum, die quinto hebdomadæ post decimam nonam diei horam, cum aliquot minutis: et ita juxta prædicta erat sequenti die servanda. Sed quia, sexto die, ut dictum est, nunquam servabatur, idcirco Judæi eo anno servabant primum illud novilunium die Sabbati: et ita decimus quintus dies ejusdem mensis, quo occurrebat festum Azymorum, juxta Judæorum observantiam etiam erat dies Sabbati: ideoque propter duorum festorum concursum, de illo dicit Joannes (*Joan.* XIX); quod *erat magnus dies ille Sabbati*, ut etiam ad ea verba habet auctor noster. Christus vero servavit quidem Neomeniam sexto hebdomadæ die: cum enim post decimam nonam horam occurrisset quinti diei, rationabiliter ut dictum est, magis pertinere videbatur ad diem sequentem. Verum a sexto die ad Sabbatum cum Judæis transferre noluit. Nam hoc propter festa septimo mense futura faciebant Judæi, ut prædictum est; Christus autem noverat, quod per suam Passionem quæ instabat, cessaret obligatio sequentium illorum festorum, sicut et cætera legis cæremonialia. Propter hoc itaque, etiam quia sequenti die moriturus erat Christus, typicum quidem agnum vera et legitima decima quarta luna, quæ fuit die quinto, comedit; quarta decima vero

luna juxta veterem Hebræorum numerationem etiam legitima, *in* cujus vespera Judæi typicum agnum *erant immolaturi*, ipse verus Agnus fuit immolatus: *et ita* veritas respondit figuræ. Horum autem causam, ut verisimile est, solum indicaverat patrifamilias in cujus ædibus pascha edebat, et ipsis duodecim discipulis, quorum (*Luc.* XXII) Petrus et Joannes ex jussu Christi necessaria paraverant, nempe lactucas agrestes et baculos: nam agnus ipse decimo die mensis parabatur : panes quoque azymi, ut verisimile est (*Exod.* XII) aliquot ante diebus, juxta familiarum magnitudinem parati erant; itaque nullus ex hoc passus est offendiculum, neque ob id coram judice potuit accusari.

Quin et Tertullianus Latinus auctor proximus apostolorum temporibus, de die Passionis Christi ita loquitur in *Apologetico adversus Judæos*. «Quæ Passio intra tempora septuaginta hebdomadarum perfecta est, sub Tiberio Cæsare, coss. Rubellio Gemino et Rufo Gemino, mense Martio, temporibus Paschæ, die octavo Kalendarum Aprilium, die primo Azymorum, quo agnum ut occiderent ad vesperam, a Mose fuerat præceptum. Neque enim ob id dici potest primo die Azymorum mortuus, juxta prædicta Tertulliani verba, quod ea nocte captus fuerit. Siquidem omnium testimonio in cruce et non in comprehensione fuit nostra redemptio. Et procul dubio divina id actum est Providentia, quod eo anno duplex decima quarta luna occurrebat, ut diversis respectibus, et hinc veri agni immolatio typico responderet, et illinc Christus ad finem usque vitæ legem servaret, ut habet etiam Græcus Chrysostomus, ac typicum agnum vera et legitima decima quarta luna ederet, sicut eum edisse dicit Hieronymus. Et de hac decima quarta luna, juxta Christi numerationem loquuntur indubie Matthæus, Marcus et Lucas, cum aiunt fuisse primum diem Azymorum. Nam cum hi tres evangelistæ magnam facerent hujus cœnæ mentionem, et consecrationis Eucharistiæ, ostenderunt Christum etiam in hoc legem observasse, nempe juxta veram ipsius supputationem ut prædiximus (*Joan.* XIII). Joannes vero qui de cœna, tanquam ab aliis latius tractata, unico verbo absolvit dicendo : *Cœna facta*, aliam juxta veterem Judæorum observantiam decimam quartam lunam consideravit ; ad excludendum errorem, qui nonnullis oriri potuisset ex aliis evangelistis, nempe quod veritas non responderet figuræ in veri agni immolatione. Et ideo dicit (*Joan.* XIX, 14) quod die quo mortuus est Christus erat parasceve Paschæ, et quod non introierunt in prætorium ne contaminarentur, sed ut ederent pascha : ubi dictio *Pascha* nequaquam pro azymis capi potest, ut quidam volunt, tum quod nusquam alibi ita capiatur in Scripturis, tum quod ad edenda azyma nusquam dicatur requiri; neque verisimile sit esse necesse, ut mundi sint, cum pœna mortis intentata, septem integris diebus naturalibus præciperetur eis ut azyma ederent Exod. XII), et non fermentatum panem et tamen illam immunditiam levissimas ob causas contrahebant.

Quod autem aiunt nonnulli, Judæos præcedenti die occupatos circa capiendum Christum, neglexisse agnum edere paschalem, et quod idcirco nocte sequenti illum essent comesturi, non fit verisimile. Siquidem etiam illi qui legitimo tenebantur impedimento decimo quarto die primi mensis, non poterant sequenti die pro libito agnum edere paschalem, sed sequentis mensis die similiter decimo quarto ad vesperam, ut habetur Numeri X. Itaque die Passionis Christi cum nondum inchoata esset solemnitas Paschalis aut Azymorum, juxta veterem Judæorum observantiam, licebat eis usque ad solis occasum judicialia exercere, accusare, testes adhibere et examinare, sententiam ferre, Simonem cogere ut crucem tolleret, sepelire, aromata præparare, aliaque plurima agere, quæ Judæi nequaquam fecissent, si decimam quintam lunam et ita festum Paschæ et Azymorum eo die celebrassent, cum facta sua per legem Mosaicam justificare niterentur dicentes : *Nos legem habemus*, etc., et maxime Joseph ab Arimathea vir bonus ac justus et Nicodemus qui Dominum sepelierunt, qui propter Parasceven Judæorum, quia prope erat monumentum, ibi posuerunt Jesum, ait Joannes decimo capite. Circa quæ verba habet Augustinus : «Acceleratam vult intelligi sepulturam, ne advesperasceret, cum jam aliquid tale non liceret propter parasceven quam cœnam puram Judæi Latine usitatius apud nos vocant. Neque enim aut hi, aut piæ illæ mulieres adhuc cognoverant cessare in Christi morte legalia. Demum, ut epilogo concludamus, Christus suum Pascha juxta legis Mosaicæ tenorem celebravit, Judæi autem die sequenti juxta Patrum traditiones; quippe qui legale præceptum de Paschæ observatione hac sua traditione corruperunt, quam refert historiographus eorum Sedar Olam ; cujus traditionis, relictis compendii gratia Hebraicis hæc sunt verba : Sic statuerunt magistri nostri judices Sanhedrin magni nominis in sæculo. In domo sanctuarii secunda cum exstructa esset et consummata, tunc apparuit solium igneum perfectissimum, super quod sedebat Rex mundi sublimis valde stans inter porticum : et acceperunt coronam, appenderuntque sigillum reconditum, et sanxerunt, ordinaveruntque statutum perpetuum : et traditum est in manu Rabbi Eliezer, qui reliquis omnibus major erat : et is ordinavit diem sortium non observari secundo, quarto, septimo hebdomadæ die: neque Pascha secundo, quarto sexto : neque diem Retentionis tertio quinto, septimo : neque principium anni secundo, quarto, sexto : neque diem Expiationis primo, tertio, sexto in æternum. Hæc, si cui placeat, latius videre poterit in Paulo Burgensi super Matthæum, cap. 26, et in libro quem edidit Paulus Midelburgensis episcopus Sempronianus de celebratione Paschæ.

Nihil ergo eorum quæ noster habet uctor tibi no- A niri curaveris antidotis. Lege itaque secure, quæ cumento esse poterit, pie lector, si his te præmu- non sine maximo fructu leges.

EJUSDEM.

Loca quædam in quibus nostrum exemplar alio modo habet quam ea quæ vulgo circumferuntur Græca exemplaria.

—

Ex Matthæo.

Matth. 2, 11 (*a*). Et intrantes domum (viderunt) puerum. Habet enim εἶδον non εὗρον invenerunt. Facit nobiscum exemplar Complutense.

3, 11. Ipse autem baptizabit vos in Spiritu B sancto. Non addit καὶ πυρὶ et igni. Concordat etiam Complutensis editio.

6, 18. Ne videaris hominibus jejunare, etc. Post verba illa : Reddet tibi, non additur, ἐν τῷ φανερῷ, in propatulo. Habet conformiter et exemplar Complutense, et Vulgata editio. Quanquam et in nostro et in Complutensi exemplari antea sit additum cum de eleemosyna fieret sermo.

7, 12. (Ita) enim est lex et prophetæ. Siquidem habet οὕτως, ita vel sic, non οὗτος, hic. Pari modo legit Complut. exemplar.

7, 14 (Quam) angusta est porta et stricta via quæ ducit ad vitam. Habet enim τὶ, non ὅτι, quod vel quoniam. Pari modo legunt et Complutense exemplar et editio vulgata. C

8, 11. Multi ab oriente et occidente venient et accumbent (in sinibus) Abraham. Habet enim ἐν τοῖς κόλποις, in sinibus, non μετά cum. Nobiscum legisse (*b*) Chrysostomum manifestum est ex homilia ipsius 27, super Matthæum.

8, 15. Surrexit et ministrabat (ei) Nam habet αὐτῷ singulariter, non αὐτοῖς eis. Nobiscum facit Complutense exemplar, et Vulgata editio in quibusdam veteribus exemplaribus.

10, 1. Accersitis 12 discipulis suis, dedit eis potestatem (adversus) spiritus immundos. Nec in nostro nec in Complutensi exemplari exprimitur præposito κατὰ adversus. Et ita quoque legisse videtur qui vulgarem dedit editionem : ait enim : Dedit eis potestatem spirituum immundorum, Addi- D dimus tamen, exigente id sententia.

10, 3. Jacobus Alphæi filius et (Lebæus). Nam habet ubique Λεβαῖος simplici β. Et ita semper habet vulgata editio.

11, 16. Similis est pueris sedentibus in (foro) Habet enim ἀγορᾷ singulariter, non ἀγοραῖς foris. Nobiscum faciunt et exemplar Complutense et vulgata editio. Similiter infra (v. 31.) in dictione Bethsaida, non Bethsaidan.

12, 8. Dominus est Sabbati Filius hominis. Non enim additur καὶ et. Sic et Complutense exemplar.

13, 32. Majus est (omnibus) oleribus, sive maximum inter omnia olera. Additur enim πάντων omnium. Et ita habet et Vulgata editio et exemplar Complutense.

14, 34. (Gennezaret) semper habet in fine τ tenue, et duplex νν, Chananæa vero capite sequenti, (v. 22.) et alias sæpius, semper habet in initio χ asperatum. Facit in utroque nobiscum exemplar Complutense.

16, 20. Tunc præcepit discipulis suis, ut nemini dicerent, quod ipse esset Christus. Non additur nomen Ἰησοῦς. Et ita liquet Origenem (*c*) legisse in suis homiliis.

18, 8. Abscinde (ea). Habet enim αὐτὰ pluraliter, non αὐτὸν singulariter. Concordat etiam exemplar Complut.

18, 19. Rursum (amen) dico vobis, quod si duo ex vobis, etc. Nam additur ἀμὴν etiam in Complut. exemplari.

18, 29. Procidens ergo (servus) ad pedes ejus. Habet enim (*d*) δοῦλος, non σύνδουλος αὐτοῦ conservus ejus, quanquam vere conservus erat. Et infra, eodem versu, Et solvam tibi : non additur πάντα omnia. Et in hoc posteriore concordat nobiscum exemplar Complut.

21, 1. Et similiter Luc. 19, 29. Bethsphage, scribitur (*e*) interposito σ. Concordat ubique exemplar. Complut.

21, 7. Et (sedit super ea) videlicet vestimenta. Habet enim singulariter ἐκάθισεν sedit, et αὐτῶν pluraliter. Eodem modo exemplar Complut. quoad sensum, licet verbum haheat compositum ἐπ ἐκάθισεν (*f*), non autem ut alia exemplaria ἐπεκάθισαν ἐπάνω (*g*) αὐτῆς collocarunt super illam, puta asinam.

(*a*). Loca quatuor evangelistarum ab Hentenio minus definite notata in usum lectorum accuratius indicavi.

(*b*) Chrysost. t. VII, p. 209, C. εἰς τοὺς κόλπους. Idem ibid. p. 315 μετά. Et p. 361, D. εἰς τοὺς κόλπους. Per incogitantiam hæc finxit Chrysostomus ex Luc. 16, 23, ut ex primo Chrysostomi loco intelligitur.

(*c*). Tom. III, p. 532. A.

(*d*) Σύνδουλος habet uterque meus Euthymii.

(*e*) Scribis scilicet Græcis notum erat σφαγὴ.

(*f*) ἐπεκάθισεν uterque mens.

(*g*) Αὐτῆς Erasmus importavit contra codices. Secunda tamen ejus editio recte habet ἐπεκάθισεν ἐπάνω αὐτῶν.

21, 14. Et accesserunt ad eum claudi et cæci. Nam hoc ordine legit exemplar etiam Complutense : non *ut* alia exemplaria diverso ordine, cæci et *claudi*.

22, 4. Ecce prandium meum (paratum est). Siquidem habet ἡτοίμασται tertia persona passiva non ἡτοίμασα paravi.

22, 35. Et interrogavit eum unus ex eis legis doctor tentans eum. Non enim additur τις (*h*) quispiam, ante Tentans. Faciunt nobiscum et exemplar Complutense et Vulgata editio.

23, 7. Et vocari ab hominibus (Rabbi Rabbi) geminata (*i*) dictione. Nec est ῥαββεί per diphthongum sed ῥαββί. Facit per omnia nobiscum editio Complutensis.

23, 13, 14. Væ vobis Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia devoratis domos viduarum. Et post hanc deplorationem, sequitur illa, qua dicit : Væ vobis Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnum cœlorum. Hoc etiam ordine legit exemplar Complutense.

24. 45. Quisnam est fidelis servus et prudens, quem præfecit Dominus (suus). Additur enim αὐτοῦ (*k*). Similiter infra (v. 49) : Et cœperit percutere conservos (suos). Siquidem hoc etiam in loco addebatur αὐτοῦ. Faciunt nobiscum in priori quidem exemplar Complutense ; in posteriori vero, editio Vulgata.

25, 2. Quinque autem ex eis erant prudentes et quinque fatuæ. Hoc ordine qui naturalior est, et juxta præcepta rhetorices, habet etiam editio Complutensis. Et similiter infra (v. 4) ; Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus (suis.) Addit etiam nobiscum prædicta editio αὐτῶν suis.

26, 18. Ite in civitatem ad quemdam, et dicite ei : Tempus meum prope est. Non habet ὁ διδάσκαλος λέγει, Magister dicit ; neque ullam facit ejus mentionem in Commentariis. Habet tamen illud in Marco et Luca, sicut et cætera exemplaria. Et quia hoc etiam loco id habet editio Complutensis ; vereor ne id (*l*) librarii vitio sit omissum.

26, 40. Et ait Petro : Sic ? Non potuistis una hora vigilare mecum ? Et hæc distinctio magis quadrat : alioqui enim nihil est quod soli Petro locutus sit. Exemplar etiam Complutense addit (*m*) hypostigma post dictionem οὕτως sic.

27, 42. Descendat nunc de cruce et credemus (in eum). Neque enim simpliciter habet αὐτῷ ei, sed ἐπ' αὐτῷ. Pari modo legit et exemplar Complutense.

27, 54. Centurio autem et qui cum eo erant servantes Jesum, cum vidissent quæ fiebant, etc. Nihil hic dicitur de terræ motu : neque enim addebatur τὸν σεισμὸν καὶ, terræmotum, et. Nec tamen (*n*) id librarii vitio omissum videtur : nam Joannis, cap. VIII, v. 28, super eo verbo : Cum exaltaveritis Filium hominis, etc. Hæc verba in eumdem citat modum.

28, 19. Euntes, docete omnes gentes. Non additur (*o*) οὖν *ergo*, post dictionem *euntes*. Pari quoque modo legit exemplar Complutense.

Ex Marco.

1, 16. Vidit Simonem et Andream fratrem ipsius (Simonis.) Additur namque τοῦ Σίμωνος, etiam in exemplari Complutensi.

1, 35. Abiit in desertum locum. In nostro exemplari non exprimebatur nomen Ἰησοῦς. Facit autem nobiscum hoc in loco vulgata editio.

3, 34. Cumque circumspexisset in circuitu circum sedentes. Non addit (*p*) μαθητάς discipulos, et ita generalius loquitur. Faciunt nobiscum et exemplar Complutense et Vulgata editio.

4, 21. Num lucerna (venit) ut subter modium ponatur ? Nam habet ἔρχεται non (*q*) καίεται accenditur. Et hic quoque nobiscum faciunt et exemplar Complutense et Vulgata editio.

5, 11. Erat autem ibi juxta (montem) grex magnus porcorum. Siquidem habet πρὸς τῷ ὄρει, non pluraliter τὰ ὄρη montes. Similiter et hic pari modo legunt duæ prædictæ editiones.

6, 18. Non licet tibi habere uxorem (Philippi) fratris tui ; additur enim Φιλίππου.

6, 32. Et (egressi sunt), navigio in desertum locum. Siquidem habet pluralier ἀπῆλθον, non ἀπῆλθεν, *abiit*. Hic etiam concordant exemplar

(*h*) Erasmus scilicet post νομικός habet τις.

(*i*) Erasmus enim in gratiam Latinæ Vulgatæ semel omisit ῥαββί, ῥαββεί, per ει, in plerisque locis apud Theophylactum etiam legitur.

(*k*) Erasmus nimirum omittit αὐτοῦ in editione secunda et tertia quæ nunc ad manus erant solæ. Omissum ab Erasmo αὐτοῦ et Millii et Wetstenii latuit diligentiam.

(*l*) Recte judicat Hentenius. Habet enim uterque meus.

(*m*) Forte hypostigmen. Græce est ὑποστιγμήν.

(*n*) Utroque loco uterque meus omittunt ista verba Euthymio videtur hoc loco imposuisse Chrysost. t. VII. p. 825 e, qui hæc silentio prætermittit ac Lucam pro Matthæo explicat. Habent hæc codices meliores omnes atque etiam Origenes, t. IV. p. 298 E.

(*o*) Latinorum alli νῦν nunc, alii οὖν ergo intulerunt. Utrumque recte omittunt Tertullianus, Irenæus, Cyprianus, ut notat Sabatierius ad hunc locum. Ex codicibus omnibus, quos ego examinavi, habet solus Mosquensis e. vocabulum οὖν, qui est cum commentario et catena. Interpres ergo aliquis hic denuo incipiebat interpretationem. Ergo vinciendæ orationis causa addebat οὖν. Pro eo alii legerunt νῦν.

(*p*) Erasmus nempe in editione secunda etc., post περὶ αὐτόν habet μαθητάς.

(*q*) Scilicet in nonnullis codicibus Latinis legitur *accenditur*, pro *venit*. Hic fraus interpolatorum elucet. Nam alii id reddiderunt καίεται, alii, in his Codex Cantabrigiensis, omnium infimus, ἅπτεται Audacter nunc ita de cod. Cantabr. seu Wetstenii C. loqui possum. Mox enim in lucem istud monstrum protrahetur.

Complutense et Vulgata editio, quod etiam magis quadrat cum præcedentibus et sequentibus.

6, 37. Egressi (ememus) ducentis denariis panes. Siquidem ἀγοράσομεν habet indicandi modo, et non ἀγοράσωμεν *emamus*, per subjunctivum.

6, 44. Erant autem qui manducaverant (ipsos panes) Additur enim τοὺς ἄρτους. Facit nobiscum exemplar Complutense.

7, 26. Erat autem mulier Græca (Syra Phœnicissa) genere ; non Græca Syrophœnissa per compositionem. Pari modo legit et Complutense exemplar.

9, 6. Nom enim sciebat (quid dicturus esset). Habet enim λαλήσει, per indicativum, et non λαλήσῃ, per subjunctivum. Facit nobiscum Complut. editio ; nec eamdem est utrobique sententia, ut patte ex hujus dicti interpretatione Matth. XVII, 4.

10, 43. Sed quicunque voluerit fieri magnus inter vos. Non enim additur ὑμῶν post *quicunque*. Faciunt nobiscum exemplar Complut. et Vul. editio. Id autem non rectum est, quod neque in fine dictorum verborum habet Vulgata editio : Inter vos, aut, In vobis.

11, 32. At (dicamus) Ab hominibus : ut subaudiatur, *non*. Neque enim additur ἐάν *si*, ut possit legi : At si dixerimus. Neque adeo commode potest aptari sequentibus. Facit nobiscum exemplar Complut.

12, 29. Audi Israel Dominus Deus (vester) Dominus unus est. Siquidem non habet ἡμῶν *noster*, sed ὑμῶν *vester*. Et infra vers. 30, non habet, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου· Et ex tota virtute tua, quod tamen librarii (*r*) vitio factum arbitror, ut in illo loco adnotavimus. Item infra. v. 31. Et secundum simile est (illi). Nam habet αὐτῇ, non αὕτη *hoc* ; ut legi possit : Et secundum simile hoc est. Nobiscum legisse videtur, qui Vulgatam dedit editionem.

12, 36. Ipse enim David dixit per Spiritum sanctum : (Dicit) Dominus Domino meo, non (*s*) εἶπεν *dixit*. Et in scholiis facit etiam hujus mentionem : et ita habet exemplar Complut.

14, 32. Sedete hic dum orabo. Non enim habet ἀπελθών *digressus* ante *Orabo*. Concordant nobiscum et Complutense exemplar et Vulgata editio.

15, 28. Loco ejus, quod alii legunt : Et impleta est Scriptura quæ dicit : Et cum iniquis reputatus est nihil habet. Nec librarii (*t*) incuria omissum arbitror ; alioqui citasset utique in scholiis ubi id Scriptura dicat, quemadmodum in similibus facere solet. Nescio an a studioso quopiam prophetam citante id primum margini sit additum, deinde tempore procedente, litteræ sit admistum.

15. 29. (Vah) qui destruis templum Dei. Habet namque οὐά, non οὐαί, *væ*. Faciunt nobiscum Complutense exemplar, Vulgataque editio.

16, 11. Loco ejus, quod in aliis Latinis editionibus ex Græcis dicitur : Et illi audito quod viveret et visus esset ab ea, non crediderunt : nihil habet (*v*) nostrum exemplar. Nec mirum, si hoc quispiam addiderit, cum totum hoc de Resurrectione caput adjectitium esse plerique Græcorum asserant, ut habet noster auctor : idemque inter Latinos divus Hieronymus in Epistolis refert plerosque dicere. Et prætercea secundo adversus Pelagianos hoc ait de exprobrata incredulitate cordisque duritie.

Ex Luca.

2, 33. Et erant Joseph et mater ejus admirantes, etc. Non habet enim ὁ πατήρ, sed ὁ Ἰωσήφ. Facit nobiscum Complut. exemplar, imo et Vulgata editio, saltem in veteribus quibusdam exemplaribus. Similiter infra, vers. 43 : Et non cognovit Joseph, et mater ejus, assentiente etiam hic Complutensi exemplari cum alii habeant : Καὶ οὐκ ἔγνωσαν οἱ γονεῖς αὐτοῦ, Et non cognoverunt parentes ejus.

3, 33. Et ipse Jesus erat ferme annorum triginta incedens. Non incipiens. Habet namque ἐρχόμενος (*x*) Non ἀρχόμενος, quod etiam manifestum est ex auctoris scholiis.

Ibid. Qui fuit Eli. notandum in nostro exemplari ἡλεί, lenem habere spiritum. Præterea et ἠλίας, quotiescunque apud evangelistas legitur. Idque conformius est linguæ Hebraicæ in qua Elias ab Aleph littera sumit exordium ; hoc autem elementum, ut communiter dicitur, nullam secum trahit aspirationem. Quanquam ut verum fatear, neque Elias, sed Eliiahu scribendum esset, si recte Hebræos velimus imitari : sicut et Jesahiahu aut Iesaeiahu non Esaias aut Hesaias sive Isaias.

3, 24. Qui fuit (Matthan) non Mathat, ut ex communibus habetur Græcis exemplaribus. In plerisque etiam hujus genealogiæ nominibus, et similiter ejus, quam describit Matthæus, variatur apud auctorem nostrum orthographia a lectione commu-

(*r*) Recte monuit. Servat enim ista uterque meus.

(*s*) Nimirum pro secundo hujus versus εἶπεν habet λέγει.

(*t*) Abest in utroque meo. Ad Matth. XXVII, 38, laudat quidem Euthymius hæc, sed ex Isaia. Eo tamen in interpretatione Marci lectores remittit. Ex Lectionariis hanc corruptionem ortam esse docui quæ hæc in altera lectione omittunt, cum tamen in altera habeant.

(*v*) Hunc defectum apud solum Euthymium animadverti. Neque Birchius, novissimus editor, hunc defectum ex codice notavit. Alter etiam, vir diligentissimus, nullum hic ex codd. Vindobonensibus defectum notavit. Imo contra ex codd. indicavit ἠπίστησαν pro vitiosa unius codicis lectione ἠπίστησαν. Aliquid humani passus est aut ipse Euthymius, aut scribæ ejus.

(*x*) Hoc est vitium manifestum scribæ. Neuter meorum ita habet. Interpretatio illus loci est etiam pro ἀρχόμενος. Nam ἔρχομαι non construitur cum genitivo.

nium Græcorum exemplarium, frequenter quoque et a Germana Hebræorum lectione. Quapropter primum erat animus horum orthographiam nominum ad verum Hebræorum fontem reducere : postmodum vero rem propius inspectanti, et quod hæc non ab Hebræis, sed a Græcis traducerem perpendenti, satius visum est non adeo multa in littera Evangelii immutare, ne quid interdum hæreret lector, incertus de quo fieret sermo. Nec tamen Hebraicam horum nominum orthographiam penitus relinquere volui, ne quid a me studiosus lector desideraret, sed in hunc locum redegi. Breviter itaque utriusque Evangelistæ generationis seriem recta orthographia retexam. Liber, inquit Matthæus, generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham : Abraham genuit Iishac, Iishac autem genuit Jaacob, Jaacob autem genuit Jehudam et fratres ejus, Jehudas autem genuit Pharez et Zarah de Thamar, Pharez autem genuit Hesron, Hesron autem genuit Amminadab, Amminadab autem genuit Nahason, Nahason autem genuit Salmon, Salmon autem genuit Boaz de Rabab, Boaz autem genuit Obed ex Ruth, Obed autem genuit Iisai, Iisai autem genuit David regem, David autem rex genuit Solomonem ex ea quæ fuit Uriæ, Solomon autem genuit Rechabeam. Rechabeam autem genuit Abiam, Abiam autem genuit Josaphat, Josaphat autem genuit Jehoram, Jehoram autem genuit Osiam, Osias autem genuit Jotham, Jotham autem genuit Achaz, Achaz autem genuit Hizkiahu, Hizkiahu autem genuit Manassen, Manasses autem genuit Amon, Amon autem genuit Josiahu, Josiahu autem genuit Jekoniam, et fratres ejus in transmigratione Babylonica. Et post transmigrationem Babylonicam Jechonias genuit Sealtiel, Sealtiel autem genuit Zorobbabel, Zorobbabel autem genuit Abihud, Abihud autem genuit Eliakim, Eliakim autem genuit Azor, Azor autem genuit Zadoc Zadoc autem genuit Achim, Achim autem genuit Eliud, Eliud autem genuit Eleazar, Eleazar autem genuit Mathan, Mathan autem genuit Jaacob, Jaacob autem genuit Joseph virum Mariæ de qua natus est Jesus qui vocatur Christus. Lucas vero : Ipse, inquit, Jesus erat ferme annorum triginta incedens, ut putabatur filius Joseph qui fuit Eli, qui fuit Mathan, qui fuit Levi, qui fuit Melchi, qui fuit Janna, qui fuit Joseph qui fuit Matatheiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Ezel, qui fuit Naggæ, qui fuit Mahat, qui fuit Matatheiæ, qui fuit Semei, qui fuit Joseph, qui fuit Jehuda, qui fuit Johannan, qui fuit Resa, qui fuit Zorobbabel, qui fuit Sealtiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elmodam, qui fuit Er, qui fuit Jose, qui fuit Eliezer, qui fuit Joram, qui fuit Matatha, qui fuit Levi, qui fuit Simeon, qui fuit Jehuda, qui fuit Joseph, qui fuit Jona, qui fuit Eliacim, qui fuit Milcha, qui fuit Mainan, qui fuit Matatha, qui fuit Nathan, qui fuit David, qui fuit Iisai, qui fuit Obed, qui fuit Boaz, qui fuit Salmon, qui fuit Nahason, qui fuit Amminadab, qui fuit Haram, qui fuit Hesron, qui fuit Pharez, qui fuit Jehudæ, qui fuit Jacob, qui fuit Iishac, qui fuit Abraham, qui fuit Nachor, qui fuit Serug, qui fuit Ragu, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sala, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noah, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusale, qui fuit Enoch, qui fuit Iared, qui fuit Mahalaleel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

5, 19. Cumque non invenissent, qua illum inferrent. Non exprimitur præpositio *διὰ* per. Facit nobiscum Complut. editio.

5, 27. Vidit publicanum nomine (Levin) Habet enim *λευίν*. Et statim infra v. 29 : Et fecit ei convivium magnum (Levis) *λευΐς*, non per diphthongum in posteriori sillaba (*y*) *λευτίν* et *λευτίς*. Facit nobiscum etiam exemplar Complutense. Possunt autem hi casus in Latinam quoque linguam transformari, quemadmodum a nominibus Emphasis, Protasis, Epitasis ac similibus.

5, 30. Et murmurabant scribæ (qui inter eos erant) Additur namque *αὐτῶν*. Sic et exemplar Complutense.

6, 18. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur. Non enim repetit conjunctionem *καί et* ante verbum *curabantur*. Facit nobiscum Vulgata editio.

6, 20. Et ipse elevatis oculis suis in discipulos (suos). Nam repetitur *αὐτοῦ suos*. Faciunt nobiscum et Complutensis et Vulgata editio : quanquam hæc ad dictionem *Oculis*, non adjungit reciprocum *suis* idque male.

6, 23. Ecce enim merces vestra multa est in (cœlo) non *ἐν τοῖς οὐρανοῖς, in cœlis* pluraliter. Facit nobiscum Complutense exemplar.

6, 26. Væ cum laudaverint vos homines. Non enim additur *ὑμῖν vobis*, post interjectionem *væ*. Et in hoc facit nobiscum præter exemplar Complut. etiam Vulgata editio. In eo autem quod non addit auctor noster *πάντες* (*z*) *omnes*, ante *homines*, facit nobiscum Complut. editio, et melius correspondet contrariæ beatitudini.

(*y*) **Erasmus** *εἰ* edidit, ut supra *ραββεί*.

(*z*) **Chrysost**, t. VII, p. 192, A. vehementer urget τὸ πάντες. Ὁ δὲ Λουκᾶς, enim inquit, καὶ ἐπιτεταμένως καὶ μετὰ πλείονος αὐτὸν παραμυθίας τοῦτα ἐκτείνειν φησίν. Οὐ γὰρ δὴ μόνον τοὺς κακῶς διὰ τὸν Θεὸν ἀκούοντας μακαρίζει· ἀλλὰ καὶ τοὺς παρὰ πάντων καλῶς ἀκούοντας ταλανίζει· οὐαὶ γὰρ ὑμῖν, φησίν, ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσι πάντες οἱ ἄνθρωποι. Καίτοι καὶ τοὺς ἀποστόλους καλῶς ἔλεγον· ἀλλ' οὐ πάντες· διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσιν οἱ ἄνθρωποι, ἀλλ' ὅταν πάντες. Οὐδὲ γὰρ δυνατὸν τοὺς ἐν ἀρετῇ ζῶντας παρὰ πάντων ἀκούειν καλῶς· Et t. VIII, 483, A. Οὐαὶ ὑμῖν, ὅταν καλῶς εἴπωσι πάντες οἱ ἄνθρωποι. Sed Chrysostomus multa homiletice magis quam critice dicit. Ὑμῖν omitti, πάντες. in textu servat Theophylact, p. 344 A. Sed hujus interpretatio vix videtur admittere πάντες. Vide ibit. C. Φρίξωμεν, ἀδελφοί, πῶς τὸ οὐαὶ

6, 37. (Et) nolite judicare. Siquidem præponitur A καί *et*, in exemplari quoque Complutensi.

6, 40. Perfectus autem erit sicut magister suus, non enim habet πᾶς (*a*) *omnis*, ante *erit*.

7, 7. Loco eorum quæ apud alios habentur (propter quod et me ipsum non sum dignum arbitratus ut venirem ad te) nihil habet auctor noster. Sed neque in Matthæo, evangelistarum dicta concilians, horum facit mentionem. Non videtur ergo librarii negligentia prætermissum. In hoc enim capite ad hæc contextus verba : « Non enim sum idoneus, » etc., loco scholiorum ponit verba quæ sequuntur : Hæc etiam dixit Matthæus : Et declarata sunt (*b*) prædicto capite. Quod si judicasset hoc loco interponendum : Propter quod et me ipsum, etc., nequaquam dixisset omnia a Matthæo esse dicta, et in eo B declarata cum ibi nulla fit horum mentio.

7, 28. Dico enim vobis : In his qui e mulieribus nati sunt, major, Joanne Baptista nemo est. Non addit προφήτης, nec tamen videtur negligentiam omissum, ob eamdem causam, quam superiori adnotatiuncula retulimus.

8, 5. Et volucres cæli (etiam) comederunt illud. Additur enim (*c*) rursum καὶ *et*.

9, 43. Omnibus vero admirantibus supra his quæ faciebat (Jesus). Additur enim nomen Ἰησοῦς, etiam in exemplari Complut.

9, 55. Conversus autem, increpavit illos. Non enim additur nomen Ἰησοῦς, neque in exemplari Complut., neque in Vulgata editione. Deinde quod sequitur in omnibus versionibus, et in Græca etiam C editione Complutensi puta : Et ait illis : Nescitis cujus spiritus estis vos. Filius enim hominis non venit ad perdendum animas hominum, sed ad salvandum : quanquam nos addidimus : vereor (*d*) ne non sit librarii incuria omissum : maxime cum in scholiis nullam faciat horum mentionem.

9, 57. Sequar te quocunque ieris (Domine). Additur enim Κύριε, etiam in Complutensi.

10, 22. (Et conversus ad discipulos dixit) : Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Siquidem (*e*) adduntur etiam in exemplari Complut. hæc verba ; Καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς εἶπε : Et conversus ad discipulos dixit.

10, 23. Beati oculi qui vident quæ videtis. Neque enim in auctore nostro, neque in exemplari Complut. exprimitur ὑμεῖς *vos*. Video et hoc, et alia quædam hujusmodi minutula esse, et quæ fortassis alicui adnotatione indigna videbuntur ; nolui tamen (*f*) prætermittere, ne quisquam negligentis aut temeritate relicta putet seu immutata.

10, 39. Quæ etiam assidens ad pedes Jesu audiebat (sermones) illius. Habet enim etiam exemplar Complutense τῶν λόγων pluraliter.

11, 53. Cœperunt (Scribæ) et Pharisæi graviter insistere. Non enim habet νομικοὶ *legis periti*, sed γραμματεῖς *Scribæ*. Et statim infra eodem versu, non habet ἀποστομίζειν *captiose interrogare* : neque cum aliis ἐπιστομίζειν *os obstruere*, sed ἀποστο- B ματίζειν, hoc est, ab ore interrogare. Quid hoc autem sibi velit, vide in hujus loci enarratione.

12, 18. Et illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi. Neque (*g*) enim additur καὶ τὰ ἀγαθά μου. Et bona mea.

13, 15. (Hypocritæ) unusquisque vestrum Sabbatho non solvit, etc. Habet enim pluraliter ὑποκριταί. Concordant et exemplar Complutense et Vulgata editio.

13, 35. Ecce relinquitur vobis domus vestra : Non exprimitur ἔρημος *deserta*, quod ex enarratione patet librarii vitio factum non esse.

14, 15. Beatus qui (prandium) sumit in regno Dei. Neque enim habet ἄρτον *panem*, sed ἄριστον *prandium*. Concordat etiam exemplar Complutense. C

14, 21. Et reversus servus (ille) renuntiavit, etc. Non additur ἐκεῖνος *ille*, etiam in exemplari Complutensi.

15, 26. Et accersito uno de servis. Non additur αὐτοῦ *suis* (*h*), nec in exemplari Complutensi, nec in editione Vulgata.

17, 4. Et septies in die conversus fuerit dicens : Pœnitet me. Non habet ἐπί σε *ad te*. Concordat editio Complutensis.

17, 21. Neque dicent : Ecce hic, ecce illic. Non (*i*) habet ἤ *aut* : sicut etiam infra versu 23, ubi eadem repetuntur verba, in nullo habetur exemplari. Conformiter legit et Complutensis editio.

ἔχωσιν οἱ παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐπαινούμενοι. Δεῖ D μὲν γὰρ καὶ παρα τῶν ἀνθρώπων ἐπαινεῖσθαι, ἀλλὰ πρότερον ἀπὸ Θεοῦ. Si πάντων, probasset, haud dubie scripsisset, ἀλλ' οὐ παρὰ πάντων. Ita certe Chrysostomus argumentatur. Hoc autem in confesso est Enthymium et Theophylactum, accedentibus probatioribus codicibus, semper valere contra Chrysostom. Ex Chrysostomo ergo ὑμῖν et πάντες illatum scholiis et catenis, ac deinde etiam contextui.

(*a*) Πᾶς habet uterque meus.

(*b*) Evolve infra in interpretatione Matth. VIII 13, καὶ ἰάθη. Consistit hic locus cæterorum codicum auctoritate. Quid ? quod nec Birchii Cod. Vat. 1209, in gratiam Latinorum hæc omittit ?

(*c*) Neuter meorum agnoscit καί.

(*d*) Copiose de hoc loco disputavi in mea Novi Testamenti editione ad h. l. p. 223 seqq.

(*e*) De hoc etiam loco ibi dixi, pag. 240.

(*f*) Recte fecisti, Henteni. Nam vel ex tuis animadversionibus apparent hallucinationes Erasmi, hominis levis, negligentis, temerarii et perfidi. Pleraque enim, quæ memorasti, per illum ad Vulgatam Latinam sunt ficta. Quanta fide et diligentia in postremis editionibus suis Complutensem tractarit, nemo criticus ignorat. Quomodo ergo tractaverit codices ? Nam etsi nec Complutensis a criticis idoneis curata est, tamen habet multas probas lectiones ab Erasmo neglectas.

(*g*) Servat uterque meus.

(*h*) αὐτοῦ Erasmus intulit, pro quo tamen silent codices, a Birchio examinati omnes. Miror.

(*i*) Primo loco uterque meus omittit, secundo uterque servat.

17, 32. Memores estote uxoris Lot. Non habetur δὲ *autem*, nec in exemplari Complutensi, nec in veteri translatione. Et similiter in fine capitis versu ultimo : Ibi congregabuntur aquilæ, non additur καὶ *et*, nec in editione Complutensi (*k*).

18, 3. Vidua autem erat in civitate illa. Non habet τις *quædam*, nec id habet Complut. editio, neque Chrysost. in priori de orando Deum homilia, ubi præsens citatur locus.

19, 4. Ascendit in (caprificum). In nostro et in Complutensi exemplari habetur tertia syllaba per ω: ne nobis Stunica (*l*) objiciat ob id prave versum esse caprificum, quod per ο micron scribatur. Attamen Complut. habet penultimam per ἐψιλόν, cum eamdem habeat nostrum exemplar per αι diphthongum (*m*) συκομωραῖαν.

19, 15. Jussit vocari ad se servos illos. Non additur (*n*) οἷς ἔδωκε τὸ ἀργύριον : Quibus dederat pecuniam. Quod tamen addidimus, sicut (*o*) quibusdam aliis in locis idem fecimus, quod in aliis exemplaribus et etiam in Complut. editione habeatur : et tamen vereor, ne id librarii incuria factum non sit, maxime quod in Commentariis (*p*) nullam horum faciat mentionem.

20, 5. Si dixerimus, E cœlo, dicet : Quare non credidistis illi? Non additur οὖν *ergo*, nec id habet exemplar Complut.

20, 9. Homo plantavit vineam. Non additur (*q*) τις *quidam*. Et similiter infra versu 19. Et timuerunt. Non additur τὸν λαόν *populum*. Concordat utrobique Complutensis editio.

20, 20. Ut caperent ejus (sermonem). Habet (*r*) namque λόγον patrio casu : non λόγῳ, ut dicatur, *in* vel *ex sermone*. Concordat etiam exemplar Complutense.

21, 16. Trademini autem a parentibus et cognatis, amicis et fratribus. Hoc etiam ordine legit Complut. editio, ut fratres ultimo ponantur loco.

22, 30. Ut edatis ac bibatis super mensam meam. Non additur (*s*) ἐν τῇ βασιλείᾳ μου· In regno meo. Neque in enarratione fit ulla hujus mentio.

22, 35. Quando misi vos sine loculis et pera. Non additur Καὶ ὑποδημάτων et calceamentis : nec ulla fit hujus mentio in commentariis. Arguit (*t*) autem adjectitium esse, quod infra versu 36, cum dicitur : sed nunc qui habet loculos, tollat, similiter et peram, illud in nullo addatur exemplari.

22, 47. Et appropinquavit Jesu ut oscularetur eum. Additur statim consequenter, etiam in Complutensi exemplari : Τοῦτο γὰρ σημεῖον δεδώκει αὐτοῖς, Ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστι· Hoc enim signum dederat illis : Quemcunque osculatus fuero, ipse est.

23, 2. Hunc invenimus pervertentem gentem (nostram) Nam (*v*) in nostro exemplari addebatur ἡμῶν, sicut et Vulgata habet editio.

In fine Evangelii (*x*) non additur ἀμήν, sicut nec in fine aliorum Evangelistarum in ullo habetur exemplari.

Ex Joanne.

1, 28. Hæc in (Bethania) facta sunt. Non (*y*) βηθαβαρά. Conformis est et Complutensis editio et Vulgata : quanquam auctor dicat in scholiis verius legi Bethabara.

1, 30. Non repetuntur hæc aut similia verba : Οὗτός ἐστι περὶ οὗ ἐγὼ εἶπον, Ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν. Hic est de quo ego dicebam : Post me venturus est vir, qui ante me fuit, quia prior me erat. Eadem tamen propemodum verba paulo superius posita erant.

2, 22. Crediderunt sermoni (ejus) Nam habet αὐτοῦ ejus, non ᾧ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς, quem dixerat Jesus.

2, 24. Eo quod ipse nosset (omnia) Habet enim

(*k*) Mirabuntur nonnulli, ab Hentenio non notatum esse defectum versus integri 36, quem prætermittunt codices mei Euthymii. Sed is Erasmi editionem comparavit, quæ ista appendice caret. Igitur etiam infra in interpretatione hujus loci hunc totum versum omisit Hentenius. Scilicet in Bibliotheca Patrum maxima Lugdunensi, t. XIX, p. 652, columna *a*, littera *a*. Bonus Beza, hac appendice nos locupletavit et ex eo editores textus recepti.

(*l*) Stunica nobilis fuit adversarius Erasmi et Fabri Stapulensis. Forte ergo hic reprehenderat Fabrum.

(*m*) Uterque meus συκομοραίαν. Atque ita habent etiam codices Mosquenses h. et v. qui sunt in orthographia accuratissimi.

(*n*) Mei cum reliquis codd. ista servant.

(*o*) Sine admonitione in locis singulis id fieri non debebat. Hoc modo multis in locis corruptus est Chrysostomus a Savilio et reliquis editoribus, et alii scriptores plures ab aliis pluribus.

(*p*) Hoc argumentum non valet. Multa talia, quæ intellectum habent facilem, prætermittunt in scholiis.

(*q*) Alter *meorum* omittit, alter habet.

(*r*) Mei λόγου. Erasmus se volutat inter λόγον et λόγῳ.

(*s*) Dixi de hoc loco copiose in mea N. Testamenti editione.

(*t*) Arguta est omissio. Primo, quod continuo nulla fit mentio calceamentorum. Sed intelligi poterat ex superioribus. Deinde, quod non credibile videbatur, sine calceamentis missos esse.

(*v*) ἡμῶν addunt *mei*. Proximum καὶ autem, ante κωλύοντα, omittunt.

(*x*) Scilicet interpretes, Chrysostomus et cæteri, loco ἀμήν, quod textus est, post suas explicationes de suo in fine addunt ἀμήν, atque ita terminant interpretationem.

(*y*) In his et similibus Origenes antiquis criticis expectoravit mentem, ut recentioribus, per libellum *Hermeneutische Vorbereitung*, Semlerus, qui dudum antea se ab criticis ad triumviros A. A. A. F. F. transferre debuisset. Illud autem mihi de hoc loco mirabile visum est, quod nullus ex veteribus interpretibus Græcis infra, cap. x, vers. 40, hunc locum lectoribus in memoriam revocat. Scilicet conscii erant sibi, se temere secutos esse Origenem, relicta auctoritate codicum. Ergo consultius putabant, abstinere se ab isto loco.

πάντα (*z*) non πάντας *omnes*. Consonat exemplar Complutense.

3, 22. Et ibi morabatur cum discipulis, ac (baptizabant) Siquidem pluraliter habet (*a*) ἐβάπτιζον : quod ex scholiis manifestius apparet.

4, 31. Interea rogabant eum discipuli (ejus) dicentes : Rabbi, comede. Additur enim αὐτοῦ, etiam in exemplari Complutensi.

6, 52. Quomodo potest hic nobis dare carnem, ad comedendum ? Nullum (*b*) Græcum exemplar, quod viderim, additum habet αὐτοῦ *suam*, quanquam verterit Erasmus : Carnem illam suam.

6, 70. Respondit eis : Num ego vos duodecim elegi ? Non additur Ἰησοῦς, neque in exemplari Complutensi.

7, 1. Non enim (poterat) in Judæa versari. Non habet ἤθελεν volebat, sed εἶχεν ἐξουσίαν, habebat potestatem, sive, Poterat.

7, 12. Alii vero dicebant : Non, sed seducit (mundum). Non habet ὄχλον *turbam*, sed κόσμον *mundum*, quod etiam in scholiis declaratur.

7, 53. (Abiit) unusquisque in domum suam. Non enim habet ἐπορεύθη, profectus est, sed ἀπῆλθεν. Infra statim cap. VIII, 2 (Summo) vero diluculo iterum (venit) (Jesus) in templum. Additur enim βαθέος *summo* vel *profundo*, et nomen Ἰησοῦς ; Nec habet παρεγένετο *accessit*, sed ἦλθεν. Et infra vers. 3 : (Adducunt) mulierem. Non habet φέρουσιν *afferunt*, sed ἄγουσι. Nec additur πρὸς αὐτὸν *ad eum*. Infra vers. eod : Ἐπὶ μοιχείᾳ, in adulterio, non ἐν μοιχείᾳ. Item habet εἶπον *dixerunt*, non λέγουσι *dicunt*. Additur quoque in nostro exemplari πειράζοντες *tentantes*. Nec habet αὕτη ἡ γυνὴ κατειλήφθη, Hæc mulier deprehensa est, sed ταύτην εὕρομεν, Hanc invenimus. Infra vers. 5 : Tu autem quid ais (de illa ?) Additur enim περὶ αὐτῆς. Nec dicit infra vers. 6, ἵνα ἔχωσι κατηγορεῖν αὐτοῦ, ut possent accusare eum, sed ἵνα ἔχωσι κατηγορίαν κατ᾽ αὐτοῦ, ut haberent accusationem adversus eum. Præterea cum post pauca verba sequentia versu 9, dicitur : Initio facto a senioribus, additur ἕως τῶν ἐσχάτων usque ad postremos. Deinde versu 10, ubi subditur : Cum autem erexisset se Jesus. Neque hic, neque in Vulgata editione additur consequenter, καὶ μηδένα θεασάμενος, πλὴν τῆς γυναικός. Et neminem vidisset: præter mulierem ; quod tamen et in Complutensi editione et in aliis Græcis habetur exemplaribus : sed loco ejus habet εἶδεν αὐτήν· Vidit eam. In exemplari ergo Complutensi plurima nobiscum faciunt contra alia exemplaria Græca ; quædam vero cum et aliis et non nobiscum. Quin et illud exemplar quædam habet, quæ neque nos habemus, neque alia exemplaria Græca : ut cum dicitur vers. 6 : Scribebat in terram, addit editio Complutensis, μὴ προσποιούμενος dissimulans. Et infra vers. 9, ubi dicitur, At illi cum vidissent, addit illa. Καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι, Et a conscientia redarguerentur. Multa quoque alia hinc inde variantur, quæ quia minutula sunt, noluimus recensere. Tanta itaque exemplariorum varietas, præter alia, satis arguit hanc historiam ascitiliam esse, quemadmodum cum pluribus aliis asserit auctor noster.

8, 40. Qui veritatem locutus sum vobis, quam audivi a (Patre). Habet namque Πατρός et non Θεοῦ *Deo*. Et infra versu 49. Sed honoro patrem. Non additur μου *meum*. Statimque in eodem versu : Et vos contumelia me (afficitis). Nam habet ἀτιμάζετε per præsens, non ἠτιμάσατε, contumelia affecistis. Concordat nobiscum in postremo exemplar Complutense.

8, 59. Jesus autem occultatus est, et exivit de templo. Additur statim, etiam in exemplari Complutensi : Διελθὼν (*d*) διὰ μέσου αὐτῶν, καὶ παρ-

(*z*) Ex Chrysostomo hoc assumpsit, qui in codicibus Mosquensibus habet τὰ πάντα, sed Montefalconius, t. VIII, p. 137 C. edidit πάντα.

(*a*) Etiam hoc ad Chrysostomum fictum, Habet quidem Vulgatam lectionem, t. VIII, p. 164 A. C. Sed ibidem addit D καίτοι προϊών (scilicet cap. IV, v. 2) φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἐβάπτιζεν, ἀλλ᾽ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ὅθεν δῆλον, ὅτι καὶ ἐνταῦθα τοῦτο λέγει, ὅτι αὐτοὶ ΕΒΑΠΤΙΖΟΝ μόνοι. Origenes t. IV, p. 162, D; habet quidem ἐβάπτιζε, sed mox ibidem alia mutat versu 23. Cyrillus, t. IV, p. 156 B, ubi hunc locum ex professo, ut aiunt, interpretatur, in contextu versum 22 et 23, ita habet : Καὶ μετὰ ταῦτα ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ· ἦν δὲ καὶ Ἰωάννης κ. τ. λ. Quæ ergo Chrysostomus dubia reddiderat, ea prorsus omisit Cyrillus. Habet tamen ibid. E, plane ut Chrysostomus : Βαπτίζει τοιγαροῦν ὁ Χριστὸς διὰ τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν. Tales critici sunt isti tres τῆς οἰκουμένης φωστῆρες, cum locum data opera tractant. Chrysostomum, principem Græcorum Patrum omnium, excuso. Ad populum enim dixit. Sed Origenes et Cyrillus omni excusatione carent. Viri docti autem, qui Origenem, Chrysostomum et Cyrillum diligenter legerunt, id dudum perspexerunt In aliis eventum habet vaticinium Isaiæ VI, 9, 10.

(*b*) Scripsit hæc Hentenius anno 1543. Quot editiones Græcæ tunc fuerint, notum est. Si ita locutus esset Hieronymus et Origenes, multi sibi cogitarent ducentos codices recensionis Alexandrinæ et Occidentalis. Sed hoc quoque Chrysostomus invexit, qui in codicibus Mosqq. ita habet : Πῶς δύναται δοῦναι ἡμῖν φαγεῖν οὗτος τὴν σάρκα αὐτοῦ ; Vide t. VIII, p. 272. B. Cyrillus hic primum ad nauseam vexat vocabulum πῶς, quod Chrysostomus paululum tantum commoverat, deinde t. IV, p. 360 B. repetit : Πῶς δύναται οὗτος ἡμῖν δοῦναι τὴν σάρκα αὐτοῦ φαγεῖν ; Origenis ad hunc locum nugæ interciderunt, sed t. IV, p. 364 A. laudat : Πῶς δύναται ἡμῖν οὗτός δοῦναι τὴν σάρκα φαγεῖν ;

(*c*) Haud dubie voluit scribere, Audissent.

(*d*) Propter Euthymium etiam hoc notandum, quod hæc non uno loco junctim recitat, sed per partes, interposita in singulis partibus interpretatione. Distinguit autem textum ita. Primo vers. 59 : Ἦραν οὖν ad ἐπ᾽ αὐτόν. Secundo : Ἰησοῦς δὲ ἐκρύβη. Tertio : Καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ. Quarto : Διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν. Quinto : Καὶ παρῆγεν οὕτως. Sexto : Καὶ παράγων ad γενετῆς. Duplex hic oritur quæstio. Altera, quis ex editoribus N. Testamenti hæc exclusit ? Erasmus, homo temerarius et perfidus, qui hæc in suis Græcis, nescio quibus,

ἦγεν οὕτως. Pertransiens per medium illorum et ita præteribat.

9, 8. Vicini itaque, et qui viderant eum prius quod (cæcus) esset. Habet enim τυφλός, non πτωχός (*e*) *mendicus*. Consonat etiam exemplar Complutense.

10, 8. Omnes quotquot venerunt, fures sunt et latrones. Non additur Πρὸ ἐμοῦ, Ante me, neque in exemplari Complutensi, neque in editione Vulgata.

10, 39. Quærebant (ergo) rursum apprehendere eum. Additur enim οὖν *ergo*, et in exemplari Complutensi, et in Vulgata editione.

13, 9. Domine non tantum pedes. Non additur μου *meos*.

13, 25. Cum ergo ille recumberet (ita) super pectus Jesu. Additur enim οὕτως, quod etiam in scholiis auctor declarat.

13, 30. Erat autem nox quando exivit. Deinde subditur : Ait Jesus. Non enim additur οὖν ergo, ante verbum ἐξῆλθε *exivit*, ut alium possit reddere sensum. Facit nobiscum exemplar Complutense.

14, 4. Non turbetur cor vestrum. Ante hæc verba non præmittitur, neque in nostro, neque in Complutensi exemplari id quod habetur in vulgaribus Græcis exemplaribus (*f*) : Καὶ εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Et ait discipulis suis.

14, 30. Venit enim princeps mundi. Non additur τούτου hujus, neque in exemplari Complutensi.

16, 3, Et hæc facient, quia non noverunt. Non additur ὑμῖν *vobis*, nec in editione Complutensi.

16, 5. Et nemo interrogat me : Quo abis ? Non præponitur ante verbum Interrogat ἐξ ὑμῶν, ex vobis.

16, 10. De justitia autem, quia ad Patrem (meum) A abeo. Additur enim μου, etiam in editione Complutensi.

16, 25. Hæc per proverbia (dico) vobis. Non enim habet (*g*) λελάληκα locutus sum : sed λέγω, *dico*.

16, 33. In mundo pressuram (habebitis) Nam habet ἕξετε (*h*) futurum, non ἔχετε *habetis*. Pari modo legisse manifestum (*i*) est eum, qui Vulgatam dedit editionem.

17, 11. Pater sancte serva eos per nomen tuum (quo donasti me) Non enim habet οὓς *quos*, sed ᾧ *quo*. Eodem etiam modo habet exemplar Complutense. Ex scholiis tamen legisse videtur auctor noster ὃ, *quod* (*k*), puta nomen accusandi casu.

18, 25. Negavit (ergo) ille et ait : Non sum. B Repetitur enim οὖν *ergo*. In hunc etiam modum legimus in editione Complutensi.

28, 29. Exivit itaque Pilatus ad eos, et ait. Non additur ἔξω (*l*) *foras*. Ad hunc quoque modum invenimus in exemplari Complutensi.

19, 16. Acceperunt autem Jesum et (duxerunt) (in prætorium). Primum itaque non habet ἀπήγαγον *abduxerunt*, sed ἤγαγον *duxerunt*. Et in hoc concordat exemplar Complutense. Addebatur præterea in nostro exemplari εἰς τὸ πραιτώριον.

19, 35. Et ille scit quod vera dicat (sed) ut vos credatis. Nam habet ἀλλά, *sed*. Nec habet καί *et*, ante vos. Exemplar quidem Complutense non habet conjunctionem καί, sed nec habet ἀλλά.

19, 38. Et permisit Pilatus. Statimque additur : C Ἦλθεν (*m*) οὖν, καὶ ἦρε τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, Venit ergo, et tulit corpus Jesu. Concordant et exemplar Complutense et Vulgata editio.

20, 29. Quia vidisti me credidisti. Non additur θωμᾶ, nec in editione Complutensi.

21, 1. Postea manifestavit se iterum Jesus (discipulis) ad mare Tiberiadis. Additur enim μαθηταῖς (*n*) *discipulis*. Concordat in hoc et exemplar Complutense et editio Vulgata.

et invenit et non invenit. Nam in prima editione habet, in reliquis omisit. Compara ejus ad hunc locum animadversionem. Altera quæstio. Cur Hieronymus in Vulgata Latina omisit ? Scilicet hic quoque servum pecus sequitur vesanum Origenem. Nec diligentiores fuerent Chrysostomus et Cyrillus. Vulgo credunt hæc assuta esse ex Luc. IV, 30. Stulte ! Suo tempore totam rem ad oculos de- D monstrabo. Hæc adeo servat Vaticanus 1209 apud Birchium.

(*e*) Erasmus, impostor, non criticus, in Vulgata reperiebat mendicus. Ex Lexico ergo suo reddebat πτωχός. Inepte. Reddere debebat προσαίτης. Ita enim Chrysostomus, unde hæc est corruptio, Vide tom. VIII, p. 333 A. Unde autem προσαίτης invectum ? Per summam negligentiam et incogitantiam ex proximo προσαιτῶν.

(*f*) Est initium lectionis ecclesiasticæ, τῇ παρασκευῇ τῆς στ. ἑβδομάδος, quod homines somnolenti intulerunt in contextum.

(*g*) Dissentiunt mei Euthymii codices, qui λελάληκα servant.

(*h*) Chrysost. t. VIII, p. 468 A, negligit quidem verba textus, habet tamen suis verbis : Ἕως ἂν ἦτε ἐν τῷ κόσμῳ, θλῖψιν ἕξετε. Eodem modo repetit alibi, ut in editione N. Testamenti docui. Cyrillus ante scholia habet ἕξετε, sed in interpretatione ἔχετε. Tom. IV, p. 944 A, 945 A.

(*i*) Minime vero. Nam interpres Latinus sæpius præsentia per futura reddit. Neque hoc ignoras, Henteni.

(*k*) Ὃ ponit in interpretatione ideo, quod non repetiit, ἐν τῷ ὀνόματί σου, ad quod refertur in textu ᾧ. Quorsum ergo referendum fuisset ᾧ ? Forte ad δέδωκας.

(*l*) Incerta sedes hujus vocabuli satis arguit, id aliunde introductum esse. Nam meus Mosquensis codex S. qui Cyrilli scholia etiam habet, addit id ante πρός. Ita Cyrilli. t. IV, p. 1034, B. Alius codex 41, cum scholiis habet post αὐτούς.

(*m*) Hæc nimirum omittit Erasmus. Unus meorum quoque eumdem saltum fecit ab ἦλθεν ad ἦλθε. uterque autem Euthymii cum reliquis ista servant.

(*n*) Præter μαθηταῖς unus meorum Codicum Euthymii addit αὐτοῦ.

21, 15. Simon (Jona) diligis me plus his ? Habet namque, Ἰωνᾶ, non Ἰωαννᾶ : et ita rursum bina A vice subsequitur. Similiter etiam habet exemplar Complutense.

EJUSDEM HENTENII.

In his quæ sequuntur multisque aliis in locis Evangelium phrasin imitati Hebraicam, posuerunt præsens, interdum etiam et præteritum pro futuro.

Matth. 11, 3, et Lucæ 7, 19, 20, occurrit in primis illud maxime vulgatum : Tu es ille (qui venit) an alium exspectamus ? Ubi ponitur ἐρχόμενος *veniens*, pro eo quod est. *Qui venturus est*, aut potius, Qui venturus erat. Et eodem modo Joan. 6, 14 : Hic est vere propheta (veniens) in mundum, id est, qui venturus erat. Rursum Matth. 17, 11 : Elias quidem (venit) primum : Ἔρχεται pro Venturus est, ponitur. Et sane id in hoc verbo ἔρχομαι frequentissimum est.

Matth. 10, 20. Non enim vos (estis) (illi qui loquuntur) sed Spiritus Patris vestri (qui loquitur) in vobis. Ubi præsens ἐστέ pro *eritis* sumitur ; et λαλοῦντες pro eo quod est, Qui loquentur ; et λαλοῦν, pro loquetur. Eadem etiam habentur Marc. 13, 11.

Matth. 22, 30. In resurrectione neque (contrahunt matrimonium) neque (nuptui traduntur), sed quasi angeli Dei in cœlo (sunt) Verbum γαμοῦσι, quod ex sequentibus verbis, quæ manifeste præsentia sunt, etiam judicatur esse præsens, pro futuro *contrahent* accipitur : et ἐκγαμίζονται pro, Nuptui tradentur ; similiter εἰσί pro *erunt*, Pari quoque modo habentur verba hæc Luc. 20, 35, 36 ; Marc. 12, 25.

Matth. 17, 20. Si (habeatis) fidem sicut granum sinapis. Ἔχητε pro futuro *habueritis* sumitur.

Matth. 26, 11. Pauperes enim semper habetis vobiscum, me vero non semper (habetis). Hoc in loco præsens ἔχετε pro futuro *habebitis* capitur. Et eodem modo Joan. 12, 8.

Matth. 28, 7. Ecce (præcedit) vos in Galilæam προάγει pro futuro *præcedet* accipitur. Similiter etiam habet Marcus 16, 7.

Marc. 3, 29. Quicunque blasphemaverit adversus Spiritum sanctum, (non habet) remissionem in æternum, sed reus (est) æterni judicii. Ἔχει pro *habebit* accipitur, et ἐστὶν pro *erit*.

Marc. 9, 12. Elias cum prius venerit (restituit) omnia. Hoc in loco ἀποκαθιστᾷ verbum præsens sumitur pro futuro *restituet*, Cap. 9, 31. Filius hominis (traditur) in manus hominum. Similiter hoc in loco παραδίδοται verbum præsens *accipitur* pro futuro *tradetur*.

Marc. 11, 24. Quæcunque orantes petitis, credite quod (accipitis) et erunt vobis. Λαμβάνετε pro *accipietis*.

Luc. 13, 35. Ecce (relinquitur) vobis domus vestra Ἀφίεται pro futuro *relinquetur*.

Joan 6, 28. Quid (facimus) ut operemur opera Dei ποιοῦμεν pro *faciemus*.

B Joan. 7, 27. Christus cum venerit, nemo cognoscit unde (sit) ἐστὶ pro futuro *erit*.

Joan. 7, 33. 34. Vado ad eum qui misit me : quæretis me et non invenietis : et ubi ego (sum) eo vos non (potestis) venire. Εἰμί pro *ero* : et δύνασθε pro futuro *poteritis* accipiuntur.

Joan. 8, 31. Si vos manseritis in sermone meo, veri discipuli mei (esti) ἐστέ pro *eritis* sumitur.

Joan. 8, 46. Qui ex vobis (arguit) me de peccato? ἐλέγχει pro *arguet* accipitur.

Joan. 13, 8. Si non lavero te, non (habes) partem mecum. Ἔχεις *habes* pro *habebis*.

Joan. 14, 17. Vos autem (cognoscitis) eum, quia apud vos (manet.) Γινώσκετε pro *cognoscetis* : et μένει pro *manebit*. Et hoc sicut et alia propemodum C omnia, litteræ series ipsa declarat.

Joan. 14, 19. Adhuc modicum, et mundus jam me non (videbit) vos autem (videbit) me. Hic sane quanquam (*a*) auctor quidam non parvi nominis dicat θεωρεῖ et θεωρεῖτε præsentis esse temporis : sunt tamen etiam juxta canones Græcæ grammatices futura secunda. Similiter, cap. 15, 26 57, cum dicitur : Ille testimonium perhibebit de me, et vos (testes eritis.) Etiam ait idem auctor μαρτυρεῖτε præsens esse indicantis, ut significet : Testes estis, aut *estote*, quemadmodum etiam hoc loco vertit. Attamen multo commodius dicetur esse futurum secundum : præsertim cum Act. cap. 1, 8, eadem ferme verba referens Lucas, dicat : Accipietis virtutem superveniente Spiritu sancto in vos D et eritis mihi testes. Ubi aperte per futurum habet Græca littera ἔσεσθε, facta etiam primum supervenientis Spiritus sancti mentione, sicut etiam hoc loco. Præterea cum eodem capite 16, 10 dicitur : Ad patrem vado, et posthac non (videbitis) me. Et post pauca vers. 16 : Pusillo tempore et non (videbitis) me. Asserit idem (*b*) utroque horum locorum evangelistam abusum tempore præsenti pro futuro. Nos autem opinamur, quod proprie futurum secundum posuerit. Quod inde facile est colligere, quod statim sequatur futurum ὄψεσθε videbitis. Sciemus tamen quosdam grammaticos futura secunda a verbis circumflexis in totum au-

(*a*) Et huc et paulo post videtur intelligere Erasmum, quem vide in interpretatione et in notis.
(*b*) Erasmus in notis.

ferre : qui tamen fateri coguntur præsens indicativi passim pro futuro locari, quod vix fieri solet. Idem auctor verbum (*c*) ἀφίωνται frequenter vertit Remittuntur, cum sit non solum Atticum præteritum sed et Ionicum et Doricum, per ablationem vocalis subjunctivæ, et pleonasmun ω. Nam quod dicat interpretem fortassis legisse ἀφίονται, ut sit præsens ab ἰάω et ἴομαι, non sit verisimile, cum hoc barytonum verbum apud solos poetas reperiatur.

Joan. 15, 6. Nisi quis in me manserit (ejectus est) foras sicut palmes, et (exaruit) et (colligunt) eos, et in ignem (conjiciunt) et (ardent). Hoc loco quo præterita et tria præsentia pro futuris posita sunt ; nempe ἐβλήθη pro Ejicietur, ἐξηράνθη pro A *exarescet*, συνάγουσιν pro *colligent*, βάλλουσι pro *conjicient* et καίεται pro *ardebit*.

Joan. 15, 8. In hoc (glorificatus est) pater meus (ut fructum copiosum afferatis.) Ἐδοξάσθη pro futuro *glorificabitur*, et ἵνα φέρητε pro eo, quod est : Si attuleritis. Hoc itaque loco et præteritum et præsens pro futuro ponuntur.

Joan. 16, 26. Et non (dico) vobis quod ego rogabo. Patrem pro vobis : ipse enim Pater (amat) vos. Λέγω pro *dicam*, et φιλεῖ pro *amabit*, quod tamen, si solum esset, futurum secundum esse posset. Vide hujus loci enarrationem.

Joan. 17, 11. et jam non (sum) in mundo, et hi in mundo (sunt.) Εἰμί pro *ero* sumitur, et εἰσί pro *erunt*.

(*c*) Matth. IX, 2, 5 ; Marc. II, 5, 9 ; Luc. VII, 47, 48. Vide in primis Erasmum ad Marc. II, 9.

JOANNIS MILLII

EXAMEN CODICIS EUTHYMII (*d*) BAROCCIANI.

Ex Prolegomenis ejus in N. T. a § 1073 — 1079.

Et jam quidem ab insigni illo Commentariorum Chrysostomi (*e*) defloratore ad alium devenimus (*f*), *Euthymium* dico *Zigabenum* ; qui sub initium fere sæculi duodecimi, e Patrum variorum, sed Chrysostomi potissimum Commentariis, Catenam (*g*) quamdam contexuit in Evangelia. In qua certe, ut hoc obiter notem, peculiare (*h*) omnino illud, quod allegationes seu citationes evangelici textus perpetuo factæ sint secundum titulos, qui ad oram Evangeliorum signati sunt, sive majora Κεφάλαια Hujus haud dum (*i*) Græce editæ exemplar nacti sumus inter codices Baroccianos, probum ac propemodum B integrum ; unde videre liceat, qualis textus Euthymio fuerit ad manum, cum ista scriberet. Erat autem iste, qualis exemplarium posterioris ævi ferme omnium, plurimis, in locis (*k*) interpolatus ; ita tamen, ut in multis, ubi diversus abit a libris excusis, germanam exhibeat lectionem.

Et lectionibus interpolatis in primis ecce seqq.

Ἰορδάνῃ (*l*) ποταμῷ, Matth. 3, 6, plurimi Codd. Syr. Copt. Æthiop.

Διαρπάσῃ pro διαρπάσει 12, 29, sic Chrysost. (*m*) cavebat scriba, ut verbum hoc conveniret tempore cum præcedenti δήσῃ.

(*d*) De eodem loquitur ibid. § 1462.

(*e*) Ita Theophylactum Bulgariæ episcopum appellat. Videtur autem hoc vocabulum ex contaminato barbaræ Latinitatis marsupio divi Hieronymi protraxisse. Honestiori et Latiniori uti poterat. Aliud est græcum ἀπανθίζειν, aliud Latinum deflorare.

(*f*) Tanquam ex palatio excelso fessi fatigatique ad tugurium humile.

(*g*) Catena, doctissime Milli, appellatur Collectio locorum ex variis scriptis Patrum qui aliquo modo partes singulas Litterarum sacrarum oratione attigerunt, sine continuo nexu collatorum. Non sine causa addidi *sine nexu*, siquidem catena quælibet nexum habere debet. Sed illud in istis catenis non habet locum. In Euthymio autem nexus est, quod ex pluribus partibus opus perpetuum fecit. Commentarium ergo, non catenam exhibet. Hoc discrimen est inter catenam et commentarium, ex usu recentiorum Græcorum vocabuli σειρᾶς.

(*h*) Non peculiare aut inusitatum, sed obtinet ista capitum descriptio in plerisque codicibus Græcis, quod te latere non poterat. Nullam aliam enim Græci agnoscunt præter hanc et canones Eusebii. Utraque est in codice Alexandrino.

(*i*) Viros doctos aliquos affirmasse, hos commentarios Græce jam editos esse, supra notatum est a Fabricio. Sed in nova Cavei editione hic error correctus est. Vide tom. II, p. 199, edit. Basil. 1745, fol. Sed Elias du Pin in Nova Bibliotheca auctorum ecclesiasticorum, tom. IX, cap. XIV, p. 197, hunc Commentarium Græce editum tradit Veronæ 1530, quo anno nimirum ibidem prodiit Commentarius in Psalmos. Confusus ergo est Commentarius in Psalmos cum hoc in Evangelia. Oudinus in Commentario de scriptoribus ecclesiasticis, tom. II, p. 981, alio modo erravit. Scribit enim : Commentaria in quatuor Evangelia edita Græce in folio Veronæ anno 1630 (ergo centum annis post) cum Commentario in Psalmos.

(*k*) Multo tamen minus quam tuus Alexandrinus et Cantabrigiensis, infimus omnium.

(*l*) Est hæc lectio codicum cum scholiis et catenis, quod ex Mosqq. codd. d. et 10 discitur. Contra sunt ejusdem generis codices a. e. Ergo facile a critico auctoritate reliquorum excluditur.

(*m*) Chrysost. t. VII, p. 447 b. habet : Καὶ τότε ΑΥΤΟΥ ΤΑ ΣΚΕΥΗ διαρπάσῃ quod nec Wetstenius notavit. Ignorabant Græci consuetudinem Hebraicam orationis ita vinciendæ per particulam καί. Totum membrum abesse poterat. Si tamen addidissent Græci, τότε δή, τότε δέ aut τότε γάρ scripsissent.

21, 15. Simon (Jona) diligis me plus his ? Habet namque, Ἰωνᾶ, non Ἰωαννᾶ : et ita rursum bina vice subsequitur. Similiter etiam habet exemplar Complutense.

EJUSDEM HENTENII.

In his quæ sequuntur multisque aliis in locis Evangelium phrasin imitati Hebraicam, posuerunt præsens, interdum etiam et præteritum pro futuro.

Matth. 11, 3, et Lucæ 7, 19, 20, occurrit in primis illud maxime vulgatum : Tu es ille (qui venit) an alium exspectamus ? Ubi ponitur ἐρχόμενος *veniens*, pro eo quod est. *Qui venturus est*, aut potius, Qui venturus erat. Et eodem modo Joan. 6, 14 : Hic est vere propheta (veniens) in mundum, id est, qui venturus erat. Rursum Matth. 17, 11 : Elias quidem (venit) primum : Ἔρχεται pro Venturus est, ponitur. Et sane id in hoc verbo ἔρχομαι frequentissimum est.

Matth. 10, 20. Non enim vos (estis) (illi qui loquuntur) sed Spiritus Patris vestri (qui loquitur) in vobis. Ubi præsens ἐστέ pro *eritis* sumitur ; et λαλοῦντες pro eo quod est, Qui loquentur ; et λαλοῦν, pro loquetur. Eadem etiam habentur Marc. 13, 11.

Matth. 22, 30. In resurrectione neque (contrahunt matrimonium) neque (nuptui traduntur), sed quasi angeli Dei in cœlo (sunt) Verbum γαμοῦσι, quod ex sequentibus verbis, quæ manifeste præsentia sunt, etiam judicatur esse præsens, pro futuro *contrahent* accipitur : et ἐκγαμίζονται pro, Nuptui tradentur ; similiter εἰσί pro *erunt*, Pari quoque modo habentur verba hæc Luc. 20, 35, 36 ; Marc. 12, 25.

Matth. 17, 20. Si (habeatis) fidem sicut granum sinapis. Ἔχητε pro futuro *habueritis* sumitur.

Matth. 26, 11. Pauperes enim semper habetis vobiscum, me vero non semper (habetis). Hoc in loco præsens ἔχετε pro futuro *habebitis* capitur. Et eodem modo Joan. 12, 8.

Matth. 28, 7. Ecce (præcedit) vos in Galilæam προάγει pro futuro *præcedet* accipitur. Similiter etiam habet Marcus 16, 7.

Marc. 3, 29. Quicunque blasphemaverit adversus Spiritum sanctum, (non habet) remissionem in æternum, sed reus (est) æterni judicii. Ἔχει pro *habebit* accipitur, et ἐστὶν pro *erit*.

Marc. 9, 12. Elias cum prius venerit (restituit) omnia. Hoc in loco ἀποκαθιστᾷ verbum præsens sumitur pro futuro *restituet*, Cap. 9, 31. Filius hominis (traditur) in manus hominum. Similiter hoc in loco παραδίδοται verbum præsens *accipitur* pro futuro *tradetur*.

Marc. 11, 24. Quæcunque orantes petitis, credite quod (accipitis) et erunt vobis. Λαμβάνετε pro *accipietis*.

Luc. 13, 35. Ecce (relinquitur) vobis domus vestra Ἀφίεται pro futuro *relinquetur*.

Joan 6, 28. Quid (facimus) ut operemur opera Dei ποιοῦμεν pro *faciemus*.

Joan. 7, 27. Christus cum venerit, nemo cognoscit unde (sit) ἐστὶ pro futuro *erit*.

Joan. 7, 33. 34. Vado ad eum qui misit me : quæretis me et non invenietis : et ubi ego (sum) eo vos non (potestis) venire. Εἰμί pro *ero* : et δύνασθε pro futuro *poteritis* accipiuntur.

Joan. 8, 31. Si vos manseritis in sermone meo, veri discipuli mei (esti) ἐστέ pro *eritis* sumitur.

Joan. 8, 46. Qui ex vobis (arguit) me de peccato? ἐλέγχει pro *arguet* accipitur.

Joan. 13, 8. Si non lavero te, non (habes) partem mecum. Ἔχεις *habes* pro *habebis*.

Joan. 14, 17. Vos autem (cognoscitis) eum, quia apud vos (manet.) Γινώσκετε pro *cognoscetis* : et μένει pro *manebit*. Et hoc sicut et alia propemodum omnia, litteræ series ipsa declarat.

Joan. 14, 19. Adhuc modicum, et mundus jam me non (videbit) vos autem (videbit) me. Hic sane quanquam (*a*) auctor quidam non parvi nominis dicat θεωρεῖ et θεωρεῖτε præsentis esse temporis : sunt tamen etiam juxta canones Græcæ grammatices futura secunda. Similiter, cap. 15, 26 57, cum dicitur : Ille testimonium perhibebit de me, et vos (testes eritis.) Etiam ait idem auctor μαρτυρεῖτε præsens esse indicantis, ut significet : Testes estis, aut *estote*, quemadmodum etiam hoc loco vertit. Attamen multo commodius dicetur esse futurum secundum : præsertim cum Act. cap. 1, 8, eadem ferme verba referens Lucas, dicat : Accipietis virtutem superveniente Spiritu sancto in vos et eritis mihi testes. Ubi aperte per futurum habet Græca littera ἔσεσθε, facta etiam primum supervenientis Spiritus sancti mentione, sicut etiam hoc loco. Præterea cum eodem capite 16, 10 dicitur : Ad patrem vado, et posthac non (videbitis) me. Et post pauca vers. 16 : Pusillo tempore et non (videbitis) me. Asserit idem (*b*) utroque horum locorum evangelistam abusum tempore præsenti pro futuro. Nos autem opinamur, quod proprie futurum secundum posuerit. Quod inde facile est colligere, quod statim sequatur futurum ὄψεσθε videbitis. Sciemus tamen quosdam grammaticos futura secunda a verbis circumflexis in totum au-

(*a*) Et huc et paulo post videtur intelligere Erasmum, quem vide in interpretatione et in
(*b*) Erasmus in notis.

ferre : qui tamen fateri coguntur præsens indicativi passim pro futuro locari, quod vix fieri solet. Idem auctor verbum (*c*) ἀφίωνται frequenter vertit Remittuntur, cum sit non solum Atticum præteritum sed et Ionicum et Doricum, per ablationem vocalis subjunctivæ, et pleonasmun ω. Nam quod dicat interpretem fortassis legisse ἀφίονται, ut sit præsens ab ἰάω et ἰάομαι, non sit verisimile, cum hoc barytonum verbum apud solos poetas reperiatur.

Joan. 15, 6. Nisi quis in me manserit (ejectus est) foras sicut palmes, et (exaruit) et (colligunt) eos, et in ignem (conjiciunt) et (ardent). Hoc loco quo præterita et tria præsentia pro futuris posita sunt ; nempe ἐβλήθη pro Ejicietur, ἐξηράνθη pro *exarescet*, συνάγουσιν pro *colligent*, βάλλουσι pro *conjicient* et καίεται pro *ardebit*.

Joan. 15, 8. In hoc (glorificatus est) pater meus (ut fructum copiosum afferatis.) Ἐδοξάσθη pro futuro *glorificabitur*, et ἵνα φέρητε pro eo, quod est : Si attuleritis. Hoc itaque loco et præteritum et præsens pro futuro ponuntur.

Joan. 16, 26. Et non (dico) vobis quod ego rogabo. Patrem pro vobis : ipse enim Pater (amat) vos. Λέγω pro *dicam*, et φιλεῖ pro *amabit*, quod tamen, si solum esset, futurum secundum esse posset. Vide hujus loci enarrationem.

Joan. 17, 11. et jam non (sum) in mundo, et hi in mundo (sunt.) Εἰμί pro *ero* sumitur, et εἰσί pro *erunt*.

(*c*) Matth. IX, 2, 5 ; Marc. II, 5, 9 ; Luc. VII, 47, 48. Vide in primis Erasmum ad Marc. II, 9.

JOANNIS MILLII

EXAMEN CODICIS EUTHYMII (*d*) BAROCCIANI.

Ex Prolegomenis ejus in N. T. a § 1073 — 1079.

Et jam quidem ab insigni illo Commentariorum Chrysostomi (*e*) defloratore ad alium devenimus (f), *Euthymium* dico *Zigabenum* ; qui sub initium fere sæculi duodecimi, e Patrum variorum, sed Chrysostomi potissimum Commentariis, Catenam (*g*) quamdam contexuit in Evangelia. In qua certe, ut hoc obiter notem, peculiare (*h*) omnino illud, quod allegationes seu citationes evangelici textus perpetuo factæ sint secundum titulos, qui ad oram Evangeliorum signati sunt, sive majora Κεφάλαια Hujus haud dum (*i*) Græce editæ exemplar nacti sumus inter codices Baroccianos, probum ac propemodum integrum ; unde videre liceat, qualis textus Euthymio fuerit ad manum, cum ista scriberet. Erat autem iste, qualis exemplarium posterioris ævi ferme omnium, plurimis, in locis (*k*) interpolatus ; ita tamen, ut in multis, ubi diversus abit a libris excusis, germanam exhibeat lectionem.

Et lectionibus interpolatis in primis ecce seqq.

Ἰορδάνῃ (*l*) ποταμῷ, Matth. 3, 6, plurimi Codd. Syr. Copt. Æthiop.

Διαρπάσῃ pro *διαρπάσει* 12, 29, sic Chrysost. (*m*) cavebat scriba, ut verbum hoc conveniret tempore cum præcedenti *δήσῃ*.

(*d*) De eodem loquitur ibid. § 1462.

(*e*) Ita Theophylactum Bulgariæ episcopum appellat. Videtur autem hoc vocabulum ex contaminato barbaræ Latinitatis marsupio divi Hieronymi protraxisse. Honestiori et Latiniori uti poterat. Aliud est græcum ἀπαυθιζειν, aliud Latinum deflorare.

(*f*) Tanquam ex palatio excelso fessi fatigatique ad tugurium humile.

(*g*) Catena, doctissime Milli, appellatur Collectio locorum ex variis scriptis Patrum qui aliquo modo partes singulas Litterarum sacrarum oratione attigerunt, sine continuo nexu collatorum. Non sine causa addidi *sine nexu*, siquidem catena quælibet nexum habere debet. Sed illud in istis catenis non habet locum. In Euthymio autem nexus est, quod ex pluribus partibus opus perpetuum fecit. Commentarium ergo, non catenam exhibet. Hoc discrimen est inter catenam et commentarium, ex usu recentiorum Græcorum vocabuli σειρᾶς.

(*h*) Non peculiare aut inusitatum, sed obtinet ista capitum descriptio in plerisque codicibus [illegible] quod te latere non poterat. Nullam [illegible] Græci agnoscunt præter hanc et canon [illegible] Utraque est in codi[illegible]drino.

(*i*) Viros doctos [illegible] masse[illegible] tanos Græce jam [illegible] supp[illegible]

(*k*) Multo tamen minus quam tuus Alexandrinus et Cantabrigiensis, infimus omnium.

(*l*) Est hæc lectio codicum cum scholiis et catenis, quod ex Mosqq. codd. d. et 10 discitur. Contra sunt ejusdem generis codices a. e. Ergo facile a critico auctoritate reliquorum excluditur.

(*m*) Chrysost. t. VII, p. 447 b. habet : Καὶ τότε [illegible] ΣΚΕΥΗ *διαρπάση* quod nec Wetstenius agnoscit. Ignorabant Græci consuetudinem Hellenistarum ita vinciendæ per particulam καί. [illegible]brum abesse poterat. Si tamen addidisset [illegible] τότε *δή*, τότε *δέ* aut τότε *γάρ* scri-

Βάρος (*n*) τῆς γῆς 13, 5, irrepsit e marg.

Τὸ ἄριστόν μου (*o*) ἡτοίμασται 22, 4 ; sic etiam codex unus et alter. Interpolatori sc. quisquis ille, congruentius visum est de regis prandio, illud paratum esse dicere, quam se illud parasse.

Καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς γενεὰ πον. 16, 4, ex vers. 2 hujus capitis.

Οὕτως οὐκ ἰσχύσατε, etc. 26, 40. sic (*p*) et complures codd. repetita interrogatione, quo magis ad Marcum (c. 14, v. 37) accederetur.

Γολγοθᾶν, 27, 33, sic codd. al. casu accusativo ad formam Græcorum.

Ἰδόντες τὰ γενόμενα. 27, 54, misso τὸν σεισμὸν, ut superfluo, ob supra dicta v. 51, 52.

Ἀγοράσομεν. Marc. 6, 37, sed editum recte, ob seq. δῶμεν omniumque fere librorum (*q*) auctoritate confirmatum est.

Ἐδόξαν φαντασίαν εἶναι, 6, 49, sic codex Ephesinus. Sed φάντασμα reliquorum codicum est, et Matthæi.

Ἔστω (*r*) πάντων δοῦλος, 9, 35, sic codd. aliq. Æthiop. ex Matthæo.

Ὃ (*s*) δὲ ὑμῖν λέγω, 13, 37, complures codd. nempe ob simplex illud γρηγορεῖτε, quod sequitur, potius visum ὁ, quam ἃ Et sic interpretati sunt Vulg. Syr.

Ἀμὴν δὲ γέλω ὑμῖν, 14, 9, inserto δὲ, ut apud Matthæum, et in libris aliq. γάρ, connexionis gratia.

Καὶ (*t*) εὐλογήσας, 14, 33 ; præfixo καί, ex Matthæo.

(*n*) Neuter ex meis Euthymii codicibus id habet. Βάρος ne quidem Græcum est. Βάθος Græci dicunt. Hinc βαθύγειος.

(*o*) Ita duo codices Mosquenses Chrysostomi.

(*p*) Hoc in Euthymii codicibus non animadverti. Sed ita habent codices Mosquenses Chrysostomi, etsi aliter ediderit Montefalconius, t. VII. p. 791, a. d. Theophylactus etiam pag. 164 e. 165, a. unum signum interrogandi habet post ἡμοῦ.

(*q*) Hoc argumentum hic valet, non autem prius. Nec enim Marcus accurate Græce scribit. Poterat ergo præcedere futurum et, post καί sequi δῶμεν. Scilicet, ut καὶ esset pro Græco ἵνα. Nisi codices obstarent, apud Marcum probassem ἀγοράσομεν. Aliter enim Græce Xenophon, aliter Marcus scribit. Hoc illud dubium est in Crisi N. Testamenti, quod scriptores nec ubique hebraizant, nec ubique græcissant.

(*r*) Sic uterque meus. Servant tamen πάντων ἔσχατος καί.

(*s*) Mei ἃ.

(*t*) Unus tantum meorum addit καί.

(*v*) Vitium codicis Alexandrini arguunt additi canones Eusebii. Habet enim in editione Woidii ita : Καὶ σὺν αὐτῷ σταυροῦσιν δύο λῃστάς, et in interiori margine notat sectionem minorem σιέ. et canonem η΄. Rursus : ἵνα ἐκ δεξιῶν καί ἕνα ἐξ εὐωνύμων αὐτοῦ. Et in interiori margine, sectio minor σις΄. canon ς΄. Atqui omnia ab καὶ σὺν αὐτῷ ab εὐωνύμων αὐτοῦ pertinent ad sectionem σιέ. et ad canonem α΄. Quatuor enim evangelistæ non solum narrant duos latrones cum Christo cruci esse affixos, sed etiam, Christum pependisse medium. Jam cum in illo Codice versus 29, sic sectio σιζ΄. ut ibi etiam notatur, culpa scribæ excidit sectio σις΄. quæ, quod a Marco et Luca tantum refertur, pertinet ad canonem η΄. Reprehenditur ergo, scribam illum a καί ad καί defecisse. Addamus hic illos numeros cum correctione :

Alex.		Correctio.
σιδ΄.	—	σιδ΄.
α΄.	—	α΄.
σιέ.	—	σιέ.
η΄.	—	α΄.
σις΄.	—	σις΄.
ς΄.	—	η΄.
σιζ΄.	—	σιζ΄.
β΄.	—	ς΄.
σιη΄.	—	σιη΄.
β΄.	—	β΄.
σιθ΄.	—	σιθ΄.
β΄.	—	β΄.

Defecit ergo ab α΄. ad η΄. ac sit deinceps. Ergo codex Alexandrinus, qui hunc versum omisit, defendit integritatem hujus versus. Illud autem intelligitur, scribam codicis Alexandrini hic data opera fefellisse. Cum enim semel omisisset versum 28, hunc errorem autem nollet corrigere, corrupit de industria canones, servato tamen sectionum ordine, ne defectus appareret. Cur autem nollet errorem suum corrigere vel pertinacia hominis, vel negligentia, vel lucri studium in causa fuit. Credo postremum in culpa fuisse, ne perderet lucellum, si defectus aut additamentum in fronte aut in calce folii appareret. Alias enim necessitas nulla fuisset corrumpendi notas canonum. Sancta Thecla ergo ætate apostolorum scribebat codices mercede conducta, admodum perfidiose. Vide, quæ infra dixi, ad. Luc. XXIII, 17.

(*x*) Ob eam causam probavi, etsi, ut elegantius, de Græcitate suspectum erat.

(*y*) Ita unus meorum. Alte, vulgatum. Vocabulum

A Καὶ ἐπληρώθη ἡ Γραφὴ ἡ λέγουσα, καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη. 15, 28, versiculus hic prætermissus est apud ms. Euthymium, sed ascriptum habemus ad oram codicis a manu nonnihil recentiore. Omittunt etiam (*v*) Alexandrinus, aliique codd. aliq. Cæterum, præterquam quod in libris plerisque locum habeat, mihi certe haud leve indicium est, etiam in Marci autographo exstitisse, quod eadem ipsa proferat ex occasione Lucas, assiduus Marci sectator. Ne dicam, quod ob idem initium hujus versus et seq. facile omitti poterat.

Τίνα δὲ ἐξ ὑμῶν Luc. 11, 11. Illud ἐξ, utcunque in exemplaria plurima irrepserit, non est hujus evangelistæ, sed Matthæi.

Τοὺς δούλους τούτους· ἵνα γνῶ etc. (missis mediis, B οἷς ἔδωκε τὸ ἀργύριον, credo, ut, superfluis), 19, 15.

Ἐάν τις ἀδελφὸς ἀποθάνῃ, 20, 28. Et ita cod. unus et alter. Reliqui omnes et editt. τινος· et sic Marcus, quem sequi amat hic evangelista.

Καὶ παρεκάλει αὐτόν. 8, 32. Dæmoniacus sc. ex vers. proxime præcedente.

Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῇ. 8, 48, Codd. aliq. Goth. Syr, Ἰησοῦς Matthæi est.

Ὄχλοι ἐπεζήτουν. 4, 42. Plurimi (*x*) codd. explicatius.

Τὸ ἔθνος ἡμῶν. 23, 2. Plurimi codd. adjecto ἡμῶν, explicationis gratia.

Μαρία ἡ Ἰακώβου. 24, 10. Complures codd. explicatius.

Ὑπέδειξεν (*y*) 24. 40. Singularis lectio.

C

D

Τί ἐμοὶ καὶ (z) σύ. JOANN. 2, 4. Codd. multi : mutato σοι in σύ, ab iis qui ignorabant sensum phraseos apud interpretes LXX tritissimæ.

Καὶ ἐβάπτιζον. 3, 22. Plurale, ob id quod infra dictum, Ἰησοῦς αὐτὸς οὐκ ἐβάπτιζεν, ἀλλ' οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, cap. 4, v. 2.

Μαθηταὶ αὐτοῦ. 4, 31. Libri aliq. αὐτοῦ scribarum est.

Πλανᾷ τὸν κόσμον. 7, 12. Reclamante codicum omnium fide.

Ὄρθρου πάλιν βαθέος ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς. 8. 1. Explicatio ex (a) Luc, 24, 1 ; sic multi codd.

Εἶπον αὐτῷ, πειράζοντες. 8, 4, libri multi. Commentarius est, non textus, ex vers. 6.

Τί λέγεις περὶ αὐτῆς; 8, 5, codd. plurimi, addito περὶ αὐτῆς, explicationis gratia.

Ἀναβλέψας εἶπεν αὐτοῖς. 8, 7. Codd, al. clarius.

Εἶδεν αὐτὴν καὶ εἶπε. Γύναι, etc. 8. 10. Libri aliq. explicatius.

Ἣν ἤκουσα παρὰ τοῦ Παιρός. 8, 40. Euthym. isque solus (b).

Οὐ καλῶς ἐλέγομεν. 8, 48. Codd. aliq. explicatio, ex cap. 7, v. 20, hujus Evangelii.

Καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς Μαρίαν, 11, 5. Sic Vulg. (in editt.) Syr. addito Μαρίαν, ex vers. 1.

Ἐκεῖνος (c) οὕτως. 13, 25. Codd. complures. Simplex ἐκεῖνος, genuinum. Ejus loco suffectum est ex marg. in codd. aliq. οὗτος, ceu magis idoneum: in aliis adjunctum erat τῷ ἐκεῖνος, in aliis ad evitandam ταυτολογίαν, mutatum videmus οὗτος in οὕτως, ut hic apud Euthymium.

Ἤγαγον εἰς τὸ πραιτώριον. 19, 16. Sic codd. al. explicatio, ex cap. proxime præcedentis v. 28. Et de locis interpolatis hactenus.

Ex genuinis, quæ ab editt. differunt, hactenus haud memoratis, nonnullas hic restat, proferamus.

Καλὸν σπέρμα ἔσπειρας ἐν (d) τῷ ἀγρῷ. MATTH. 13, 27. Complures libri, ut et Epiphanii codex. Particula σῷ, injectitia videtur.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος. 14, 28. Plurimi codd. et Vulg. medium αὐτῷ, quod in nostris, injectitium est.

Τν (e' γενόμενα. 18, 31. Codd. aliq. et Vulg. (f), uti videtur ; quomodo legendum esse monet Lucas Brug, mutarunt aliqui ad marg. adeoque et in textu scribæ in γενόμενα, ceu commodius.

Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς. MARC. 2, 17. Codd. aliqui et Vulg. Syr. (g) Goth. Copt. Æthiop. Lucæ est, quod sequitur in nostris, εἰς μετάνοιαν, et accessit tam apud hunc evangelistam, qum Matthæum, ex Lectionariis.

Ὁμοία αὐτῇ. 12, 31. Sic libri probi aliq. et Vulg. Syr. Æthiop.

Ἐξ εὐωνύμων. 10, 49. Complures codd. et Vulg. goth. absque addito μου, quod accessit ex Matthæo.

Ἡ (pro quo in Edd. καὶ, ex Matth.) τῆς ὥρας 13, 32, Magna vis codicum, et Vulg.

Ἑστρωμένον· ἐκεῖ ἑτοιμάσατε. 14, 15. Alex. et probatiores al. et quidem exemplar Vulgati. Nec aliter Lucas, Marci sectator. Medium ἕτοιμον, quod in nostris, explicatio erat τοῦ ἑστρωμένον, in margine posita, indeque translata a scriba quopiam in mediam paginam.

Καὶ μὴ εὑρόντες ποίας εἰσενέγκωσιν αὐτόν. LUC. 5, 19. Ita e Stephanianis plurimi, aliisque probatioribus, Alex. Cant. διὰ ποίας, quod in excusis plerisque, est genuinæ lectionis explicatio.

Πάντα τὰ γεννήματά μου. 12, 18. Ita simpliciter Lin. et Cant. et Vulg. initio, ut videtur. Sequentia, (b) καὶ τὰ ἀγαθά μου, ascripta primum ad marg. e versu proxime sequente, irrepsere mox in contextum, et codices jam universim occupant.

Ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων ἐθεραπεύοντο. 6, 88. Alex. et code. al. Vulg. Æthiop. omnino recte. Καὶ postea insertum erat, ante ἐθεραπεύοντο, ut jam in editis, ad tollendam obscuritatem, ne alias soli dæmoniaci sanati viderentur, non item reliqui, qui huc curationis causa venerant.

Ἐπειδὴ φίλος. simpliciter. 11, 6. Codd. plurimi. Syr. et Vulg. initio. Μου injectum erat haud dubie, ad implendum sensum , nemo particulam hujusmodi expunxerit.

Ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν. 13, 35. Codices optimi, magno consensu. Ἔρημος, quod accessit in nostris, ex Matthæo ascriptum fuisse monent Lucas Brug. et Grotius.

Ἄτερ βαλαντίου καὶ πήρας, μή τινος ὑστερήσατε ; 22, 35· Codd. aliq. omnino recte. Neque enim in proximis mentio fit, nisi sacculi et peræ. Medium, καὶ ὑποδημάτων, quod in nostris, ascriptum primum in marg. a lectore aliquo, ex cap. 10, v. 4

πέδειξε, quod haud raro jactantiæ notionem habebat, nonnullis offensioni fuit. Ergo alii ex Joan. xx, 20, ἔδειξε, subjecerunt ; hic ὑπέδειξε subjecit. Corruptionem prodit Mosquensis f. qui rasura sustulit syllabam επ.

(z) Mei servant σοι. Nec aliter est in interpretatione.

(a) Quomodo Millio Luc. XXIV, 1. Hic in mentem venire potuerit, non video. Nimis longe repetitum.

(b) Imo cum Origene et Chrysostomo, ut docui in mea editione.

(c) Eodem modo οὕτως excluserunt nonnulli, cap. 4. vers. 6. Alii dederunt οὗτος. Sic vide Werts.Birch.

(d) Servat uterque meus σῷ. Sed σῷ omittunt codices Mosquenses cum scholûs, d. 10, cujusmodi codices tractavit Euthymius.

(e) Γενόμενα voluit scribere Millius. Mei habent γενόμενα.

(f) Ex exemplis quæ hic subjecit Millius, appareret, illum probas lectiones appellare eas quas habet Vulgata Latina.

(g) Hi omnes pro Vulgata Latina, sine melioribus codicibus Græcis, nihil probant: cum melioribus codicibus Græcis autem semper probant contra Vulgatam Latinam. Indicant enim feret plerumque recentiores corruptiones versionis Latinæ. Per inductionem exemplorum id intelligitur.

Quod si a bimatu et infra jussit Herodes pueros interimi, ne mireris: suspicabatur enim, non statim apparuisse Magis stellam, sed fortassis puerum ante ejus apparitionem natum fuisse. Ideo securitatis causa tempus anticipavit, et usque ad fines Bethleem cædem extendit, ut undique, quod venabatur, concluderet, et una cum interfectorum multitudine etiam Christum interficeret. Eos ergo, qui bimuli erant, occidit, ut tempus ampliationem haberet, sicut prædiximus ; illos vero, qui minoris erant ætatis, secundum tempus quod exquisierat a Magis. Itaque et tempus, quod a Magis didicit, observavit : et latitudinem alteram ipse adjecit. Restat igitur, ut verba illa : *Secundum tempus, quod exquisierat a Magis*, non in eo, quod dicitur, *a bimatu*, intelligas; sed in eo, quod additur, *et infra*. Oportet enim post id, quod dicitur, *a bimatu*, distinctionem ponere, deinde totum quod sequitur simul legere. Si enim, sicut dicunt, duorum annorum tempus expletum esse didicisset, nequaquam eos perdidisset, qui minoris erant ætatis.

Dubitant autem quidam, quam ob causam, cum Christus fugam arripuisset, curam non habuit puerorum, qui pro ipso jugulati sunt. Quibus nos dicimus multos injuste agere : nullum autem injuste pati. Omnis enim, qui injuste pati videtur, aut patitur, ut propria diluat delicta ; et ita malum quidem sustinet, verum non injuste, quin potius beneficio afficitur; aut ut coronæ occasionem habeat, et ita quoque beneficium, propter tempestivam mali tolerantiam, ob quam perpetuam referet requiem. Itaque, qui alteri irrogat injuriam, facit quidem injuriam : qui vero malum sustinet, nequaquam injuria afficitur. Quia ergo hi pueri non propter absolutionem propriorum delictorum interempti sunt, manifestum est passos esse, ut occasionem, qua coronarentur, haberent, nec passos esse injuriam. Fortassis autem et hi pueri probi futuri non erant. Si enim eos qui peccant, Deus in vita sustinet, ipsorum exspectans conversionem : multo magis credendus est, eos qui virtute magni futuri essent nequaquam vita privaturum fuisse. Neque multo post puerorum interfector Herodes pœnas dedit violentæ cædis, acerba morte vitam solvens, prout scribit Josephus.

Vers. 17. *Tunc completum est* — Vers. 18. *non sint*. Quando dicit : *Tunc completum est quod dictum est*, significat, hoc providente Deo factum esse ac per Prophetam prædicente, et ita fieri permittente,

Variæ lectiones et notæ.

(58) Josephus, *De bello Judaico*, lib. I, cap. 21, p. 772.

secundum suam gubernationem. Rhama nomen erat loci in Bethleem. Nominavit autem Bethleem Rachel, propter Rachel uxorem Jacob, quæ in Bethleem sepulta est. Postquam autem dixit : *Vox in Rhama audita est*, subdens declarat, quæ vox fuerit, nempe lamentatio, ploratus, et fletus multus, propter crudelissimam puerorum exstinctionem. Et noluit Bethleem consolationem admittere, quia pueri sui non sunt, hoc est, non vivunt. Hinc autem calamitatis aperuit magnitudinem.

σθαι δι' οἰκονομίαν. Ῥαμὰ μὲν οὖν ὄνομα ἦν τόπου, ἐν Βηθλεέμ· Ῥαχὴλ δὲ τὴν Βηθλεὲμ ὠνόμασεν, ἀπὸ Ῥαχὴλ, τῆς γυναικὸς Ἰακώβ, ταφείσης ἐν Βηθλεέμ. Εἰπὼν δὲ, ὅτι Φωνὴ ἐν Ῥαμὰ ἠκούσθη, ἐφερμηνεύει, τίς ἦν ἡ φωνὴ, ὅτι θρῆνος, καὶ τὰ ἑξῆς, διὰ τὴν ὠμοτάτην ἀναίρεσιν τῶν παιδίων. Καὶ οὐκ ἤθελεν ἡ Βηθλεὲμ παρηγορηθῆναι, διότι οὐκ εἰσὶ τὰ παιδία αὐτῆς, τουτέστιν, οὐ ζῶσιν. Ἐντεῦθεν δὲ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πάθους ἐνέφηνε.

Vers 19 *Mortuo* — Vers. 20. *Pueri.* Terram Israel simpliciter dixit Palæstinam. Quærentes autem animam pueri, ut eam auferrent, et a corpore separarent, dicit eos qui Herodem contingebant.

Τελευτήσαντος — παιδίου. Γῆν Ἰσραὴλ, ἁπλῶς εἶπε τὴν Παλαιστίνην· ζητοῦντας δὲ τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου, τοῦ ἐξᾶραι αὐτὴν καὶ διαζεῦξαι τοῦ σώματος, φησὶ τοὺς περὶ τὸν Ἡρώδην.

† Mortem acerbam habuit Herodes. Febre enim, dysenteria, scabie, podagra ac verendorum putredine, generatione vermium, spirandi difficultate, actremore membrorum malam solvit animam.

† Πικρὰν (59) τελευτὴν ἔσχεν ὁ Ἡρώδης, πυρετῷ καὶ δυσεντερίᾳ, καὶ κνησμῷ καὶ ὄγκῳ ποδῶν, καὶ σήψει τοῦ αἰδοίου σκώληκας γεννώσῃ, καὶ δυσπνοίᾳ, καὶ τρόμῳ, καὶ σπασμῷ τῶν μελῶν, ἀποῤῥήξας τὴν πονηρὰν ψυχήν.

Vers. 21. *Qui excitatus* — Vers. 22. *Ire.* Volebat quidem habitare in partibus Judææ, siquidem Judæa et Galilæa Palestinæ regiones erant. Verum propter Archelaum timuit illo ire, ne forte et ipse patrem mitaretur. Neque enim determinate significaverat angelus habitationis locum, ut fiduciam habere posset.

Ὁ δὲ ἐγερθεὶς — ἀπελθεῖν. Ἐβούλετο μὲν κατοικῆσαι ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Ἰουδαίας· χῶραι γὰρ ἦσαν τῆς Παλαιστίνης, ἥ τε Ἰουδαία καὶ ἡ Γαλιλαία· διὰ δὲ τὸν Ἀρχέλαον ἐφοβήθη ἐκεῖ ἀπελθεῖν, μήποτε καὶ αὐτὸς μιμήσηται τὸν πατέρα. Οὐ γὰρ ἰδικῶς ἐσήμανεν ὁ ἄγγελος τὸν τόπον τῆς κατοικίας, ἵνα ἔχοι θαῤῥεῖν.

Scire autem oportet, quod, mortuo puerorum interfectore Herode, quatuor filiis ejus electis, divisit Cæsar Augustus regnum ipsius. Archelao quidem Judææ regionem distribuit ; aliis vero partes alias, sicut dicit Lucas [45]. Eos autem reges tetrarchas nominavit, quoniam quisque eorum quartæ partis principatum tenebat. Quod si Lucas Pontium Pilatum Judææ præsidem scripsit, nihil mirum. Postmodum enim Archelao e regno propter accusationes ejecto, in posterum nemo rex, sed procurator dicebatur. Itaque Pilatus in præsidem Judææ sub Tiberio Cæsare a Roma missus est (*i*).

Χρὴ δὲ γινώσκειν ὅτι, τοῦ παιδοκτόνου Ἡρώδου τελευτήσαντος, τοῖς προκριθεῖσι τέσσαρσι τούτου παισὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ διεῖλεν ὁ Καῖσαρ Αὔγουστος· καὶ τῷ μὲν Ἀρχελάῳ τὴν Ἰουδαίαν χώραν ἀπένειμε, τοῖς ἄλλοις δὲ τὰς ἄλλας μερίδας, ὡς φησιν ὁ Λουκᾶς. Ὠνόμασε δὲ αὐτοὺς βασιλεῖς τετράρχας, διότι ἕκαστος τετάρτης μερίδος ἦρχεν. Εἰ δὲ ὁ Λουκᾶς τὸν Πόντιον Πιλάτον ἡγεμονεύειν τῆς Ἰουδαίας ἀνέγραψεν, οὐδὲν καινόν. Ὕστερον γὰρ, Ἀρχελάου τῆς βασιλείας ἐκπεσόντος ἐκ κατηγορίας, οὐκέτι βασιλεὺς, ἀλλ' ἐπίτροπος, εἴτουν ἡγεμὼν τῆς Ἰουδαίας ὁ Πιλάτος ὑπὸ Τιβερίου Καίσαρος ἀπὸ Ῥώμης ἐξαπεστάλη.

Vers. 22. *Oraculo autem accepto* — Vers. 23. *Nazareth.* Atqui si in Judæam ire metuebat propter Archelaum, oportebat et Galilæam timere propter fratrem ejus Herodem, qui in ea tetrarcha erat, sicut dicit Lucas. Verum Bethleem, sita in Judæa, suspecta erat.

Χρηματισθεὶς δὲ — Ναζαρέτ. Καὶ μὴν, εἰ τὴν Ἰουδαίαν ἐφοβήθη, δι' Ἀρχέλαον, ἔδει φοβηθῆναι καὶ τὴν Γαλιλαίαν, διὰ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἡρώδην, τετραρχοῦντα αὐτῆς, ὡς φησι Λουκᾶς· ἀλλ' ἡ Βηθλεὲμ ἦν ὑποπτος, ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ κειμένη.

Vers. 23. *Ut — vocabitur.* Et ubinam hoc prophetæ dixerunt ? Ne quæras ; neque enim invenies. Plurima enim propheticorum voluminum perierunt : partim quidem per frequentes captivitates ; partim autem propter Hebræorum negligentiam ; nonnulla quoque propter malitiam.

Ὅπως — κληθήσεται. Καὶ ποῖοι προφῆται τοῦτο εἶπον, μὴ ζητήσῃς· οὐχ εὑρήσεις γὰρ, διότι πολλὰ τῶν προφητικῶν βιβλίων ἀπώλοντο, τὰ μὲν ἐν ταῖς αἰχμαλωσίαις, τὰ δὲ καὶ ἐξ ἀμελείας τῶν Ἑβραίων, τινὰ δὲ καὶ ἐκ κακουργίας.

[45] Luc. III, 1.

Variæ lectiones et notæ.

(59) Hæc Hentenius in codicis sui margine reperat. In neutro meorum comparent. Sunt autem repetita ex Teophylacto, e quo addidi. Vide edit. Paris 1631, in-fol. p. 16. B.

(*i*) Amplius non rex (erat), sed procurator seu præses Judææ Pilatus a Tiberio Cæsare Roma missus erat.

ΚΕΦ. Γ'. Πρῶτος Ἰωάννης ἐκήρυξε βασιλείαν οὐρανῶν.

CAP. III. *Primus Joannes prædicavit regnum cœlorum.*

Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις — Ἰουδαίας. Ἐν ποίαις ἡμέραις; Οὐ γὰρ ὁπότε, παῖς ὢν ὁ Ἰησοῦς, εἰς Ναζαρετ ἦλθεν ἐξ Αἰγύπτου, ἀλλ' ἐν τῷ τριακοστῷ αὐτοῦ πάντως ἔτει, καθὼς ἱστορεῖ Λουκᾶς. Ἀλλ' ἔθος ἐστὶ τῇ Γραφῇ, τὸ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις (60) ἀκωλύτως λέγειν, ἐφ' οὗ ἂν ἐθελήσῃ χρόνου, δηλούσῃ μόνον τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, ἐν ᾧ γέγονεν, ἃ διηγήσασθαι βούλεται, καθάπερ καὶ νῦν ὁ Εὐαγγελιστὴς ἐποίησε, τὰ ἐν μέσῳ παραδραμών.

Καὶ διατί μετὰ τριακοστὸν ἔτος ὁ Χριστὸς ἦλθεν ἐπὶ τὸ βάπτισμα; Διότι ἡ ἡλικία αὕτη στερεοῦ καὶ καθεστηκότος ἐστὶ φρονήματος. Ἐπεὶ γὰρ ἔμελλε μεταποιεῖν μὲν τὸν παλαιὸν νόμον, νομοθετεῖν δὲ τὸν νέον, τὸ δὲ μεταποιεῖν καὶ νομοθετεῖν τοιούτου δεῖται φρονήματος, ἀνέμεινε ταύτην τὴν ἡλικίαν. Διὰ τί γὰρ πρότερον τὰς ἐπισφαλεῖς ἡλικίας, λέγω δὴ τὴν παιδικήν, ἐν ᾗ πολὺ τὸ ἀνόητον, καὶ τὴν μειρακιώδη, ἐν ᾗ σφοδρὸν τὸ φιλήδονον, καὶ τὴν νεανικήν, ἐν ᾗ λίαν τὸ φιλοχρήματον, ἐν τῇ ἀνδρικῇ, κατά τε σῶμα καὶ φρόνημα, λοιπὸν ἦλθεν ἐπὶ τὸ βάπτισμα, ἵνα, ἀπὸ τούτου ἀναδειχθεὶς, ἐντεῦθεν ἄρξηται τοῦ διδάσκειν καὶ σημεῖα ποιεῖν. Διὰ τοῦτο γὰρ τότε καὶ ὁ Ἰωάννης ὑπὸ Θεοῦ πέμπεται πρὸς τὸν Ἰορδάνην κηρύσσων (61) βάπτισμα, ἵνα διὰ τὸ βάπτισμα συνδράμωσι πολλοὶ, καὶ ἐπιστὰς ὁ Χριστὸς μέσον πολλῶν μαρτυρηθῇ, κάτωθεν μὲν παρὰ Ἰωάννου, ἄνωθεν δὲ παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ ἐντεῦθεν, ἐπισπασάμενος αὐτοὺς ἄρξηται μυσταγωγεῖν καὶ θαυματουργεῖν.

Καὶ πόθεν ὁ Ἰωάννης παραγέγονεν; Ἀπὸ τῆς ἐνδοτέρας ἐρήμου. Φησὶ γὰρ ὁ Λουκᾶς, ὅτι Ἐγένετο ῥῆμα Θεοῦ ἐπὶ Ἰωάννην τὸν τοῦ Ζαχαρίου υἱὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν περίχωρον τοῦ Ἰορδάνου. Ταύτην τοίνυν τὴν περίχωρον ὁ Ματθαῖος ἔρημον τῆς Ἰουδαίας ὠνόμασε. Δύο γὰρ νοοῦμεν ἐρήμους· μίαν μὲν τὴν ἐνδοτέραν, ἀφ' ἧς ἦλθε· δευτέραν δὲ, τὴν παρὰ (62) τὸν Ἰορδάνην, ἐφ' ἣν ἐξῆλθε.

Καὶ λέγων — ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Μετανοεῖτε, φησὶν, ἐφ' οἷς ἡμαρτήκατε· ἤγγικε γὰρ ὁ Χριστὸς, ὀπίσω μου ἐρχόμενος (τοῦτον γὰρ νῦν ὀνομάζει βασιλείαν οὐρανῶν, ὡς βασιλέα οὐράνιον, κατὰ τὴν θεότητα), ὃς εὑρίσκων ὑμᾶς μετανοοῦντας, δωρήσεται ἄφεσιν τῶν (63) ἡμαρτημένων.

Ἡ βασιλείαν οὐρανῶν λέγει τὴν πολιτείαν τῶν ἀγγέλων, ἣν ὁ Χριστὸς ὅσον οὔπω νομοθετεῖν ἔμελλε διὰ τῶν εὐαγγελικῶν ἐντολῶν. Λέγεται δὲ βασιλεία οὐρανῶν καὶ ἡ ἀπόλαυσις τῶν ἐν οὐρανοῖς ἀγαθῶν. Δηλοῖ δὲ καὶ ἄλλα πλείονα τὸ ὄνομα τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, πολυσήμαντον ὄν, ὡς προϊόντες εὑρήσομεν.

Cap. III, vers. 1. *In diebus autem — Judææ.* In quibus diebus? Neque enim quando Jesus puer adhuc ex Ægypo venit Nazareth, sed cum jam triginta esset annorum, sicut narrat Lucas [46]. Verum Scripturæ mos est, *In diebus illis* dicere, hoc est, sequentibus, de quolibet tempore, manifestando solum tempus illud, quo facta sunt, quæ narrare vult: quemadmodum nunc fecit Evangelista, quæ in medio sunt prætermittens.

Et quare post tricesimum annum venit Christus ad baptisma? Quia ætas hæc solidæ atque perfectæ prudentiæ est. Quia enim futurum erat, ut veterem transmutaret legem, novamque conderet; ad transmutandum autem et statuendum tali opus erat sapientia: ideo tantam exspectavit ætatem. Primum siquidem lubricas pertransiens ætates, nempe pueritiam, quæ multam habet insipientiam, adolescentiam, cujus est vehementia voluptatum; juventutem, in qua nimia est avaritia; postea in ætate virili, tam quoad corpus, quam quoad prudentiam, venit ad baptisma: ut ab hoc demonstratus, deinceps docere inciperet, signaque facere. Propter hoc enim etiam tunc Joannes a Deo mittitur ad Jordanem, prædicans baptismum, ut baptismi causa multi concurrerent, et in medio multorum astans Christus, testimonium acciperet, inferne quidem a Joanne, superne vero a Patre et Spiritu sancto, et hinc eos attrahens, inciperet sacris initiare, miracula edere.

Unde autem venit Joannes? Ab interiori eremo. Ait enim Lucas: *Factum est verbum Domini super Joannem, Zachariæ filium, in deserto; et venit in regionem, quæ circa Jordanem erat* [47]. Hanc igitur regionem, quæ circa Jordanem erat, Matthæus desertum nominavit Judææ. Duas siquidem innuit eremos: unam interiorem, a qua venit Joannes; alteram, quæ circa Jordanem erat ad quam venit.

Vers. 2. *Et dicens — regnum cœlorum.* Pœniteat, inquit, vos errorum vestrorum; instat enim Christus, qui, post me venturus est (nam hunc nominat hic regnum cœlorum, utpote cœlestem Regem, secundum divinitatem): qui si vos invenerit resipiscentes, donabit peccatorum remissionem.

Vel regnum cœlorum dicit politiam angelicam, quam Christus paulo post conditurus erat per evangelica præcepta. Dicitur quoque regnum cœlorum, fruitio cœlestium bonorum. Significat et alia plura nomen varie significativum *regnum cœlorum*, prout in sequentibus erit invenire.

Variæ lectiones et notæ.

[46] Luc III, 23. [47] L. III, 23.

(60) Ita uterque Codex. Hentenius id non expressit. Mihi in mentem veniebat, ἀπολύτως, absolute. Ex Chrysostomo, qui hæc tractat t. VII, p. 139 nihil in hanc rem efficitur.

(61) Κηρῦσσειν B.
(62) Περὶ τὸν A.
(63) Τῶν ἁμαρτημάτων A.

Vers. 3. *Hic — semitas ejus. Vox clamantis,* defectiva est oratio. Intelligitur enim : *Vox* subaudi (*est mihi viri clamantis in deserto*), illo scilicet, quod est apud Jordanem ; *clamantis* autem, quæ sequuntur: *Parate viam Domini*, etc. Viam autem Domini, et semitas ejus vocat animas, ad quas venturum erat verbum Evangelii : quas etiam parare exhortatur, sive mundare instrumento pœnitentiæ, affectionum spinas extrahendo, peccati lapides ejiciendo, et ita suaves ac molles ad ipsius susceptionem efficiendo.

Vers. 4. *Ipse — mel silvestre.* Meminit et vestis, et cibi ejus, ostendens et pannum, et simplicitatem eorum (*j*) : et per hæc docens corporis minimam habendam esse curam, despiciendamque sumptuositatem. Ne quæras autem, quis illi vestem texebat, aut unde zonam habebat. Multo enim magis admirandum est, quomodo in eremo a puero aeris inæqualitati per talem ætatem assuefactus est. Id autem unum scito, quod etiam illa, divina ei provisione subministrabantur, et ita afflictiones sufferendo perseverabat.

Locustas vero quidam herbarum esse virgulta (*k*) dixerunt ; quidam autem herbam dictam locustam ; alii vero ipsum insecti genus. Dicunt enim usque ad hodiernum diem, in illis partibus plerosque illud edere fumo siccatum ; et ipsum inter animalia munda legislatorem adnumerasse ; habere autem gravem odorem, malumque gustum. Primum tamen potius tenendum est. Mel quoque silvestre in petrarum scissuris ab agrestibus apibus conficitur : sed amarum est ac insuave.

† Habitu etiam prædicabat, vestem gerens lugubrem. Dicunt autem camelum medium esse inter munda animalia et immunda ; licet enim ruminet tanquam mundum, inferne tamen ungulam non habet fissam. Quia igitur Joannes populum Judaicum qui misere mundus apparebat, ac gentilem, qui immundus erat, ad Deum adducebat, idcirco pilos ferebat camelorum.

Omnes sancti cincti a Scriptura inducuntur, vel tanquam semper in opere positi : negligentes enim et delicati non cinguntur : vel quia concu-

Οὗτος — τὰς τρίβους αὐτοῦ. Τὸ, Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐλλειπτικόν ἐστι. Νοεῖται γὰρ, ὅτι Φωνὴ ἐξακούεταί μοι ἀνδρὸς βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, δηλαδὴ τῇ παρὰ τὸν Ἰορδάνην · βοῶντος δὲ ταῦτα. Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, καὶ τὰ ἑξῆς. Ὁδὸν δὲ Κυρίου καὶ τρίβους αὐτοῦ καλεῖ τὰς ψυχὰς, ὧν ἐπιβαίνειν ἔμελλεν ὁ λόγος τοῦ Εὐαγγελίου, ἃς καὶ προτρέπεται ἑτοιμάζειν, ἤγουν καθαίρειν, τῷ ἐργαλείῳ τῆς μετανοίας ἀνασπῶντας μὲν τὰς ἀκάνθας τῶν πάθῶν, ἐκρίπτοντας δὲ τοὺς λίθους τῆς ἁμαρτίας, καὶ οὕτως εὐθείας καὶ ὁμαλὰς αὐτὰς ἀπεργάζεσθαι πρὸς ὑποδοχὴν αὐτοῦ.

Αὐτὸς — μέλι ἄγριον. Ἐμνημόνευσε καὶ τῆς στολῆς, καὶ τῆς τροφῆς αὐτοῦ, δεικνύων τὸ λιτὸν καὶ σχέδιον αὐτῶν, καὶ διδάσκων, μικρὰ μὲν φροντίζειν τοῦ σώματος, καταφρονεῖν δὲ τῆς πολυτελείας. Μὴ ζητήσῃς δὲ, τίς ὕφηνεν αὐτῷ τὸ ἔνδυμα, ἢ πόθεν ἔσχε τὴν ζώνην· ἐπεὶ θαυμασιώτερον μᾶλλον, πῶς ἐν ἐρήμῳ νηπιόθεν ἀέρος ἀνωμαλίαις μετὰ τοιαύτης ἡλικίας ἐπαλαιε · γέγωσκε δὲ μόνον, ὅτι κατὰ θείαν πρόνοιαν ἐκεῖνά τε ἐκτήσατο, καὶ (64) διήρκει ταλαιπωρούμενος.

Ἀκρίδας, δέ τινες μὲν ἀκρέμονας (65) βοτανῶν εἶναι εἶπον, τινὲς δὲ, βοτάνην ἀκρίδα καλουμένην, ἄλλοι δὲ τὸ ζῶον αὐτό. Φασί γὰρ, μέχρι καὶ σήμερον ἐν τοῖς μέρεσιν ἐκείνοις πολλοὺς ἐσθίειν αὐτὸ τεταριχευμένον. Καὶ γὰρ μετὰ τῶν καθαρῶν ζώων καὶ τοῦτο τάξαι τὸν νομοθέτην · ἔχειν δὲ δυσώδη καὶ πονηρὰν γεῦσιν. Κρεῖττον δὲ τὸ πρῶτον. Μέλι δὲ ἄγριον, τὸ ἐν ταῖς τῶν πετρῶν σχισμαῖς ὑπὸ τῶν ἀγρίων μελισσῶν γεωργούμενον, πικρὸν καὶ ἀηδὲς ὄν.

† Εἰς (66) μετάνοιαν (67) παρεκάλει καὶ ἀπὸ τοῦ σχήματος. Πενθικὴν γὰρ εἶχε τὴν στολήν. Λέγουσι δὲ, τὴν κάμηλον μεταξὺ εἶναι καθαροῦ καὶ μὴ. Καθὸ μὲν γὰρ μηρυκίζει, καθαρόν ἐστι · καθὸ (68) δὲ οὐκ ἔστι διχηλὸν κατὰ τοὺς ὄνυχας, οὐκ ἐστι καθαρόν. Ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ Ἰωάννης τὸν τε (69) καθαρὸν δοκοῦντα λαὸν, τὸν Ἰουδαϊκὸν, καὶ τὸν ἀκάθαρτον, τὸν ἐθνικὸν, προσῆγε τῷ Θεῷ, (70) διὰ τοῦτο ἐφόρει τὰς τρίχας τῆς καμήλου.

† Πάντες οἱ ἅγιοι ἐζωσμένοι εἰσάγονται παρὰ τῇ Γραφῇ, ὡς ἀεὶ ἐν ἔργῳ ὄντες. Οἱ γὰρ ἀμελεῖς καὶ τρυφηλοὶ οὐ ζώννυνται (71). Ἢ ὅτι ἐνέκρωσαν τὰ

Variæ lectiones et notæ.

(64) i. e. διαρκῶς ἐνεκαρτέρει τῇ ταλαιπωρίᾳ καὶ σκληραγωγίᾳ.

(65) Quo sensu habet Philo, pag. 475.

(66) Hoc et proximum scholium in margine sui codicis reperit Hentenius ; mei non agnoscunt. Est ex Theophylacto, p. 17, 18.

(67) Hæc supplenda sunt apud Hentenium, qui tamen ἐκήρυσσε videtur legisse.

(68) Forte κάτω reperit Hentenius.

(69) Nescio, unde *misere* hauserit Hentenius. Forte pro τόν τε, legit οἰκτρῶς. Nam ἔλεεινος nimis recedit, Δεινῶς vere prorsus alienum est.

(70) Hic auctior est Theophylactus.

(71) Hic omissum : Ὡς νῦν οἱ Σαρακηνοι. Nisi supra etiam omissa essent quædam ab eodem scriba, crederem, metu Turcarum hæc omissa esse, quod codicem illis in locis scribebat.

(*j*) *Pannum et simplicitatem eorum. Pannum* habet etiam editio princeps Lovaniensis. Habebam pro errore typothetæ, credebamque interpretem voluisse *parcum*. Reddo : *Meminit etiam victus et amictus ejus, ostendens eum tenuem et facile parabilem* (subitariam).

(*k*) *Virgulta.* Cacumina. Ita apud Philon, p. 475.

πάθη τῆς ἐπιθυμίας· τὸ γὰρ δέρμα, νεκροῦ ζώου A
ἐστὶ μέρος.

Τότε — τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Ἀνεπτέρωσε γὰρ ἅπαντας, πρῶτα μὲν, ἡ τοῦ βαπτίζοντος ὑπόληψις. ἀρχιερέως γὰρ ἦν υἱὸς, καὶ ἄρτι πρῶτον ἐκ τῆς ἐρήμου κατέβη, πολλὰς ἀρετὰς ἐπικομιζόμενος, καὶ ἀπὸ μόνης ὄψεως πολλὴν ἀπήστραπτεν εὐλάβειαν· δεύτερον δὲ, ἡ τοῦ κηρύγματος καινοφάνεια· βασιλείαν γὰρ οὐρανῶν κατήγγελε, περὶ ἧς τότε πρῶτον ἔχουσιν· τρίτον δὲ καὶ πλεῖον, ὁ προφήτης Ἡσαΐας, τὸ· Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, περὶ αὐτοῦ προαναφωνήσας.

Καὶ πῶς οὐδεὶς τῶν εὐαγγελιστῶν ἀνέγραψεν, ὅτι ὁ Ἰωάννης ἐβόησε πρὸς τοὺς ὄχλους· Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, ὡς ὁ προφήτης περὶ αὐτοῦ φησι; Ῥητῶς μὲν οὐδεὶς ἀνέγραψε τοῦτο, εἰκὸς δὲ B
βοᾶσαι μὲν αὐτὸν καὶ τοῦτο, μὴ ἀναγραφῆναι δὲ, ὡς ἐξὸν νοούμενον. Ἄλλως τε δὲ, τὸ, Μετανοεῖτε, καὶ τὸ, Ποιήσατε καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας, ἴσα εἰσὶ τῷ, Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου. Ἑτοιμασία γὰρ καὶ ἀνακάθαρσις τῆς δηλωθείσης ὁδοῦ ἡ μετάνοια, καὶ ἡ καρποφορία τῶν ἀρετῶν.

Ἐξεπορεύετο δὲ πρὸς αὐτὸν Ἱεροσόλυμα ἡ πόλις, οὕτων οἱ Ἱεροσολυμῖται. Οὕτω γὰρ εἶπεν ὁ Μάρκος. Ὁποίαν δὲ δύναμιν εἶχε τὸ βάπτισμα τοῦ Ἰωάννου, καὶ τίνα διαφορὰν πρὸς τὸ βάπτισμα τὸ νομοθετηθὲν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, ἀκριβῶς εὑρήσεις ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίου. Ἐπιτηδειότερον γὰρ ἦν, ἐν ἐκείνῃ ταύτην ἑρμηνευθῆναι, ἔνθα κεῖται τὸ· Καὶ κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν C
ἁμαρτιῶν.

Ἰδὼν δὲ — ὀργῆς. Τὸ γένος τῶν Ἰουδαίων καλεῖται διαφόροις ὀνόμασι. Λέγονται γὰρ Ἑβραῖοι μὲν, ἀπὸ τοῦ Ἕβερ, ὡς κεχρημένοι τῇ διαλέκτῳ αὐτοῦ· μόνου γὰρ ἐκείνου τὴν γλῶσσαν ἀσύγχυτον διετήρησεν ὁ Θεὸς, μὴ θελήσαντος κοινωνῆσαι τοῖς τὸν πύργον τῆς (72) χαλάνης οἰκοδομοῦσι. Πρόγονος δὲ ἦν οὗτος τοῦ Ἀβραάμ. Ἰσραηλῖται δὲ, ἀπὸ τοῦ Ἰακὼβ, ὃς, ἰδὼν ὠ τῇ κλίμακι τὸν Θεὸν, ἐπωνομάσθη καὶ Ἰσραήλ. Τὸ γὰρ Ἰσραὴλ, ὁρῶν Θεὸν ἑρμηνεύεται. Ἰουδαῖοι δὲ ἀπὸ τοῦ (73) Δαυὶδ, ὃν ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἐπιλεξάμενος ὁ Θεὸς εἰς τὴν βασιλείαν, καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ ἐκταγομένοις τὸ βασιλεύειν ἀποκληρώσας, ὀνομάστην ἄγαν τὴν φυλὴν ταύτην, ὡς τοῦ λοιποῦ βασιλικὴν, ἐποίησεν, ὥστε καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἄλλων φυλῶν χρόνῳ ὕστερον Ἰουδαίους κοινῶς ἀπὸ ταύτης D
λέγεσθαι.

Τούτων οὕτως εὐκρινηθέντων (74), εἰπεῖν χρὴ καὶ

piscentiæ affectiones mortificarunt. Pellis namque, mortui animalis pars est.

Vers. 5. *Tunc* — Vers. 6. *Peccata sua.* Primum quidem baptizantis opinio spem omnibus erigebat. Erat enim pontificis filius, et nunc primum ab eremo descenderat, multis ornatus virtutibus, soloque visu non parum avertebat metum (*l*). Deinde autem nova prædicationis apparentia regnum cœlorum annuntiabat : de quo tunc primum audiebant. Tertio vero, quod etiam magis urgebat, prophetæ Isaiæ dictum illud : *Vox clamantis in deserto*, de illo prædixerat.

Et quomodo nullus Evangelista scribit, quod Joannes turbis clamaverit : *Parate viam Domini*, sicut de illo propheta ait ? Manifeste quidem nullus scribit. Verisimile est tamen et hoc clamavisse, quanquam scriptum non sit, utpote per se intellectum. Verumtamen etiam illud : *Resipiscite et facite fructus dignos pœnitentiæ* tantumdem valet, quantum : *Parate viam Domini.* Est enim præparatio ac repurgatio prædictæ viæ ipsa resipiscentia, ac virtutum fructificatio.

Exibat autem ad ipsum Hierosolyma civitas, sive Hierosolymitæ, ita enim dixit Marcus [49]. Quam autem habuerit virtutem Joannis baptisma, quamque differentiam a baptismate, quod Christus statuit, diligenter apertum invenies in explanatione Evangelii secundum Marcum. Nam in ea convenientius visum est, rem hanc declarare, ubi scriptum est : *Prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum* [50].

Vers. 7. *Porro cum vidisset — ira.* Judæorum genus variis appellatur nominibus. Siquidem Hebræi dicuntur ab *Heber*, utpote lingua ejus utentes, hujus enim solius linguam servavit Deus inconfusam : quia communicare noluerat cum illis, qui turrim ædificabant. Ab hoc autem descenderat Abraham. Israelitæ vero dicti sunt a Jacob, qui Deum in scala vidit, et Israel appellatus est. Israel enim tantumdem valet, quantum *Videns Deum.* Judæi autem a David, quem postquam de tribu Juda ad regnum elegit Deus, ejusque posteris dedit, ut hæreditario jure regnarent, tribum illam claram reddidit, utpote ab eo tempore regiam : ita ut etiam, qui ab aliis tribubus descenderent, postea Judæi quoque ab hac communi vocabulo dicerentur.

His ita distinctis, dicere etiam oportet de duabus

[49] **Marc. 1, 5.** [50] Ibid. 4.

Variæ lectiones et notæ.

(72) **Respicit Genes. XI. Quid autem sit χαλάνης, ignoro. Hentenius id prætermisit. Nescio utrum sit corruptum vocabulum Hebraicum, an Græcum. Forte πλίνθης voluit. Ex Hebraicis** בבל **et** בלל **nihil eruscalpi potest. —** Χαλάνης est ex Gen. X, 10, ubi tamen scribitur χαλάννη. Ita etiam Epiphan. t. I, p. 75 ; sed Cyrillus Alex. t. VI, p. 2 B, in *Collectaneis* habet : Οἱ τὸν τῆς χαλάνης πύργον οἰκοδομοῦντες. *Ex Addendis.*

(73) Ἀπὸ τοῦ Ἰούδα B.

(74) Εὐκριθέντων A. Male. Est enim ab εὐκρινέω, quod habet Xenoph. p. 513. E. Frequentius occurrit διευκρινεῖν.

(*l*) *Non parum avertebat metum.* Ac solus visus multa refulgebat pietate.

Judæorum sectis, quæ hic ponuntur. Sadducæi in cæteris quidem Judæi erant: verum Spiritum sanctum et angelos, ac resurrectionem mortuorum negabant, neque omnino esse credebant. Pharisæi vero et ipsi quoque in cæteris Judæis, habebant quasdam observationes cæteris non communes, ut jejunium bino in hebdomade die; substantiæ decimas, quas pauperibus erogabant; lotiones ac purificationes urceorum, paropsidum, ac scyphorum, aliosque hujusmodi mores. Sicut autem scribæ sive legisperiti ac doctores aliis præstantiores erant: ita sane et Pharisæi ac Sadducæi tanquam aliis superiores sese jactabant.

A περὶ τῶν προκειμένων δύο Ἰουδαϊκῶν αἱρέσεων. Οἱ Σαδδουκαῖοι τἆλλα μὲν Ἰουδαῖοι ἦσαν, Πνεῦμα δὲ ἅγιον καὶ ἀγγέλους καὶ νεκρῶν ἀνάστασιν ἀθετοῦσι, καὶ οὐδ' ὅλως εἶναί φασιν. Οἱ Φαρισαῖοι δὲ, καὶ αὐτοὶ τἆλλα μὲν Ἰουδαῖοι (75), εἶχον δὲ περιττάς τινας παρατηρήσεις, οἷον, νηστείαν δὶς τῆς ἑβδομάδος, ἀποδεκατώσεις τῆς οὐσίας εἰς τοὺς πένητας, βαπτισμοὺς καὶ καθαρισμοὺς ξεστῶν, καὶ πινάκων, καὶ ποτηρίων, καὶ τοιαῦτα ἕτερα ἔθη. Ὥσπερ δὲ (76) οἱ (77) νομικοὶ καὶ διδάσκαλοι διαφορώτεροι τῶν ἄλλων ἦσαν, οὕτω δὴ καὶ οἱ Φαρισαῖοι καὶ Σαδδουκαῖοι μέγα ἐφρόνουν, ὡς περιττότεροι τῶν ἄλλων.

Hos igitur Joannes accedere videns, ipsosque agnoscens, tum per inhabitantem in se gratiam, tum vero a veste habituque insigni, liberius eos B arguit; siquidem fiduciam in eo habebat, qui se miserat. Miscet autem reprehensionis asperitati laudem, ut inde quidem humilientur, hinc autem consolationem accipiant. Nam ipsos alloquens, *Progenies viperarum* appellavit. Sicut enim viperarum proles, cum pariuntur, suas occidunt matres, exeso eorum ventre, ita sane et Judæi suos patres spirituales, puta prophetas occiderant. Laudavit autem ipsos dicens: *Quis demonstravit vobis fugere a ventura ira?* Apparebat enim, quod sola ipsorum prudentia.

Τούτους προσιόντας ἰδὼν ὁ Ἰωάννης, καὶ ἐπιγνοὺς αὐτοὺς, τοῦτο μὲν, ἐκ τῆς ἐνοικούσης αὐτῷ θείας χάριτος, τοῦτο δὲ καὶ ἐκ τῶν παρασήμων τῆς στολῆς καὶ τοῦ σχήματος, παῤῥησιαστικώτερον αὐτοῖς διαλέγεται. Καὶ γὰρ ἐθάῤῥει τῷ ἀποστείλαντι αὐτόν. Μίγνυσι δὲ τῇ αὐστηρίᾳ τῶν ἐλέγχων καὶ ἔπαινον, ἵνα τῇ μὲν ταπεινωθῶσι, τῷ δὲ παρηγορηθῶσιν. Ἤλεγξε μὲν γὰρ αὐτοὺς, Γεννήματα ἐχιδνῶν τούτους προσαγορεύσας. Ὥσπερ γὰρ τὰ γεννήματα τῶν ἐχιδνῶν ἀποκτείνουσι τὰς ἑαυτῶν μητέρας, διαβιβρώσκοντα τὰς τούτων γαστέρας ἐν τῷ κυΐσκεσθαι· οὕτω δὴ καὶ οἱ Ἰουδαῖοι τοὺς πνευματικοὺς αὐτῶν πατέρας, τοὺς προφήτας, ἀπέκτενον. Ἐπήνεσε δὲ αὐτοὺς, εἰπών· Τίς ὑπέδειξεν ὑμῖν φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; Ἐνέφηνε γὰρ, ὅτι οὐδεὶς ἄλλος (78), εἰ μὴ ἡ σύνεσις αὐτῶν.

Futuram vero iram dicit, vel quæ a Romanis in obsidione futura erat: vel quæ a Deo in die C judicii: quam, ad pœnitentiam properando, fugiebant. Erumpendo (*m*) igitur ad Pharisæos ac Sadducæos dirigit sermonem (*n*): eos autem spiritu discernens, hæc illis dicebat, qui in Christum crediturі erant, et ita prædictam iram omnino evasuri. Quod si Lucas hæc turbis illum dixisse ait, ad se ut baptizarentur venientibus, nihil inde turberis. Verisimile est enim bis hæc Joannem dixisse: nunc quidem his, nunc vero illis. Admirabatur autem Joannes magnam ipsorum mutationem: quomodo hi qui prophetas occiderant, ipsum quoque non occiderent, sed magis ad pœnitentiam venirent.

Μέλλουσαν δὲ ὀργὴν λέγει, ἢ τὴν ἀπὸ Ῥωμαίων ἐν τῇ πολιορκίᾳ, ἢ τὴν ἀπὸ Θεοῦ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἣν ἔφευγον ἐρχόμενοι εἰς μετάνοιαν. Προηγουμένως, μὲν οὖν πρὸς τοὺς Φαρισαίους καὶ Σαδδουκαίους ἀπέτεινε τὸν λόγον, ὡς δοκοῦντας φρονιμωτέρους· διὰ μέσου δὲ αὐτῶν ἔλεγε ταῦτα πρὸς τοὺς μέλλοντας εἰς Χριστὸν πιστεύειν, οἳ πάντως καὶ τὴν δηλωθεῖσαν ὀργὴν ἔμελλον ἐκφυγεῖν. Εἰ δὲ ὁ Λουκᾶς φησιν, ὅτι ἔλεγε ταῦτα τοῖς ἐκπορευομένοις ὄχλοις βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, μὴ ταραχθῇς. Εἰκὸς γὰρ, δὶς ταῦτα τὸν Ἰωάννην εἰπεῖν, νῦν μὲν τούτοις, νῦν δὲ ἐκείνοις. Ἐκπλήττεται δὲ ὁ Ἰωάννης τὴν ἀθρόαν αὐτῶν μεταβολὴν, πῶς (79), προφητοκτόνοι ὄντες, οὐχ ἁναιροῦσι καὶ αὐτὸν, ἀλλ, ἔρχονται εἰς μετάνοιαν.

Vers. 8. *Facite — pœnitentiæ.* Qui a ergo resipiscitis, scitote, quod non sufficit pravitatem D duntaxat fugere: sed oportet virtutem quoque operari. *Declina,* inquit, *a malo, et fac bonum* [52].

Ποιήσατε — μετανοίας. Ἐπεὶ τοίνυν μετανοεῖτε, γινώσκετε, ὅτι οὐκ ἀρκεῖ μόνον τὸ φυγεῖν τὴν κακίαν, ἀλλὰ χρὴ καὶ ἀρετὴν ἐπιδείξασθαι. Ἔκκλινον γὰρ, φησὶν, ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν.

Vers. 9. *Et ne — Abraham. Ne videamini,* hoc

Καὶ μὴ — Ἀβραάμ. — Μὴ δόξητε, ἀντὶ τοῦ, Μὴ

[51] Luc. III, 7. [52] Psal. XXXIII, 15.

Variæ lectiones et notæ.

(75) Ἦσαν, addit A.
(76) Γάρ, pro δὲ A.
(77) Οἱ, omittit B.
(78) intell. ὑπέδειξεν.
(79) Γάρ, interponit B.

(*m*) Προηγουμένως, non est, *erumpendo,* sed *præcipue, in primis.*

(*n*) Post *sermonem,* ita legendum, *iis qui sapientiores videbantur, per eos autem hæc illis,* etc.

τε. Παραινεῖ δὲ, μὴ λέγειν ἐν ταῖς ἑαυτῶν
ῖς, ὅτι Πατέρα ἔχομεν τὸν Ἀβραάμ, καὶ
ἡμῖν εἰς ἀρετὴν, τὸ ἀπ' ἐκείνου κατάγεσθαι.
ε γὰρ, μέγα φρονοῦντας ἐπὶ ταῖς τῶν προγό-
ετικαῖς, αὐτοὺς ἀμελεῖν οἰκείων κατορθωμάτων.

ω — Ἀβραάμ. Μὴ νομίσητε, φησὶν, ὅτι, ἐὰν
ἀπόλησθε, ὡς ἄκαρποι ἀρετῆς, οὐκέτι ἔξει
ὁ Ἀβραὰμ· δύναται γὰρ ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀψύ-
ούτων λίθων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. Καὶ
αὶ τὸν Ἰσαὰκ ἐκ τῆς ἀψύχου καὶ λιθώδους
ς τῆς Σάρρας ἤγειρεν αὐτῷ. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέ-
ίπειν. Μὴ κομπάζετε ἐπὶ τῷ ἔχειν ῥίζαν γε-
τὸν Ἀβραάμ. Τοῦτο γὰρ οὐχ ὑμέτερόν ἐστι
ἰωμα, ἀλλὰ Θεοῦ δῶρον, ὃς δύναται μὴ μόνον
ὁρώπων, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν φαινομένων τούτων B
ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ, οἷα παντοδύναμος.
ς δέ φασι, τοὺς ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότας αἰνίτ-
τὸν λόγον, οἳ, πεπωρωμένοι καὶ ἀναίσθητοι
τῆς ἀληθείας πρότερον διὰ τῆς πίστεως υἱοθε-
ν ὕστερον. Ἄλλοι δὲ λέγουσι, παραδηλοῦσθαι
ν τῷ καιρῷ τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος, ἀπὸ τοῦ
σθαι τὰς πέτρας, διὰ πίστεως υἱοθετηθέντας.
οὗτοι δὲ κἀκεῖνοι τῷ Ἀβραὰμ υἱοθετήθησαν,
ῷ κατ' αὐτὸν αἰωνίου κλήρου μεταλαχόντες.
ς γὰρ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ εἰσιν οἱ τὰς ἀρετὰς
μιμούμενοι, καὶ τῆς αὐτῆς αὐτῷ καταξιούμε-
ερίδος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, κἂν ἐξ
ιων εἶεν, κἂν ἐξ ἐθνῶν. Με ζων γὰρ ἡ ἐξ ἀρε-
γγένεια τῆς ἐξ αἵματος οἰκειώσεως, ὅσον καὶ
ἡ τιμιωτέρα τοῦ σώματος. C
ς — εἰς πῦρ βάλλεται. [Ἀξίνη (80) μὲν, ἡ
ιλικὴ τομὴ, ἐκτέμνουσα τοὺς ἀκάρπους εἰς
; καὶ πίστιν Ἰουδαίους ἀπὸ τοῦ νόμου, οὐ μὴν
ὖσα. Ῥίζα γὰρ αὐτῶν ὁ νόμος, ᾧ ἀντ' ἐκεί-
πιστεύσαντες ἐγκεντρίζονται· δένδρα δὲ οἱ
λῆται.]
ήσας δὲ (81) αὐτοὺς, ὡς ἀποπεσουμένους τοῦ
; τοῦ Ἀβραάμ, εἰ μὴ προσέχοιεν, ἐπιτείνει
οξον ἔτι. Οὐ μόνον γὰρ, φησὶν, ἀποπεσεῖσθε
σιούτου γένους, ἀλλ', ὡς ἀνίατοι λοιπὸν, ταχέως
πεντες τῆς ἐνταῦθα ζωῆς, καὶ ἐκεῖ τιμωρη-
ῆσε. Ἀξίνην μὲν γὰρ τροπικῶς ὠνόμασε τὸν
ον· δένδρα δὲ, τοὺς ἀνθρώπους· ῥίζαν δὲ αὐτῶν,
ωήν. Πῦρ δὲ εἶπε τὸ τῆς γεέννης.
ες δὲ ῥίζαν μὲν ἡρμήνευσαν, τὸν Ἀβραάμ, D
α δὲ, τούτους τοὺς ἀναβλαστήσαντας ἐξ αὐτοῦ
ίους, ἀξίνην δὲ, τὸν Χριστὸν, ὃς ἔμελλεν ἀπο-
μεῖν αὐτοὺς, μένοντας ἀκάρπους εἰς τὴν πίστιν
Εὐαγγελίου, ἐγκεντρίσαι δὲ τοὺς ἐξ ἐθνῶν.
; οὖν κατασείσας αὐτῶν τὸ φρόνημα, καὶ μα-
τῆς τούτων καρδίας τὸ σκληρὸν, τῷ φόβῳ τῆς
σεως τοῦ γένους Ἀβραάμ, καὶ τῇ ἐκτομῇ, καὶ
ρεῖ, λοιπὸν εἰσάγει τὸν περὶ τοῦ Χριστοῦ λόγον
πολλῆς τῆς ὑπεροχῆς, ἵνα φανέντι προσδρά-
αὐτῷ.

est, Ne velitis, Admonet autem, ne in cordibus suis dicant : *Patrem habemus Abraham :* et sufficit nobis ad virtutem, quod ab illo descendamus. Neque enim ullos oportet, de progenitorum virtutibus gloriari : cum ipsi negligentes sint de propriarum operibus virtutum.

Vers. 9. *Dico — Abrahæ.* Ne putetis, inquit, quod si vos absque fructu virtutum perieritis, nulli reliqui erunt Abrahæ filii. Potest enim Deus de inanimatis his lapidibus suscitare filios ipsi Abrahæ. Etenim ipsum quoque Isaac suscitavit ei, de inanimato ac lapideo Saræ utero. Potest et alio modo dici : Ne gloriemini, quod originem habeatis ipsum Abraham. Neque enim hoc vestrum bonum opus est, sed Dei donum : qui potest, nempe omnipotens, de apparentibus his lapidibus suscitare filios ipsi Abrahæ.

Quidam autem dicunt eos qui e gentibus crediderunt, his verbis insinuari : qui primum ad veritatem obdurati et insensati, postea per fidem in filios adoptati sunt. Alii vero illos designari dicunt, qui tempore Passionis Christi ob petrarum scissionem per fidem in filios adoptati sunt ; et hi autem et illi in Abrahæ filios cooptati sunt, utpote cum ipso æternæ hæreditatis participes. Proprie enim Abrahæ filii sunt, qui virtutes ejus imitantur, ac sorte ipsius in regno cœlorum digni habentur, sive ex Judæis sint, sive ex gentibus. Nam tanto major est virtutis cognatio, quam sanguinis, quanto anima corpore præstantior est.

Vers. 10. *Jam — in ignem mittitur.* †† Securis, evangelica est amputatio, quæ amputat steriles ad virtutes et fidem Judæos a lege, nec tamen prorsus eradicat. Radix enim illorum lex, cui illorum loco inseruntur credentes. Arbores autem sunt Israelitæ.

Cum jam eos terruisset dicens, quod nisi caverent, a genere Abraham exciderent, auget adhuc metum. Non solum, inquit, a tali genere excidetis, verum etiam irremediabili modo, citius a præsenti vita excisi, etiam ibi in futuro pœnam luetis. Securim enim figurative mortem appellavit, arbores autem homines, radices vero vitam ipsorum, ignem etiam dixit ipsius gehennæ.

Quidam vero radicem interpretantur ipsum Abraham, arbores autem Judæos qui ab ipso pullularunt, securim quoque Christum, qui ipsos quidem excisurus erat, fructum ad Evangelii fidem non ferentes : inserturus autem illos, qui e gentibus crederent. Postquam ergo fastum ipsorum terruit, ac cordis eorum duritiem timore cadendi a genere Abraham, excisione ac igne emollivit : deinceps sermonem de Christo cum multa dignitate inducit, ut ipsi apparenti occurrerent.

Variæ lectiones et notæ.

) Inclusa in marg. habet A. Eadem omiserat enius.

(81) Δέ, omittit A.

Vers. 11. *Ego quidem — Spiritu sancto. In pœnitentiam*, hoc est, Propter pœnitentiam, ipsos enim confitentes sive resipiscentes baptizabat, quia eos pœnitebat ; eratque tale baptisma pœnitentiæ demonstratio. Post se autem venturum dicit Jesum, ante quem ipse viam illi præparabat, clamans : *Parate viam Domini*, ut supra narravimus. Dixit quoque Christum se fortiorem, utpote divinitati unitum. Illud vero : *Non sum idoneus calceamenta portare*, excellentem ejus, qui prædicabatur exprimit dignitatem. Tantumdem enim est ac si diceret : Neque inter extremos ipsius servos numerari possum, propter magnitudinem Divinitatis ipsi unitæ ; postremis siquidem servis hujusmodi commissum est obsequium.

Reliqui vero Evangelistæ, *Corrigiam calceamentorum ejus solvere* dixerunt [53] ; ut manifestum sit utrumque dixisse, nunc quidem hoc, nunc vero illud. Dicens autem, *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto*, palam fecit Dominici baptismatis dignitatem. Meum, inquit, baptisma abstinentiam a peccatis operatur ; illius vero, Spiritus sancti participem facit. Matthæus sane, Marcus et Joannes dixerunt : *In Spiritu sancto*[54]. Lucas vero : *In Spiritu sancto et igni*[55] ; unde rursum manifestum fit, et hoc, et illud Baptistam variis dixisse temporibus. Nostris quidam majoribus (*o*) hic sermo demonstrat, Spiritus sancti super apostolos in igneis linguis descensum. Tunc enim in Spiritu sancto et igni baptizati sunt. Postea vero idem operatur constitutum a Christo baptisma. Etenim cuique baptizato advolat Spiritus sanctus non solum ipsum sanctificans, verum etiam invisibiliter animæ ejus sordes consumens. Non sum autem idoneus, hoc est, *Non sum dignus*[56] ; ita enim scripsit Joannes.

Ipse vos baptizabit. Per metaphoram dictionis, gratiæ abundantiam refert Baptista. Et ignis repetitione, gratiæ vehementia ac incomprehensibilitas demonstratur.

Vers. 12. *Cujus — inextinguibili.* Ex his demonstrat, quod judex etiam sit futuri sæculi. Et aream quidem vocat universalem orbis Ecclesiam, ad quam omnes operatores a Domini providentia conducuntur. Ventilabrum autem justum ejus judicium, quod eos sane, qui omni iniquitatis vento agitantur, quasi paleaceos, tradit igni gehennæ inexstinguibili ; illos vero, qui virtutum habent gravitatem, in apothecam cœlestium tabernaculorum colligit.

A Ἐγὼ μὲν — Πνεύματι ἁγίῳ. Εἰς μετάνοιαν, ἀντὶ τοῦ, Διὰ τὴν μετάνοιαν. Ἐξομολογουμένους γὰρ αὐτοὺς, εἶτουν μετανοοῦντας, ἐβάπτιζε, διότι μετενόησαν. Καὶ ἦν τὸ τοιοῦτον βάπτισμα ἀπόδειξις μετανοίας. Ὀπίσω δὲ αὐτοῦ ἐρχόμενον λέγει τὸν Ἰησοῦν, οὗ ἔμπροσθεν αὐτὸς κατεσκεύαζε τὴν ὁδὸν αὐτοῦ βοῶν · Ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, ὡς ἀνωτέρω ἐξηγησάμεθα. Ἰσχυρότερον δὲ αὐτὸν εἴρηκεν, ὡς ἡνωμένον θεότητι. Τὸ δὲ, Οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι, τὴν ὑπερβάλλουσαν (82) ὑπεροχὴν τοῦ κηρυσσομένου παρίστησι. Λέγει γὰρ, ὅτι Οὐδὲ εἰς τοὺς ἐσχάτους αὐτοῦ δούλους ταχθῆναι δύναμαι, διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἡνωπένης αὐτῷ θεότητος · τοῖς γὰρ ἐσχάτοις οἰκέταις ἐπιτέτραπται ἡ τοιαύτη ὑπηρεσία.

B Οἱ δὲ λοιποὶ εὐαγγελισταὶ λῦσαι τὸν ἱμάντα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῦ εἶπον, ὡς εἶναι δῆλον, ὅτι καὶ ἀμφότερα ὁ Ἰωάννης εἶπε, νῦν μὲν τοῦτο, νῦν δὲ ἐκεῖνο. Εἰπὼν δὲ, ὅτι Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, ἐδήλωσε καὶ τὴν τοῦ Δεσποτικοῦ βαπτίσματος ὑπεροχὴν, Τὸ μὲν ἐμὸν, φησὶ, βάπτισμα ἀποχὴν ἁμαρτιῶν ἐνεργεῖ, τὸ δὲ τούτου μετοχὴν Πνεύματος ἁγίου παρέχει. Ματθαῖος μὲν οὖν, καὶ Μάρκος, καὶ Ἰωάννης εἶπον, ὅτι Ἐν Πνεύματι ἁγίῳ · Λουκᾶς δὲ, ὅτι Ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί · καὶ δῆλον πάλιν, ὅτι καὶ τοῦτο κἀκεῖνο εἴρηκεν ὁ Βαπτιστὴς, ἐν διαφόροις καιροῖς. Ἐμφαίνει δὲ ὁ λόγος προηγουμένως μὲν τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν, ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους κάθοδον · τηνικαῦτα γὰρ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ C ἐβαπτίσθησαν · ἔπειτα δὲ καὶ τὸ νομοθετηθὲν ὑπὸ Χριστοῦ βάπτισμα. Καὶ γὰρ ἐφίπταται παντὶ βαπτιζομένῳ Πνεῦμα ἅγιον, οὐ μόνον ἁγιάζον, ἀλλὰ καὶ ὡς πῦρ ἀοράτως (83) ἀναλίσκον τὸν ῥύπον τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. Οὐκ εἰμὶ δὲ ἱκανὸς, ἀντὶ τοῦ, Οὐκ εἰμὶ ἄξιος · οὕτω γὰρ ἔγραψεν ὁ Ἰωάννης.

[Αὐτὸς (84) ὑμᾶς βαπτίσει · τῇ μεταφορᾷ τῆς λέξεως τὸ δαψιλὲς τῆς χάριτος ἐμφαίνει ὁ Βαπτιστὴς, καὶ τῇ ἐπεξηγήσει τοῦ πυρὸς πάλιν τὸ σφοδρὸν καὶ ἀκάθεκτον τῆς χάριτος ἐνδείκνυται.

Οὗ — ἀσβέστῳ. Ἐκ τούτων παριστᾷ, ὅτι καὶ κριτὴς ἐστιν οὗτος (85) τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Καὶ ἅλωνα μὲν ὀνομάζει τὴν πάνδημον Ἐκκλησίαν τῆς οἰκουμένης, εἰς ἣν πάντες οἱ γεωργηθέντες ὑπὸ τῆς Δεσποτικῆς ἐπιμελείας συνάγονται · πτύον δὲ, τὴν δικαίαν αὐτοῦ κρίσιν, ἥτις τοὺς μὲν παντὶ ἀνέμῳ D τῆς ἁμαρτίας ῥιπιζομένους, ὡς ἀχυρώδεις, ἐκδίδωσι πυρὶ ἀσβέστῳ τῆς γεέννης τοὺς δὲ βάρος ἔχοντας (86) ἀρετῆς συλλέγει εἰς τὴν ἀποθήκην τῶν οὐρανίων σκηνῶν.

[53] Marc. I, 7 ; Luc. III, 16 ; Joan. I, 27. [54] Marc. I, 8 ; Joan. I, 33. [55] Luc. III, 16. [56] Joan. I, 27.

Variæ lectiones et notæ

(82) Ἀρχὴν, pro ὑπεροχήν. A.
(83) Ἀοράτως, omittit A.
(84) Inclusa in margine habet A ; omittit B.
(85) Οὗτος, abest A.
(86) Τῆς, addit B.

(*a*) *Vestris quidem majoribus.* Redde, *Potissimum autem.*

(*p*) *Operatores.* Ὑπὸ ad γεωργ. non ad συναγ. refertur. Ad quam omnes (homines) Domini cura (tanquam agri, segetes aut fructus) culti. Ita Corinthii appellantur I Cor. III, 9, Θεοῦ γεώργιον.

Νῦν μὲν γὰρ, ὡς ἐν ἄλωνι, ἀναμιξ ὁ σῖτος καὶ τὸ ἄχυρον· τότε δὲ, πολλὴ ἔσται (87) ἡ διάκρισις, ὅτε μέλλει ὁ σῖτος εἰς τὴν ἀποθήκην συγκομισθῆναι. Ἐν τῇ χειρὶ δὲ αὐτοῦ εἶπε, διὰ τὸ εἶναι πρόχειρον καὶ ἕτοιμον εἰς τὸ διακρῖναι. Ὅρα δὲ, ὅτι μετὰ τὸ βαπτίζειν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ, διακαθαίρει τὴν ἄλωνα, ἵνα μὴ μετὰ τὸ βάπτισμα ῥαθυμήσῃς.

A Nunc siquidem in area mista sunt triticum et palea ; tunc autem omnino discernentur, quando frumentum in apothecam deferendum est. In manu autem sua dixit, eo quod promptus ac paratus est ad dijudicandum. Vide autem quod postquam baptizaverit in Spiritu sancto, expurgat adhuc aream suam, ne suscepto baptismo torpeas.

Τότε — ὑπ' αὐτοῦ. Μετὰ τῶν δούλων ὁ Δεσπότης· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν, ἵνα μετανοήσωσι, (88) παρεγίνοντο· οὗτος δὲ, ἵνα ἀναδειχθῇ τῷ λαῷ. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Ἰωάννης εἶπεν, ὅτι Ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραήλ.

Vers. 13. *Tunc — ab eo.* Cum servis venit Dominus : sed illi quidem, ut pœnitentiæ actus demonstrarent (*d*) accesserunt, ipsi vero ut populo manifestaretur. Ita enim dixit Joannes, quod (*r*) *ut manifestaretur Israeli* [87].

Ὁ δὲ Ἰωάννης — πρός με. Ἔγνω τίς ἦν, ὑπὸ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτῷ θείου Πνεύματος. Φησὶ γὰρ ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, ὅτι Βλέπει ὁ Ἰωάννης τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει· Ἴδε ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ τὰ ἑξῆς. Νῦν δὲ διεκώλυεν αὐτὸν, λέγων· Ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι. Ἐγώ, ὁ ὑπεύθυνος ἁμαρτίαις, ὑπὸ τοῦ ἀναμαρτήτου, ὁ βαπτίζων ἐν ψιλῷ ὕδατι, ὑπὸ τοῦ βαπτίζοντος ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ, ὁ δοῦλος, ὑπὸ τοῦ Δεσπότου, ὁ ἄνθρωπος, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· καὶ σὺ λοιπὸν ἀνάπαλιν ἔρχῃ πρός με. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι κατ' ἐρώτησιν ἀναγινώσκουσι τὸ, καὶ Σὺ ἔρχῃ πρός με ; ὁ Θεολόγος δὲ Γρηγόριος κατὰ ἀπόφασιν, ὡς προφητεύσαντος, ὅτι Ἀκολουθήσεις μοι ἀναιρουμένῳ, τουτέστιν (89) ἀναιρεθήσῃ καὶ σύ.

B Vers. 14. *Joannes autem — ad me.* Cognovit quis esset per inhabitantem in se Spiritum sanctum. Ait enim Joannes evangelista : *Videt Joannes Jesum venientem ad se, et ait : Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi* [88], etc. Nunc vero prohibebat ipsum dicens : *Mihi opus est ut abs te baptizer.* Ergo peccatis obnoxius, ab eo qui peccare non potest ; in nuda aqua baptizans, ab eo qui baptizat in Spiritu sancto et igni ; servus a Domino ; homo a Deo, et tu tamen e diverso venis ad me ? Alii enim per interrogationem legunt verba illa : *Tu venis ad me ?* Theologus autem Gregorius per affirmationem quasi prophetantis ac dicentis : *Sequeris me qui occidar*, hoc est, occideris et tu.

Ἀποκριθεὶς — ἄρτι. Παραχώρησον τόγε νῦν ἔχον, μὴ (90) προβαλλόμενος εἰς παραίτησιν τὰ τῆς ἐμῆς ἁμαρτησίας καὶ θεότητος. Νῦν γὰρ οὐκ ἔστι τούτων καιρός· ἀλλ' οἰκονομικῶς ὑπὸ σοῦ βαπτίζομαι. Ὥσπερ γὰρ διὰ τοὺς ἀνθρώπους γέγονα ἄνθρωπος, ἵνα ὡς ἄνθρωπος καταβαλῶ τὸν καταβαλόντα αὐτοὺς διάβολον· οὕτω δί αὐτοὺς, ὡς αὐτοὶ, βαπτίζομαι, ἵνα ἐκθάψω τοῖς ὕδασι τὸν ῥύπον τῶν μελλόντων ἀναγεννηθῆναι δι' ὕδατος καὶ Πνεύματος. Ἅμα δὲ καὶ ἕτερόν τι οἰκονομῶ, τὸ ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος ἀναδειχθῆναί με τῷ λαῷ.

Vers. 15. *Respondens — modo.* Desine modo impeccabilitatis ac divinitatis meæ velamenta obtendere ; neque enim sunt hæc præsentis temporis, sed dispensatorio modo a te baptizor. Quemadmodum enim propter homines homo factus sum, ut tanquam homo fallam (*s*) diabolum ipsos decipientem ; ita propter ipsos, sicut ipsi baptizor, ut in aquis eorum sordes sepeliam, qui regenerandi sunt per aquam et spiritum. Simul autem et hoc dispensatorie ago, ut videlicet per baptismum populo demonstrer.

C

Οὕτω — δικαιοσύνην. Οὕτως ἁρμόζει μοι, πληρῶσαι πᾶσαν ἐντολὴν Θεοῦ. Δικαιοσύνην γὰρ νῦν, τὴν (91) ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ λέγει· Πάσας τὰς ἐντολάς, φησὶν, ἐξεπλήρωσα, ὅσας ὁ νόμος ἐκέλευσεν· αὐτὴ δὲ μόνη ὑπελείφθη, ἡ περὶ τοῦ βαπτισθῆναι· λοιπὸν οὖν Οὕτω πρέπει μοι πληρῶσαι πᾶσαν ἐντολὴν, ἤγουν, (92) διὰ τοῦ βαπτισθῆναι ἵνα, ἐπεὶ ὁ παλαιὸς Ἀδὰμ τὴν μίαν ἐντολὴν οὐκ ἐπλήρωσεν, ἐγὼ λοιπόν,

Vers. 15. *Sic — justitiam.* Sic congruit ut compleam omne Dei præceptum : hic enim justitiam præceptum Dei appellat. Omnia, inquit, quæ jussit lex complevi præcepta. Solum nempe id reliquum est, ut baptizer. *Sic itaque decet, ut compleam omnem justitiam*, videlicet per baptismum, ut quia vetus Adam unicum non complevit præceptum, ego novus Adam pro ipso omnia adimpleam, illius-

D

[87] Joan. I, 31. [88] Ibid. 29.

Variæ lectiones et notæ.

(87) Ἔστιν ἡ. B.

(88) Παρεγένοντο, A.

(89) Pro ακολουθεῖς et ἀναιρῇ, quod repereram, dedi, ἀκολουθήσεις ἀναιρεθήσῃ.

(90) Particulam negativam μή, quam sensus postulabat, addidi.

(*q*) *Pœnit. act. demonstrarent.* Ut resipiscerent, ut aliam mentem induerent.

(*r*) Οτι in versione omittendum erat, non reddendum *quod*.

(91) Chrysostom. t. VII. p. 140. B. Τὴν ἐκπλήρωσιν τῶ ἐντολῶν.

(92) *In his offendo.* Particula ἤγουν enim similia jungit. Dissimilia autem πληρῶσαι et διὰ τοῦ βαπτισθῆναι. Conjicio igitur, levi mutatione, διὰ σοῦ βαπτισθῆναι.

(*s*) Καταβάλλειν non recte redditum est *fallere, decipere*, quanquam prius ferri possit. Καταβάλλειν est hostem de statu dejicere, vincere. Ergo *ut opprimam — qui oppressit.*

que posteritatem perficiam, et a condemnatione quam ille a se descendentibus distribuit, illos liberem, qui me imitabuntur. Præceptum autem erat Dei, et baptismus Joannis. Ait enim : *Qui misit me ad baptizandum in aqua* [59], etc.

Vers. 16. *Tunc — aqua.* Dicunt aliqui, quod unumquemque baptizatorum is qui baptizabat in aquam ad collum usque immissum detinebat, quousque peccata sua confessus esset, et post confessionem (*t*) ascendebat de aqua. Christus autem cum peccatum non haberet, non est detentus in aqua : et ob hanc causam aiunt evangelistam dicere, quod statim ascendit de aqua.

Vers. 16. *Et ecce — complacitum est.* Veteris Adam inobedientia paradisum nobis clausit, novi autem obedientia cœlum nobis aperuit. Majorem enim bonorum fruitionem nobis acquisivit, quam fuerit perditio. Et vide quo pacto Christus populo demonstratus est : clare videlicet ac manifeste. Postquam enim Joannes de ipso turbis prædixerat, ac sensim ad hujus dicta animum advertebant, ut viderunt etiam ipsum quasi unum de populo baptizari, offendiculum passi sunt. Et idcirco cœli quidem aperiuntur, ostendentes, quod ab ipsis descenderit columba, ut super eum vocem derivaret, ne ipsam de Joanne testificari putarent. Et ita Pater testimonium dedit Filio ; Spiritus sanctus vero super eum descendit, quasi digito demonstrans hunc esse, de quo ferretur testimonium. In specie autem columbæ. Hoc enim animal in multis Spiritum sanctum imitatur. Siquidem homini amicum est, nec facile irritatur ad iram, pullis quoque privatum patienter sustinet, neque minus ad eos qui se privaverunt, accedit ; mundissimum etiam est, et bono gaudet odore.

Hujus quoque columbæ figura erat illa, quæ Noe finem diluvii nuntiavit. Quemadmodum enim tunc erat diluvium ab aqua, ita et nunc a peccato : et sicut illa denuntiavit cessationem illius diluvii, ita et ista hujus præsentis. Aperti sunt autem cœli, et super baptizatum descendit Spiritus sanctus, ut discamus super omnem hominem baptizatum cœlos aperiri, vocantes ipsum ad supernam habitationem. Ad eum quoque accedit Spiritus sanctus. Quodsi hæc sensibilibus oculis non videmus, ne diffidas. Signa namque fidelibus non dantur, sed infidelibus ; nobis autem signorum loco sufficit fides.

[59] Joan. I, 33.

A ὁ νέος Ἀδὰμ, ἀντ' αὐτοῦ πληρώσω πάσας, καὶ ἀναπληρώσω τὸ ἐκείνου ὑστέρημα· καὶ ἧς ἐκεῖνος πάλαι καταδίκης τοῖς ἐξ αὐτοῦ μετέδωκε, ταύτης ἐγὼ νῦν ἀπαλλάξω τοὺς ἐξ ἐμοῦ. Ἐντολὴ δὲ ἦν Θεοῦ, καὶ τὸ Ἰωάννου βάπτισμα· εἴρηκε γὰρ αὐτος, ὅτι Ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπε, καὶ τὰ ἑξῆς.

Τότε — ὕδατος. Φασί τινες, ὅτι ἕκαστον τῶν βαπτιζομένων, χαλῶν ὁ βαπτιστὴς ἄχρι τραχήλου, κατεῖχεν αὐτὸν, ἕως ἂν (93) ἐξωμολογήσατο τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ, καὶ τότε ἀφιθεὶ, ἀνέδυεν ἀπὸ τοῦ ὕδατος· ὁ δὲ Χριστὸς, μὴ ἔχων ἁμαρτίαν, οὐκ ἐνεβράδυνε (94) τῷ ὕδατι, καὶ τούτου χάριν (95) εἰπεῖν τὸν εὐαγγελιστὴν, ὅτι εὐθὺς ἀνέβη ἀπὸ τοῦ ὕδατος.

B Καὶ ἰδοὺ — εὐδόκησα. Ἡ μὲν παρακοὴ τοῦ πάλαι Ἀδὰμ ἀπέκλεισεν ἡμῖν τὸν παράδεισον, ἡ δ' ὑπακοὴ τοῦ νέου, ἠνοιξε τοὺς οὐρανούς, περιποιησαμένου ἡμῖν ἀπόλαυσιν μείζονα τῆς ἀπωλυίας. Ὅρα δὲ, πῶς ὁ Χριστὸς ἀναδείκνυται τῷ λαῷ λαμπρῶς τε καί μεγαλοπρεπῶς. Ἐπεὶ γὰρ ὁ Ἰωάννης προεῖπε περὶ αὐτοῦ τοῖς ὄχλοις, καὶ ἠρέμα τοῦτῳ προσεῖχον, ὡς εἶδον καὶ αὐτὸν βαπτιζόμενον, ὡς ἕνα τῶν πολλῶν, ἐσκανδαλίσθησαν. Καὶ λοιπὸν ἀνοίγοντσι μὲν οἱ οὐρανοὶ, δεικνύοντες, ὅτι ἐξ αὐτῶν κατῆλθε καὶ ἡ περιστερὰ, καὶ ἡ φωνή. Κάτεισι δὲ ἡ μὲν φωνὴ, ἵνα μάθωσιν οἱ παρόντες, τίς ἐστιν ὁ βαπτιζόμενος· ἡ δὲ περιστερὰ, ἵνα ἑλκύσῃ τὴν φωνὴν ἐπ' αὐτὸν, καὶ μὴ νομίσωσιν, ὅτι περὶ Ἰωάννου μαρτυρεῖ ἡ φωνὴ. Καὶ ὁ μὲν Πατὴρ ἄνωθεν ἐμαρτύρησε περὶ τοῦ Υἱοῦ· τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατέβη ἐπ' αὐτὸν, ἀντὶ δακτύλου C δεικνύον, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ μαρτυρούμενος. Ἐν εἴδει δὲ περιστερᾶς, διότι τοῦτο τὸ ζῶον ἐκ φύσεως μιμήματα ἔχει τοῦ ἁγίου Πνεύματος, Φιλάνθρωπον γὰρ ἐστι καὶ ἀνεξίκακον. Ἀποστερούμενον γὰρ τῶν νεοσσῶν ὑπομένει, καὶ οὐδὲν ἧττον τοὺς ἀποστεροῦντας προσίεται. Καὶ καθαρώτατόν ἐστι, καὶ τῇ εὐωδίᾳ χαίρει.

Ἅμα δὲ ταύτης τῆς περιστερᾶς τύπος ἦν ἐκείνη, ἡ τῷ Νῶε τοῦ κατακλυσμοῦ τὴν λύσιν εὐαγγελισαμένη. Ὥσπερ γὰρ τότε κατακλυσμὸς ἦν ἐξ ὕδατος, οὕτω καὶ νῦν ἐξ ἁμαρτίας. Καὶ ὥσπερ ἐκείνη εὐηγγελίσατο τὴν κόπασιν ἐκείνου τοῦ κατακλυσμοῦ, οὕτω καὶ αὕτη τοῦ παρόντος. Ἠνεῴχθησαν δὲ οἱ οὐρανοὶ, καὶ κατῆλθεν ἐπὶ τὸν βαπτιζόμενον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα μάθωμεν ὅτι ἐπὶ παντὸς ἀνθρώπου D βαπτιζομένου ἀνοίγονται μὲν οἱ οὐρανοὶ, καλοῦντες αὐτὸν εἰς τὴν ἄνω κατοικίαν· ἐπιφοιτᾷ δὲ τούτῳ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Εἰ δὲ μὴ τοῖς αἰσθητοῖς ταῦτα βλέπομεν ὀφθαλμοῖς, μὴ ἀπιστήσῃς. Τὰ σημεῖα γὰρ οὐ τοῖς πιστεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀπίστοις· ἡμῖν δὲ ἀρκεῖ ἡ πίστις, ἀντὶ σημείων.

Variæ lectiones et notæ.

(93) Conjici possit ἐξομολογήσαιτο, etsi non ignoro, memorari exempla particulæ ἄν cum indicativo.

(94) Ἐβράδυνε A.

(95) Ἀπὸ κοινοῦ τὸ φασίν.

(*t*) Ἀφιθείς non est, *post confessionem*, sed, *et tunc missus, dimissus*.

Σὺ δὲ προσεπιθεώρησον, ὅτι, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Πάσχα ἐν μιᾷ τραπέζῃ πεπλήρωκε μὲν καὶ ἔπαυσε τὸ Ἰουδαϊκὸν Πάσχα, ἀρχὴν δὲ τῷ οἰκείῳ δέδωκεν· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος, ἐν ἑνὶ ποταμῷ καὶ ἅμφω πεποίηκεν. Ἡ τε γὰρ ἄνοιξις τῶν οὐρανῶν, καὶ ἡ ἐπιφοίτησις τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τοῦ Χριστιανικοῦ βαπτίσματος ἦσαν προχαράγματα. Τί δέ ἐστι τὸ, Ἐν ᾧ εὐδόκησα; Ἀντὶ τοῦ, ᾧ ἐπαναπαύομαι· ἢ ἐπειδὴ, γεννηθέντος αὐτοῦ, οἱ ἄγγελοι ὕμνουν λέγοντες· Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία· Εὐδοκία δέ ἐστιν, ἡ ἀγαθὴ θέλησις· ἀγαθὴ δὲ θέλησις ἦν, τὸ σωθῆναι τοὺς ἀνθρώπους· νῦν εἶπεν, ὅτι Οὗτός ἐστιν, ἐν ᾧ τὰ ἀγαθὰ ἠθέλησα, τουτέστι, δι' οὗ ἡ σωτηρία τῶν ἀνθρώπων. A

Simul etiam attende : quod sicut in Paschate sive Cœna mystica (*u*), in una mensa Judaicum pascha adimplevit ac finivit, et suo dedit initium : ita quoque in baptismate, in eodem flumine fecit utrumque. Cœlorum enim apertio, et Spiritus sancti descensio, Christiani baptismatis dona erant. Quid est autem. *In quo mihi complacitum est ?* Hoc est in quo oblector. Vel, quia nato ipso laudes cecinerunt angeli, dicentes : *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax, in hominibus beneplacitum* [60], id est, bona voluntas. Bona autem voluntas erat ut homines salvarentur ideo nunc dicit : Hic est, in quo hominibus bona volui, hoc est, per quem est hominum salus.

Τότε — ὑπὸ τοῦ διαβόλου. Ἐπειδὴ, ὡς ἄνθρωπος, πάντα πρὸς διδασκαλίαν τῶν ἀνθρώπων καὶ ἔπραττε καὶ ὑπέμενεν, ἐκδίδωσιν ἑαυτὸν μετὰ τὸ βάπτισμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἄγεται, πρὸς ὃ ἂν ἐκεῖνο κελεύῃ, καὶ ἀνάγεται εἰς τὴν ἔρημον, ἐπὶ τῷ πολεμηθῆναι ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ἵνα καὶ σὺ μετὰ τὸ βάπτισμα μηκέτι σεαυτὸν ἄγῃς, ἀλλὰ ἄγῃ μᾶλλον ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, καὶ ἵνα, μετὰ τὸ βάπτισμα περιπίπτων πειρασμοῖς, μὴ ταράττῃ. Διὰ τοῦτο γὰρ ὡπλίσθης, ἵνα πολεμῇς. Ὅθεν οὐδὲ κωλύει τοὺς πειρασμοὺς ἐπιόντας ὁ Θεός. Πρῶτον μὲν, ἵνα γνῷς τὴν δύναμιν τῆς περιτεθείσης σοι πανοπλίας· ἔπειτα, ἵνα μάθῃς πολεμεῖν· εἶτα, ἵνα γένῃ δόκιμος· εἶθ οὕτως, ἵνα μὴ ὑψηλοφρονῇς· ἐπὶ δὲ τούτοις, ἵνα εἰδῇς, ὅτι μέγαν ἐνεπιστεύθης θησαυρόν. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, οὐκ ἂν προσέβαλε μάτην ὁ ἐχθρός. Ἔνθα γὰρ εἶδη πλοῦτον, ἐκεῖ παρατάττεται. B C

Cap. IV, v. 1. *Tunc — a diabolo.* Postquam tanquam homo omnia ad hominum doctrinam et fecit et tulit, semetipsum post baptismum Spiritui sancto tradit, ut ab eo ducatur, quocunque ille jusserit. Ducitur autem in desertum, ut a diabolo oppugnetur, ut et tu post baptismum nequaquam tui ipsius ductor sis, sed ducaris potius a Spiritu et post baptismum in tentationes incidens non turberis. Ad hoc enim armatus es, ut prælieris. Et hinc est, quod accedentes tentationes Deus non prohibet. Primum quidem, ut virtutem armaturæ, qua indutus es agnoscas. Deinde ut bellare discas. Ad hæc ut probatus fias. Præterea ut hoc modo non extollaris. Demum ut scias magnum tibi concreditum esse thesaurum. Nisi enim ita fuisset, nequaquam frustra tecum confligeret inimicus. Nam ubi divitias videt, ibi aciem ex adverso instruit.

Ἀνήχθη δὲ εἰς ἔρημον ἄβατον· ὁ δηλῶν ὁ Μάρκος, εἴρηκεν, ὅτι καὶ ἦν ἐκεῖ μετὰ τῶν θηρίων, ἔνθα καὶ μᾶλλον ὁ πόλεμος. Τότε γὰρ ἐπιτίθεται μᾶλλον ὁ διάβολος, ὅταν ἴδῃ μεμονωμένον τὸν ἄνθρωπον, καὶ παρακλήσεως πάσης ἐστερημένον.

Ductus est autem in desertum inaccessum ; quod manifestans Marcus [61], dicit etiam fuisse ibi cum bestiis, unde majus quoque bellum demonstratur. Tunc enim magis irruit diabolus, cum hominem magis viderit solitarium, omnique privatum consolatione.

Καὶ — ἐπείνασεν. Ἐνήστευσε πρῶτον, διδάσκων, ὅτι μέγα προπύργιον ἡ νηστεία τοῖς ἀνταγωνιζομένοις τῷ δαίμονι. Οὐχ ὑπερέβη δὲ τὸ μέτρον, ὃ ἐνήστευσε πρὸ αὐτοῦ Ἠλίας, καὶ πρὸ ἐκείνου Μωϋσῆς, ἵνα μὴ ὑπερελάσας τὴν δύναμιν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ἀπιστηθῇ, ὅτι ἄνθρωπός ἐστιν. Ὅθεν ὕστερον ἐπείνασε, βεβαιῶν, ὅτι ἄνθρωπός ἐστιν. Ἴδιον γὰρ ἀνθρώπου τὸ ἐκ νηστείας πεινᾷν. Περιττὸν δὲ δοκεῖ τὸ περὶ τῶν νυκτῶν· οἶμαι δὲ διὰ τὰς νηστείας τῶν Ἑβραίων τοῦτο προστεθῆναι, οἳ τὰς ἡμέρας νηστεύοντες, ἐν ταῖς νυξὶν ἐσθίουσιν. Ὁ δὲ Μάρκος καὶ ὁ Λουκᾶς παρῆκαν τὰς νύκτας ὡς νοουμένας. D

Vers. 2 *Et — esuriit.* Primum jejunavit, innuens quod magnum propugnaculum sit jejunium, his qui dæmoni repugnant. Non excessit autem mensuram, quam ante ipsum attigerat Elias, et ante illum Moses : ne virtutem humanæ naturæ supergrediens, incredibile faceret se hominem esse ; et hinc est, quod *postea esuriit*, hominem se esse confirmans. Siquidem homini proprium est ex jejunio esurire. Superflue autem addi videtur de *noctibus*. Puto tamen propter Hebræorum jejunia additum esse, qui diebus jejunantes, noctibus edebant. Marcus tamen et Lucas, noctes tanquam subintellectas præterierunt.

Καὶ — γίνωνται. Ὁ δὲ Μκάρος καὶ ὁ Λουκᾶς εἶπον, ὅτι καὶ ἐν ταῖς τεσσαράκοντα ἡμέραις ἦν

Vers. 3. *Et — fiant.* Marcus autem et Lucas dixerunt, quod etiam in quadraginta diebus tentaba

[60] Luc. II, 14. [61] Marc. I, 13.

Variæ lectiones et notæ.

(u) *Sive cœna mystica.* Hæc de suo videtur addidisse. In meis non est ἤτοι τοῦ μυστικοῦ δείπνου.

tur [62], ut manifestum sit, quod in illis quidem ipsum e longinquo tentabat : nempe per somnum, per tristitiam, per ignaviam, et similia. Postquam autem ipsum esurire cognovit, jam prope ac manifeste appetivit: idque per vitium fami conveniens putagulam. Considera vero quid faciat. Audierat et a Joanne, et per vocem cœlitus delapsam, hunc esse Dei Filium ; ignorans ergo quod Dei Filius carnem assumpsisset, siquidem latuit eum arcanum incarnationis mysterium, suspicatus est hominem quidem esse, a Deo tamen ob virtutes ipsius adoptatum. Itaque ei jam tantum invidit honorem, sicut et veteri Adam : nisusque est hunc, velut illum ab ipso dejicere.

A πειραζόμενος, ὡς εἶναι δῆλον, ὅτι ἐν ἐκείναις μὲν πόρρωθεν αὐτὸν ἐπείραζε δι' ὕπνου, δι' ἀκηδίας, διὰ δειλίας καὶ τῶν τοιούτων · ἐπεὶ δὲ ἔγνω τοῦτον πεινάσαντα, λοιπὸν προσῆλθεν ἐγγύς, καὶ φανερῶς (96) αὐτῷ προσβάλλει διὰ τοῦ ἐπιτηδείου τῇ πεινῇ πάθους, λέγω δὴ, τῆς γαστριμαργίας. Καὶ σκόπει, τί ποιεῖ. Ἤκουσε καὶ παρὰ τοῦ Ἰωάνου, καὶ παρὰ τῆς κατενεχθείσης ἄνωθεν φωνῆς, ὅτι οὗτος Υἱός ἐστι τοῦ Θεοῦ καὶ ἀγνοῶν ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐνηνθρώπησεν · ἔλαθε γὰρ αὐτὸν ἡ ἀπόῤῥητος αὐτοῦ ἐνανθρώπησις · ὑπέλαβεν ὅτι, ἄνθρωπος ὤν, υἱοθετῆθη τῷ Θεῷ διὰ τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ, καὶ λοιπὸν ἐφθόνησεν αὐτῷ τῆς τηλικαύτης τιμῆς, ὥσπερ καὶ τῷ παλαιῷ Ἀδάμ, καὶ ἔσπευσεν ἐκβαλεῖν καὶ τοῦτον ταύτης, ὡς ἐκεῖνον ἐκείνης.

Et idcirco propius accedens, primam producit tentationem, nempe gulositatem, per quam cepit et primum Adam. Quia ergo nullus aderat cibus, eo quod desertus nimis esset locus, sciebat autem fami convenientem esse panem ipse, quidem non affert, eo quod ab adversario Christus sumpturus non erat, sed jubet ut de lapidibus panes efficiat. Et ne Christus insidias agnosceret, observa technas ejus ac malitiæ magnitudinem. Non dixit simpliciter : Facito, ut isti lapides panes fiant, sed præmisit : *Si Filius Dei es*, ut appareat quod ut demonstretur, an Filius Dei sit, petit (*v*) lapidum in panes fieri transformationem. Putat enim hujusmodi verbis pungendum, tanquam rubore suffundatur, si Filius Dei non esse credatur, ut ignorato dolo, lapides in panes transformet, accepta certe (*x*) a Deo potestate ; ac postmodum videns jam ipsos, magna attractus esurie, dejiciatur. Sed non latuit illum, qui sapientes comprehendit in astutia sua [63].

B Διὸ καὶ προσελθὼν ἐγγὺς, πρώτην προσαγει πεῖραν, τὴν γαστριμαργίαν, δι' ἧς εἶλε καὶ τὸν πρῶτον Ἀδάμ · καὶ ἐπεὶ οὐδαμοῦ βρῶσις ἦν, διὰ τὴν ἄγαν ἐρημίαν, ἐγίνωσκε δὲ τῇ πείνῃ τὸν ἄρτον εἶναι κατάλληλον, αὐτὸς μὲν οὐ προσφέρει, διότι οὐκ ἔμελλεν αὐτὸν παρὰ τοῦ πολεμίου λαβεῖν ὁ Χριστὸς, ἐπιτάττει δὲ αὐτῷ, ποιῆσαι τοὺς ὑποδεικνυμένους λίθους, ἄρτους · καὶ ἵνα μὴ νοήσῃ τὴν ἐπιβουλὴν ὁ Χριστὸς, ὅρα μηχανὴν καὶ πονηρίας ὑπερβολήν · οὐκ εἶπεν ἁπλῶς ὅτι, Ποίησον τοὺς λίθους ἄρτους, ἀλλὰ προέταξε τό · Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, ἵνα δόξῃ, ὅτι πρὸς ἀπόδειξιν τοῦ εἶναι αὐτὸν Υἱὸν Θεοῦ ζητεῖ γενέσθαι τὴν μεταποίησιν τῶν λίθων εἰς ἄρτους. Ὅρα γὰρ, ὅτι παρακινισθήσεται τῷ λόγῳ, καθάπερ ὀνειδισθεὶς ἐπὶ τῷ μὴ εἶναι Υἱὸς Θεοῦ, καὶ ἀγνοῶν C τὸν δόλον, μεταβαλεῖ τοὺς λίθους εἰς ἄρτους, ὡς ἔχων ἐκ Θεοῦ δύναμιν, καὶ λοιπὸν, ἰδὼν αὐτοὺς, πάνυ πεινῶν ἡττηθήσεται τῆς γαστρός · ἀλλ' οὐκ ἔλαθε τὸν δρασσόμενον τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν.

Vers. 4. *Qui — Dei.* Intellecta illius astutia, signum non edidit requisitum. Nam signa ad commodum intuentium fieri consueverunt : diabolus autem nullam inde relaturus erat utilitatem. Etenim neque visis postmodum omnibus quæ fecit Christus, in aliquo mutatus est. Sed ad occultam ipsius respondet cogitationem, et ex libri Deuteronomii [64] Scriptura ei silentium imponit. Ac si diceret : Ad quid mihi opus est panes ex lapidibus facere, propter famem quæ me urget. Ut illis visis alliciar esca? Atqui non solo pane hominum vita servari potest. sed et alio præterea cibi genere. Omne siquidem D verbum ab ore Dei egrediens ad eum qui famè premitur, loco cibi vitam ejus sustinet, et sufficit ei. Ita sane gastrimargiæ dolum longanimitate ac tolerantia repulit. Observandum (*z*) vero Matthæum

Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς — Θεοῦ. Συνεὶς τὴν πανουργίαν αὐτοῦ, τὸ μὲν ἐπιζητηθὲν σημεῖον οὐκ ἐποίησε · διότι τὰ σημεῖα δι' ὠφέλειαν τῶν ὁρώντων εἴωθε γίνεσθαι, ὁ δὲ διάβολος; οὐδὲν ἔμελλεν ἐντεῦθεν ὠφεληθῆναι · καὶ γὰρ ὕστερον, ἰδὼν πάντα, ὅσα ἐποίησεν ὁ Χριστὸς, οὐδὲν μετεβλήθη · πρὸς δὲ τὸν κεκρυμμένον αὐτοῦ σκοπὸν ἀπολογεῖται, καὶ ἀπὸ τῆς ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ Δευτερονομίου Γραφῆς ἐπιστομίζει αὐτὸν, ὡσανεὶ λέγων · Τί μοι ποιεῖν ἄρτους ἐκ λίθων ἐπιτάττεις ; Πάντως διὰ τὴν συνέχουσάν με πεῖναν, ἵνα φανέντων δελεασθῶ ; Ἀλλ' οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἔστι καὶ ἕτερος τρόπος τροφῆς. Καὶ γὰρ πᾶν ῥῆμα, ἐκπορευόμενον διὰ στόματος Θεοῦ ἐπὶ τὸν πεινῶντα, δίκην τροφῆς συνέχει τὴν ζωὴν αὐτοῦ, καὶ ἀρκεῖ αὐτῷ. Οὕτω μακροθύμως ἀπεκρούσατο τὴν μηχανὴν τῆς γαστρι-

[62] Marc. I, 13 ; Luc. VI, 2. [63] Job. V, 13 ; I Cor. III, 19. [64] Deut. VIII, 3.

Variæ lectiones et notæ.

(96) Τούτῳ A.

(*v*) Ut videatur, ad demonstrandum eum esse Filium Dei, petere.

(*x*) *Certe.* Forte post ἔχων reperit δῆθεν, idque reddidit *certe.*

(*z*) *Observandum.* Videtur legisse παρατηρητέον. Infra ἀπαρατηρήτως prorsus neglexit.

μαργιας. Ἀπαρατήρητον (97) δὲ τὸ, τὸν Ματθαῖον μεν λίθους εἰπεῖν πληθυντικῶς, τὸν δὲ Λουκᾶν λίθον ἑνικῶς. Πολλαχοῦ γὰρ τῶν εὐαγγελιστῶν τοιαύτας εὑρήσεις ἀβλαβεῖς διαφορίας.

† Ἀπὸ (98) τῆς Παλαιᾶς ἐστιν ἡ μαρτυρία· Μωυσέως γὰρ ὁ λόγος. Καὶ γὰρ καὶ οἱ Ἑβραῖοι τῷ μάννᾳ ἐτράφησαν, οὐκ ἄρτῳ ὄντι, ἀλλὰ διὰ ῥήματος Θεοῦ πᾶσαν χρείαν τῶν Ἑβραίων πληροῦντι, καὶ πάντα γινομένῳ, ὅσα ἂν φαγεῖν τις ἐπεθύμει. Εἴτε γὰρ ἰχθύος, εἴτε ᾠοῦ, εἴτε τυροῦ ἐπεθύμει ὁ Ἰουδαῖος, τοιαύτην γεῦσιν παρεῖχεν αὐτῷ τὸ μάννα.

Τότε — Πόλιν. Παραλαμβάνει, ἀντὶ τοῦ παραλαβὼν ἄγει. Καὶ γὰρ ἀφῆκε τὸν ἐχθρὸν ἄγειν αὐτὸν, ὅπου θέλει, καὶ πολεμεῖν, ὡς βούλεται, ἵνα παντα-χόθεν ἡττηθεὶς, μόνος δραπετεύσῃ. Ἁγίαν δὲ πόλιν λέγει, τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὡς τῷ Θεῷ ἀφωρισμένην, καὶ διὰ τοῦτο σεβασμίαν ἢ ὡς τὸν ἅγιον ναὸν ἔχουσαν.

Καὶ — ἱεροῦ. Τὸ πτερύγιον, οἰκοδόμημα ἦν ὑψηλὸν ἄγαν, παρωκοδομημένον τῇ πλευρᾷ τοῦ ἱεροῦ, ἤτοι τοῦ ναοῦ.

Καὶ — πόδα σου. Ἡττηθεὶς τὴν πρώτην πεῖραν, ἐπὶ δεύτερον ἀγῶνα χωρεῖ, καὶ διὰ κενοδοξίας ἐλεῖν αὐτὸν ἐπιχειρεῖ. Διὸ καὶ ἐπιτάττει, καταχρημίσαι ἑαυτὸν καὶ διασωθῆναι. Ἵνα δὲ παρακνίσῃ πάλιν αὐτὸν, πάλιν προτάττει τὸ Εἰ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, ὡς ἂν δόξῃ πάλιν ζητεῖν καὶ τοῦτο τὸ σημεῖον, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ εἶναι αὐτὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἅτε τοῦ προτέρου μὴ γεγονότος. Ὥστο γὰρ ὅτι ῥᾷον πεισθήσεται, εἰ καὶ μὴ δι' ἕτερον, ἀλλά γε διὰ τοὺς μέλλοντας αὐτὸν ὁρᾷν οὕτω τερατουργοῦντα· πολλοὶ γὰρ ἦσαν τότε κάτω παρόντες καὶ λοιπὸν περιπεσεῖται τῷ ὑφαπλωθέντι δικτύῳ τῆς κενοδοξίας, ὡς τοῦ ἐκαινεθῆναι παρ' αὐτῶν ἕνεκεν κάτω βαλὼν ἑαυτόν. Ἐφίκεται δὲ τοῦτον καὶ ἀπὸ τῆς Δαυϊτικης Γραφῆς, ἵνα δόξῃ καὶ αὐτὸς ἀπο Γραφῆς πείθειν ἀξιοπίστως· ἀλλ' οὐδ' ἐνταῦθα λήθει κακοῦργων.

Ἔφη — Θεόν σου. Γέγραπται ἐν τῷ Δευτερονομίῳ καὶ τοῦτο· Ἐκπειράζει δὲ τὸν Θεὸν, ὁ μηδεμιᾶς ἀνάγκης ἐπικειμένης ἐπιῤῥίπτων ἑαυτὸν εἰς προφανῆ κίνδυνον, ἐν τῷ θαῤῥεῖν τῷ Θεῷ.

Πάλιν — προσκυνήσῃς με. Περιττὸν ἦν, ἀναγραφῆναι καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ὄρους. Ποία γὰρ ἐκεῖθεν ὠφέλεια; τέως δ' οὖν, ἀποτυχὼν καὶ τῆς δευτέρας προσβολῆς ὁ ἐχθρὸς, καὶ εἰς τρίτην παρασκευάζεται, τὴν διὰ φιλαργυρίας, ἣν καὶ τελευταίαν ἐτήρησεν, ὡς χαλεπωτέραν. Καὶ ἀνάγει αὐτὸν εἰς ὄρος ὑψηλότατον, καὶ τῷ δακτύλῳ δείκνυσιν αὐτῷ, ἐν στιγμῇ χρόνου, καθὼς προσέθηκεν ὁ Λουκᾶς, τουτέστιν, ἐν

A pluraliter *lapides* dicere ; Lucam vero *lapidem* singulariter [65]. Frequenter enim apud evangelistas hujusmodi, quæ nihil officiant, diversitates reperies.

A Veteri Testamento depromptum est ; est enim verbum Mosis. Nam et Hebræi manna comederunt, quod cum non esset panis, omnem tamen eorum suppleba! indigentiam : mutatum in omnia quæ optabat quisque edere, sive piscem, sive ovum, sive caseum concupisceret Judæus, illius gustum manna ei præbebat.

Vers. 5. *Tunc — civitatem.* Assumit, hoc est, assumendo ducit. Permisit enim inimico ducere se quo liberet, et pugnare sicut vellet, ut undequaque victus solus aufugeret. Sanctam autem civitatem vocat Jerusalem, utpote a Deo delectam, et ideo in reverentia habitam : aut eo quod sanctum haberet templum.

Vers. 5. *Et — templi.* Pinnaculum domuncula erat excelsa valde, ad latus templi superstructa.

Vers. 6. *Et — pedem tuum.* Prima victus tentatione, ad secundum procedit certamen, et per vanam gloriam ipsum nititur attrahere, ideoque jubet ut seipsum præcipitet ac servet. Utque ipsum rursus pungat, præmittit iterum : *Si Filius Dei es*, quasi denuo videatur hoc signum ad hoc procedere (*aa*), ut se Filium Dei esse demonstret, quanquam id prius non fecerit (*bb*) ; putabat nempe facilius illi posse persuaderi, et si non ob aliud, at saltem propter illos qui eum mirabilia operantem visuri erant, tunc enim multi inferius aderant et ita in expassam vanæ gloriæ nassam incideret, utpote seipsum idcirco præcipitando, ut ab eis laudaretur. Ipsum quoque Davidica attrahit Scriptura, ut videretur etiam a Scriptura divina verisimiliter persuadere. Verum hi ejus doli Christum nequaquam latuerunt.

Vers. 7. *Dixit — Deum tuum.* Et hoc scriptum est in Deuteronomio [66]. Tentat autem Deum qui, nulla instante necessitate, seipsum in manifestum præcipitat periculum, ob habitam in Deum fiduciam.

Vers. 8. *Iterum — V. 9. Adoraveris me.* Supervacuum fuisset nomen ascribi montis : quæ enim fuisset inde consecuta utilitas ? Interim frustratus secundo quoque impetu inimicus, ad tertium insuper præparatur, et per avaritiam quam novissimam servabat, utpoque periculosiorem, dejicere conatur et in montem ducit excelsum valde, ac digito ei demonstrat, *in momento temporis*, quod etiam

[65] Luc. IV, 3. [66] Deut. VI, 16.

Variæ lectiones et notæ.

(97) I. e. μὴ δέον παρατηρήσεως ἀκριβεστέρας.
(98) Hæc in neutro meorum comparent. Sumpta sunt ex Theophyl. p. 22.

(*aa*) *Procedere.* Imo, quærere, petere.
(*bb*) Quanquam, etc. ; cum prius non fecerit, non factum sit.

addidit Lucas[67], hoc est, in parvo tempore, partes orbis, in quibus mundi regna sita erant, dicens, in hac quidem parte positum est regnum Romanorum : in ista vero Persarum, et in illa Assyriorum, ac pari modo de cæteris. Et item hoc præcipuam habet gloriam, si formas spectas ac species ; aliud vero in aliis, et ut semel dicam, omnia recenset. Deinde ait : *Hæc omnia tibi dabo ;* puta quæ in regnis mundi continentur, *si prostratus adoraveris me.* Quomodo, o dolose, tot ac talia commutas unica adoratione ? Utique ; ut ubi præcepti facilitate deceperis avaritiæ hamo eum transfigas, videlicet, cum amore possidendi regnorum divitias te adora verit. Manifestius autem ait Lucas, dixisse ei diabolum : *Tibi dabo potestatem hanc universam et gloriam eorum, quia mihi tradita est, et cuicunque volo do eam ; tu igitur si provolutus coram me adoraveris, erunt tua omnia*[68]. Matthæus quidem hæc præteriit tanquam non necessaria : Lucas vero addidit, quia hoc loco dicta.

Λουκᾶς προσέθηκεν αὐτά, ὡς τηνικαῦτα ῥηθέντα. Πολλὰς δὲ τοιαύτας παραλείψεις καὶ προσθήκας ἐν τοῖς εὐαγγελισταῖς εὑρήσεις, καὶ ἐπὶ πασῶν ἔχε λύσιν τὰς δηλωθείσας αἰτίας.

Plerasque autem hujusmodi omissiones ac additiones apud evangelistas reperies, et in omnibus pro solutione prædictas adhibe causas.

Vers. 10. *Tunc — solum coles.* Hoc quoque in Deuteronomio scriptum est[69]. Considera vero quod in prioribus quidem tentationibus patienter responderit. Ubi autem vidit ipsum impudenter Dei ad se adorationem attrahere, divinumque expetere honorem, tunc ipsum increpavit, dicens : *Abi, Satana,* hoc est, Recede, adversarie. Lucas vero scripsit : *Abi post me, Satana*[70], hoc est, e conspectu meo te aufer ; quod enim post aliquem ponitur, ipsi non apparet. Neque sustinuit ut mendacii argueret dicentem omnia sibi tradita esse, sed denuo ipsum a Scriptura repulit, et versuto flagellum facta est increpatio, neque enim amplius toleravit.

Et ideo (*cc*) Matthæus quidem postremam scripsit avaritiæ tentationem : Lucas autem potius vanæ gloriæ, quia Matthæus sane etiam ordinis tentationem curam habuit, Lucas vero solius narrationis earum. In quo ergo a tentationibus Salvatoris instituemur ? Ut certe inimico nunquam fidem habeamus : ne si utilia quidem ac necessaria

βραχεῖ καιρῷ, τὰ μέρη τῆς οἰκουμένης, ἐν οἷς ἔκειντο αἱ βασιλεῖαι τοῦ κόσμου, λέγων· Ἐν τούτῳ μὲν τῷ μέρει κεῖται ἡ βασιλεία τῶν Ῥωμαίων, ἐν τούτῳ δὲ, ἡ τῶν Περσῶν, ἐν ἐκείνῳ δὲ, ἡ τῶν Ἀσσυρίων καὶ τὰ ἑξῆς ὁμοίως· καὶ ὅτι ἡ μὲν ἔχει δόξαν ἐπὶ τοῖσδε τοῖς εἴδεσιν, (99) ἡ δὲ ἐπὶ τοῖσδε, καὶ ἄλλη, ἐπ' ἄλλοις, καὶ ἁπλῶς πάντα καταλέγει. Εἶτά φησι· Ταῦτα πάντα σοι δώσω, δηλαδὴ τὰ τῶν βασιλειῶν τοῦ κόσμου, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι. Πῶς, ὦ ὀλέθριε, τὰ τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα προσκυνήματος ἑνὸς ἀπεμπολεῖς ; Πάντως, ἵνα, τῇ εὐκολίᾳ τοῦ ἐπιτάγματος ἀπατήσας, περιπείρῃς αὐτὸν τῷ ἀγκίστρῳ τῆς φιλαργυρίας, ὡς ἔρωτι τοῦ κτήσασθαι τὸν πλοῦτον τῶν βασιλειῶν προσκυνήσαντά σε. Πλατύτερον δέ φησιν ὁ Λουκᾶς, ὅτι εἶπεν αὐτῷ ὁ διάβολος· Σοὶ (1) δώσω τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἅπασαν, καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν, ὅτι ἐμοὶ παραδέδοται, καὶ ᾧ ἐὰν θέλω, δίδωμι αὐτήν. Σὺ οὖν, ἐὰν προσκυνήσῃς ἐνώπιόν μου, ἔσται σου πᾶσα. Ὁ μὲν οὖν Ματθαῖος ταῦτα παρέλειψεν, ὡς οὐκ ἀναγκαῖα· ὁ δὲ

[Ἡ (2) χρονικὴ στιγμὴ τῆς ἀστρονομίας, οὐ πάνυ τι βραχὺ διάστημα κέκτηται. Ἥρκει οὖν εἰς μόνον τὸ δεῖξαι τὰ μέρη τῆς οἰκουμένης, ἐν οἷς ἔκειντο αἱ βασιλεῖαι, καὶ εἰς τὸ εἰπεῖν ὀλίγα περὶ τῆς δόξης αὐτῶν.]

Τότε — μόνῳ λατρεύσεις. Καὶ τοῦτο ἐν τῷ Δευτερονομίῳ γέγραπται. Σκόπει δὲ, ὅτι ἐπὶ μὲν τοῖς προλαβοῦσι πειρασμοῖς μακροθύμως ἀπεκρίνετο, ὅτε δὲ εἶδεν αὐτὸν τὴν τοῦ Θεοῦ προσκύνησιν εἰς ἑαυτὸν ἀναισχύντως ἕλκοντα, καὶ Θεοῦ τιμὴν ἀπαιτοῦντα, τότε ἐπετίμησεν αὐτῷ εἰπών· Ὕπαγε (3), Σατανᾶ, τουτέστιν, ἀναχώρει, ἀντικείμενε. Ὃ δὲ Λουκᾶς Ὕπαγε ὀπίσω μου, ἔγραψεν, ὃ ἐστιν Ἀφανίσθητι. Ὁ γὰρ ὀπίσω τινὸς γενόμενος, οὐ φαίνεται αὐτῷ. Οὐκ ἠνέσχετο δὲ ἐλέγξαι αὐτὸν ψευσάμενον, ὅτι ὁ κόσμος αὐτῷ παραδέδοται, ἀλλὰ πάλιν ἀπὸ τῆς Γραφῆς αὐτὸν καταισχύνει. Καὶ λοιπὸν μάστιξ τῷ πονηρῷ γέγονεν ἡ ἐπιτίμησις. Οὐκέτι γὰρ ἐκαρτέρησε.

Καὶ διατὶ Ματθαῖος μὲν τελευταῖον ἔγραψε τὸν πειρασμὸν τῆς φιλαργυρίας, ὁ δὲ Λουκᾶς μᾶλλον τὸν τῆς κενοδοξίας ; Διότι Ματθαῖος μὲν καὶ τῆς τάξεως τῶν πειρασμῶν ἐφρόντισε· Λουκᾶς δὲ μόνης τῆς διηγήσεως αὐτῶν. Τί οὖν ἀπὸ τῶν πειρασμῶν τοῦ Σωτῆρος παιδευόμεθα ; Τὸ μὴ πείθεσθαι τῷ ἐχθρῷ μηδέποτε, μηδὲ εἰ χρήσιμα καὶ ἀναγκαῖα

[67] Luc. IV, 5. [68] Ibid. 6, 7. [69] Deut. VI, 3. [70] Luc. IV, 8.

Variæ lectiones et notæ.

(99) Intell. τῶν χρημάτων καὶ πραγμάτων.

(1) Παραδίδοται B.

(2) Hæc in utroque codice leguntur in margine ac referuntur ad vocabulum στιγμῆς, quod e Luca laudatur in scholio proximo.

(3) Chrysost. t. VII, p. 172. A. B. hunc locum interpretans, bis habet ὀπίσω μου. Sed ista vocabula non tam Chrysostomi, quam codicum auctoritate nituntur. Nam Chrysostomus sæpius diversa loca invicem jungit. Ὀπίσω μου, ut ad h. l. docui, expulsum est auctoritate Origenis, quem vide t. III, p. 540.

(*cc*) *Ideo.* Cur.

ττει. Σαίνει μὲν γὰρ τῷ χρηστῷ, τελευτᾷ δὲ
πηρόν· (4) τὸ μὴ διὰ λιμὸν ἢ τοιαύτην ἄλλην
ην ποιεῖν θέλημα τοῦ δαίμονος, ἀλλά κατα-
ν ἐπὶ τὸν Θεόν· τὸ μὴ ἐκπειράζειν τὸν Θεὸν, καὶ
προσέχειν τῷ διαβόλῳ σημεῖα ζητοῦντι. Δόλον
οὗτοι ἐναποκρύψας αἰτεῖ. Τινὲς δὲ φασι, τὸν
ιον ὑποδείξαι τῷ Χριστῷ πάσας τὰς βασιλείας
ὁσμου καὶ τὴν δόξαν αὐτῶν, οὐ κατ' αἴσθησιν
ις, ἀλλὰ κατὰ διάνοιαν ὑπογραφικῶς. Τοῦτο
τον, διὰ τὸ ἐν στιγμῇ χρόνου ταύτας ὑποδεῖ-

ε — διάβολος. Ὁ δὲ Λουκᾶς ἔγραψεν, ὅτι
ντελέσας πάντα πειρασμὸν ὁ διάβολος, ἀπ-
ἀπ' αὐτοῦ ἄχρι καιροῦ. Καὶ φαίνεται, ὅτι οἱ
μηθέντες τρεῖς πειρασμοὶ, κεφάλαια πάντων
ῶν πειρασμῶν. Ἐκ τούτων γὰρ καὶ οἱ ἄλλοι
ἀπογεννῶνται, καὶ ὁ τὰ πάθη ταῦτα νική-
ἔχει κατὰ πάντων τὰ νικητήρια. Τὸ δὲ Ἄχρι
, σημαίνει, ὅτι μέχρι τῆς παρὰ τῶν Ἰουδαί-
βουλῆς. Τότε γὰρ πάλιν προσέβαλεν, οὐ δι'
, ἀλλὰ διὰ τῶν Ἰουδαίων, ὡς δι' ὀργάνων

ους τρεῖς (5) πειρασμοὺς (6) ἐνίκησεν ὁ Κύ-
τὸν τῆς γαστριμαργίας, τὸν τῆς κενοδο-
καὶ τὸν τῆς φιλοχρηματίας, ἤγουν φιλοπλου-
Οὗτοι γὰρ εἰσιν οἱ ἄρχοντες τῶν παθῶν. Τού-
οὖν νικήσας, καὶ τοὺς ἄλλους πολλῷ μᾶλλον.
ὁ Λουκᾶς φησιν, ὅτι πάντα πειρασμὸν ἐτέ-
Ὅτι δὲ ἄγγελοι διακονοῦσιν αὐτῷ, δείκνυσιν,
ἡμῖν μετὰ τὴν νίκην ἄγγελοι ὑπηρετοῦσι.
γὰρ δι' ἡμᾶς καὶ ποιεῖ καὶ δείκνυσιν ὁ Χρι-
ἐπὶ αὐτῷ, ὡς Θεῷ, ἀεὶ οἱ ἄγγελοι ὑπουρ-

— διηκόνουν αὐτῷ. Ὅτε μὲν οἱ ἀγῶνες
οὐκ εἴασεν αὐτοὺς φαίνεσθαι, ἵνα μὴ (7)
τὴν ἄγραν· ὅτε δὲ τὸν ἀνταγωνιστὴν ἐνί-
κατὰ κράτος, καὶ φυγεῖν παρεσκεύασε, τότε
ται λοιπὸν, ἵνα μάθῃς ὅτι καὶ σὲ μετὰ
) κατ' ἐκείνου νίκας, ἄγγελοι δέξονται καὶ
ρήσουσιν.

ύσας — Γαλιλαίαν. Ἀκούσας, ὅτι παρ-
εἰς τὸ δεσμωτήριον ὑπὸ Ἡρῴδου τοῦ τετρ-
καθὼς ἐρεῖ προϊών.

χώρησε δὲ, παιδεύων ἡμᾶς, φεύγειν τοὺς
μούς. Οὐκ ἔστι γὰρ ἔγκλημα, τὸ μὴ ἐπιρρί-
ἑαυτὸν εἰς κίνδυνον, ἀλλὰ τὸ, ἐμπεσόντα μὴ

A jubeat. Siquidem per ea quæ commoda sunt, adulatur : finit vero in malum. Utque nec propter famem, aliamve urgentem necessitatem, faciamus dæmonis voluntatem, sed ad Deum confugiamus : ne Deum tentemus, neque diabolo signa petenti intendamus. Hæc enim occultato sub eis dolo postulat. Quidam autem dicunt diabolum Christo demonstrasse omnia regna mundi et gloriam eorum, non ad sensum localiter, sed ad intellectum designando. Hoc autem dixerunt propter id quod scriptum est, hæc in momento temporis demonstrasse.

Vers. 11. *Tunc — diabolus.* Lucas autem scripsit[71], quod completa omni tentatione, diabolus abscessit ab eo usque ad tempus. Apparet autem tres B enumeratas tentationes, capita omnium esse tentationum. Ab his namque cæteræ omnes oriuntur, ut qui hos devicerit effectus, contra omnes victoriam obtineat. Quod autem additur : *Usque ad tempus*, significat, usque ad Judæorum insidias. Tunc enim rursum oppugnavit, non per seipsum, sed per Judæos, tanquam per organa quædam.

Tres tentationes sustinuit Dominus, nempe gulæ, vanæ gloriæ et avaritiæ. Sunt etenim hæc omnium malorum affectuum capita : qui has devicerit, in multis quoque aliis magis victor evadet. Lucas itaque dicit[72], quod omnem compleverit tentationem, eo quod tentationum capita consummavit. Quod autem etiam angeli ei ministrant, significat nobis C quoque angelos post victoriam ministraturos. Omnia siquidem propter nos et facit et ostendit Dominus, cui veluti Deo semper angeli ministrant.

Vers. 11. *Et — ministrabant ei.* Tempore quidem tentationum non permisit eos apparere, ne prædam (*dd*) perderet : postquam autem adversarium propria devicit auctoritate, ac fugere coegit, tunc jam apparent, ut noveris quod postquam in modum ejus viceris, et te suscipient ac stipabunt angeli.

Vers. 12. *Cum audisset — Galilæam.* Postquam audisset quod in carcerem traditus esset ab Herode tetrarcha, sicut in sequentibus dicturus est.

Secessit autem instruens nos, ut tentationes fugiamus. Neque enim vitium est, seipsum periculo D non objicere : sed ubi inciderit, non stare viriliter.

ac. IV, 13. [72] Ibid.

Variæ lectiones et notæ.

liam hæc pendent ex superioribus, *τί — μεθα ;*
læc in nullo meorum reperiuntur. Repetita ı Theophylact. p. 23 B.
πίμενεν videtur legisse Hentenius.

(7) Chrysost. tom. VII, p. 172. E. Ὥστε μὴ ταύτῃ σοβῆσαι τὴν ἄγραν, eodem sensu. Ἄγραν autem intelligit, τὴν προσαγομένην παρὰ τοῦ διαβόλου.
(8) Κατά, omittit. A.

Prædam. Non repugnabo, si quis acceperit isto capiente et vincente diabolum, qui ım capere et vincere voluerat. Locus similis ım Chrysost. tom XII, p. 356 C : Μόνῃ διελέγετο, [τῇ Σαμαρειτιδι] τους μαθητὰς ἐπίτηδες εἰς τὴν ἀγορὰν πέμψας· ἵνα μὴ πτοήσῃ τὴν ἄγραν. Item ibid. p. 3e9 A : Καὶ μὴ σοβήσῃ τὴν ἄγραν.

In Galilæam vero abit, simul quidem ut compleretur quæ de ea scribitur prophetia, sicut inferius dicetur; utque inde piscatores piscaretur, apostolos dico, qui ibi morabantur. Unde et angeli sublevato in cœlum Christo, Galilæos appellaverunt eos, dicentes . *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum*[73].

Vers. 13. *Et — Nephtalim.* Relicta, hoc est, præterita. Tunc enim non est ingressus Nazareth.

Vers. 14. *Ut compleretur* — V. 16. *eis.* Galilæa quidem regio erat Palestinæ. Olim autem data est in sortem duabus tribubus Zabulon et Nephthalim: partem tamen ejus inhabitabant gentes alienigenæ. Et videtur horum propheticorum verborum ordo difficilis, tum propter defectum quorumdam, tum propter ignoratum eorum intellectum. Ego tamen a prophetico libro illum requirens, intellexi quomodo ea ordinare oporteat: nempe ita convenit. O terra Zabulon, et o terra Nephthalim (Intelligit autem Galilæam, sicut dictum est), et, o vos qui circa viam maris, id est, circa mare Galilææ habitatis; et o vos qui trans Jordanem: et o Galilæa gentium (Vocat autem Galilæam gentium, eam Galilææ partem quam gentes incolebant.) Deinde comprehendens omnes qui in prædictis locis habitabant, res illis salutares denuntiavit, dicens: *Populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam*, etc. Et tenebras vocavit errorem. Errabant enim Judæi quidem circa Scripturas, gentes vero circa cultum divinum.

Lucem autem magnam Christum nominavit[74], qui frequenter lux vera appellatur: ipse etenim hos ab errore eduxit, illustrans eos in modum lucis. Deinde iterum hujusmodi tenebras interpretatur *regionem mortis*, et *umbram mortis* his vocans nominibus, quia sicut mortis regio ac umbra, est sepulcrum: regio quidem quasi locus, umbra vero quasi tenebræ. Nam tenebræ umbra est. Ita et mortis spiritualis regio ac umbra, erat ille error; regio sane, veluti more sepulcri eos continens, qui in ipsum incidissent, mortui, quoad sensum veritatis; umbra vero, utpote tenebris eos offundens. Ne mireris autem, si prophetica eloquia integre non posuerit. Universaliter enim scire oportet, evangelistas interdum quidem integre dictorum mentionem facere, quandoque autem illa abbreviare, et aliquando verborum quidem sensum integrum servare, quasdam vero dictiones mutare, quando id in nullo sermonem potest corrumpere

A στῆναί γενναίως. Εἰς τὴν Γαλιλαίαν δὲ ἄπεισιν· ἅμα μὲν, ἵνα πληρωθῇ ἡ περὶ αὐτῆς προφητεία, ὡς ῥηθήσεται· ἅμα δὲ, ἵνα ἐκεῖθεν ἁλιεύσῃ τοὺς ἁλιεῖς, λέγω δὴ τοὺς ἀποστόλους. Ἐκεῖ γὰρ διέτριβον. Καὶ γὰρ καὶ οἱ ἄγγελοι ὕστερον, εἰς οὐρανὸν ἀναλαμβανομένου τοῦ Χριστοῦ, Γαλιλαίους αὐτοὺς ἐκάλεσαν, εἰπόντες, ὅτι Ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε ἐμβλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν.

Καὶ — Νεφθαλείμ. Καταλιπὼν, ἀντὶ τοῦ, παραδραμών. Τότε γὰρ οὐκ εἰσῆλθεν εἰς τὴν Ναζαρέτ.

Ἵνα πληρωθῇ — αὐτοῖς. Ἡ Γαλιλαία χώρα μὲν ἦν τῆς Παλαιστίνης, ὡς προειρήκαμεν· ἐκληροδοτήθη δὲ πάλαι ταῖς δυσὶ φυλαῖς, τῇ τοῦ Ζαβουλὼν, καὶ τῇ τοῦ Νεφθαλείμ· μέρος δὲ αὐτῆς ἔθνη κατῴκουν ἀλλόφυλα. Καὶ δοκεῖ μὲν ἡ τῶν προφητικῶν τούτων ῥητῶν σύνταξις δυσχερὴς, διά τε τὸ ἐλλείπειν τινὰ καὶ διὰ τὸ ἀγνοεῖσθαι τὴν ἔννοιαν αὐτῶν. Ἐγὼ δὲ ταύτην ἀπὸ τῆς προφητικῆς βίβλου διαγνούς, ἔγνων, πῶς χρὴ ταῦτα συντάττειν. Προσήκει γὰρ οὕτως. Ὦ γῆ τοῦ Ζαβουλὼν ! καὶ ὦ γῆ τοῦ Νεφθαλείμ ! λέγει δὲ τὴν Γαλιλαίαν, ὡς εἴρηται· καὶ, ὦ οἱ κατὰ τὴν ὁδὸν τῆς θαλάσσης, τουτέστιν, οἱ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας οἰκοῦντες καὶ ὦ οἱ πέραν τοῦ Ἰορδάνου ! καὶ ὦ Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν ! ἐκάλεσε δὲ Γαλιλαίαν τῶν ἐθνῶν, τὸ μέρος τῆς Γαλιλαίας, ὃ τὰ ἔθνη κατῴκουν· εἶτα, ἐπισυναψας πάντας τοὺς ἐν τοῖς δηλωθεῖσι τόποις, εὐηγελίσατο τὰ σωτήρια, εἰπών· Ὁ λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει, (9) ἴδε φῶς μέγα, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ σκότος μὲν ὠνόμασε, τὴν πλάνην. Ἐπλανῶντο γὰρ Ἰουδαῖοι μὲν περὶ τὰς Γραφὰς, τὰ ἔθνη δὲ περὶ τὸ σέβας.

Φῶς δὲ μέγα, τὸν Χριστὸν, ὃς ἀλλαχοῦ φῶς ἀληθινὸν προσηγόρευται Καὶ γὰρ αὐτὸς τούτους ἐξήγαγεν ἐκ τῆς πλάνης, δίκην φωτὸς αὐτοῖς ἐκλάμψας. Εἶτα πάλιν ἐφηρμήνευσε τὸ τοιοῦτον σκότος, Χώραν θανάτου καὶ σκιὰν θανάτου τοῦτο καλέσας. Ὥσπερ γὰρ τοῦ σωματικοῦ θανάτου χώρα καὶ σκιὰ ὁ τάφος ἐστί· χώρα μὲν, ὡς τόπος· σκιὰ δὲ, ὡς σκότος· σκότος γὰρ ἡ σκιά· οὕτω καὶ τοῦ ψυχικοῦ θανάτου χώρα καὶ σκιὰ, ἡ πλάνη ἐκείνη ἦν· χώρα μὲν, ὡς τρόπον τάφου συνέχουσα τοὺς ἐμπεπτωκότας αὐτῇ νενεκρωμένους εἰς αἴσθησιν ἀληθείας· σκιὰ δὲ, ὡς σκοτίζουσα αὐτούς. Εἰ (10) δὲ μὴ ἀκέραια τὰ προφητικὰ τέθεικε ῥητὰ, μὴ θαυμάσῃς. Χρὴ γὰρ καθολικῶς γινώσκειν, (11) ὅτι οἱ εὐαγγελισταὶ ποτὲ μὲν ἀκεραίων τῶν ῥητῶν ἀπομνημονεύουσι, (12) ποτὲ δὲ, ἐπιτέμνουσιν αὐτὰ, ποτὲ δὲ τὴν μὲν τῶν ῥητῶν διάνοιαν ὁλόκληρον ἀποσώζουσι, λέξεις δέ τινας ἀπαρατηρήτως ὑπαλλάττουσιν, ὅταν οὐδέν τι μέλλοι τῷ λόγῳ τοῦτο λυμαίνεσθαι.

[73] Act. I, 11. [74] Joan. I, 9.

Variæ lectiones et notæ.

(9) Sicut uterque codex etiam in textu, pro vulgari *εἶδε*.
(10) Δὲ omittit A.
(11) Διδάσκειν pro γινώσκειν A.
(12) Μνημονεύουσι A.

(ΚΕΦ Δ') Περὶ τῆς διδασκαλίας τοῦ Σωτῆρος. A

Ἀπὸ τότε — οὐρανῶν. Τοῦτο πρὸ τοῦ Σωτῆρος ὁ Ἰωάννης ἐκήρυξεν. Ἄρχεται δὲ καὶ ὁ Χριστὸς ἐντεῦθεν, ἵνα δείξῃ, ὅτι προοίμιον αὐτοῦ ἦν ὁ Ἰωάννης, καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν οὗτος ἐναντίος ἐκείνῳ. Καὶ γὰρ ἔδει πρῶτον ἄλλον μαρτυρῆσαι περὶ αὐτοῦ, καὶ τότε αὐτὸν ἐλθεῖν. Τινὲς δὲ λέγουσιν, ὅτι δοκεῖ μὲν ὁ Χριστὸς τὰ αὐτὰ τῷ Ἰωάννῃ κηρύσσειν, οἷον τὸ Μετανοεῖτε, καὶ τὸ Ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, οὐκ ἔστι δέ. Ὁ μὲν γὰρ Ἰωάννης, Μετανοεῖτε, ἔλεγεν, ἐφ' οἷς ἡμαρτήκατε· ὁ δὲ Χριστός, Μετανοεῖτε, ἀντὶ τοῦ, Μεταβάλλεσθε ἀπὸ τῆς παλαιᾶς ἐπὶ τὴν καινήν. Καὶ παράγουσι μάρτυρα τὸν Μάρκον, προσθέντα τό· Καὶ πιστεύετε ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ. Καὶ ὁ μὲν Ἰωάννης, φασὶ, βασιλείαν οὐρανῶν, τὸν Χριστὸν ὠνόμασεν· ὁ δὲ Χριστὸς B
τὴν οὐράνιον καὶ ἀγγελικὴν πολιτείαν, ἣν αὐτὸς ἔμελλε νομοθετεῖν, ὡς προειρήκαμεν. Ὁ μέντοι Μάρκος, ἀντὶ τοῦ Βασιλεία τῶν οὐρανῶν, Ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ εἶπε. Καὶ νοεῖται ἔτι, ὅτι ἤγγικεν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἵνα βασιλεύσῃ τῶν πιστευόντων. Τῶν μὲν γὰρ ἀπίστων φύσει ἐστὶ βασιλεὺς ὁ Υἱὸς (13) καὶ Λόγος· τῶν δὲ πιστευόντων, καὶ φύσει καὶ προαιρέσει, ἑκουσίως δεχομένων τὸ ὑπ' αὐτοῦ βασιλεύεσθαι.

Περιπατῶν — αὐτῷ. Ματθαῖος μὲν ἐνταῦθά φησιν, ὅτι μετὰ τὸ παραδοθῆναι τὸν Ἰωάννην ἠκολούθησαν οὗτοι τῷ Ἰησοῦ· ὁ δ' εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης μᾶλλον, ὅτι πρὸ τοῦ παραδοθῆναι. Καὶ Ματθαῖος μὲν εἶπεν, ὅτι καὶ ἀμφοτέρους ὁ Ἰησοῦς ἐκάλεσεν· ὁ δὲ Ἰωάννης, ὅτι τὸν μὲν Ἀνδρέαν, ὁ Ἰησοῦς, τὸν δὲ Πέτρον, ὁ Ἀνδρέας. Ὅθεν φανερὸν, ὅτι δευτέρα C
αὕτη ἡ κλῆσις ἦν. Καὶ γὰρ ἀκολουθήσαντες αὐτῷ, πρὸ τοῦ παραδοθῆναι τὸν Ἰωάννην, ἐπανῆλθον πάλιν εἰς τὴν ἰδίαν πατρίδα, καὶ τὴν προτέραν τέχνην μετεχειρίζοντο, ἅτε τὸν μὲν Ἰωάννην ἰδόντες παραδοθέντα, τὸν δὲ Ἰησοῦν ἀναχωρήσαντα. Λοιπὸν οὖν ὁ Χριστὸς, ἐνδοὺς αὐτοῖς τὸ πρῶτον, ἔρχεται πάλιν ἀνακτησόμενος καὶ κελεύει ἀκολουθεῖν, ἵνα, ἀνθ' ὧν εἶχον δικτύων, λαβόντες παρ' αὐτοῦ τὴν λογικὴν σαγήνην, καὶ βάλλοντες εἰς τὴν θάλασσαν τοῦ βίου, τοὺς ἀνθρώπους (14) θηρεύσωσιν, ἀντὶ τῶν ἰχθύων. Σπέυδει δὲ, πῶς εὐθέως ὑπήκουσαν, καὶ ἀφῆκαν ἃ εἶχον, μηδέν τι προφασισάμενοι. Καὶ γὰρ οὕτως ὁ Χριστὸς βούλεται, παντὸς ἀναγκαίου προτιμᾶν τὸ ἀκολουθεῖν αὐτῷ. Δεῦτε δὲ, ὀπίσω μου, εἶπεν, ἀντὶ τοῦ, Ἀκολουθήσατέ μοι. D

[Ἀδελφοὶ (15) δύο, γεγόνασι πρώτη κλῆσις τῷ Χριστῷ, διδάσκοντι καὶ διὰ τούτου τὸ προσήκειν ἀδελφικῶς πολιτεύεσθαι, καὶ ἀδελφὰ φρονεῖν, τοὺς μαθητευομένους αὐτῷ.]

(CAP. IV.) *De doctrina Christi.*

Vers. 17. *Ex eo tempore — cœlorum.* Hæc ante Salvatorem Joannes prædicavit. Incipit autem etiam inde Christus, ut ostendat principium suum fuisse Joannem, et nequaquam illi contrarium esse. Operæ pretium enim erat, ut primum alius de eo ferret testimonium, et tunc veniret ipse. Quidam autem dicunt, videri quidem eadem prædicare Christum, quæ Joannes, puta : *Resipiscite, et instat regnum cœlorum*, non tamen ita esse. Joannes siquidem dixit : Resipiscite, propter peccata in quibus offendistis. Christus vero : Resipiscite, ut transferri mereamini a veteri Testamento (*ee*) in novum. Et Marcum pro teste adducunt, qui addit: *Et credite Evangelio* [75]. Et Joannes, inquiunt, Christum vocavit *regnum cœlorum*. Christus autem cœlestem angelicamque politiam, quam ipse conditurus erat, ut prædiximus. Marcus sane pro *Regno cœlorum* dixit, *Regnum Dei* [76]. Intelligitur præterea regnum Dei instare, ut super credentes regnet. Siquidem incredulorum natura Rex est Filius Dei et Verbum, credentium vero utroque modo, natura videlicet et voluntate, cum sponte gubernationem ejus suscipiant.

Vers. 18. *Ambulans* — V. 20. *Eum.* Matthæeus quidem in hoc loco dicit, postquam traditus est Joannes hos esse Christum secutos. Evangelista vero Joannes, quod potius antequam traderetur [77]. Præterea Matthæus asserit simul utrumque vocasse Jesum ; Joannes autem, quod Andream quidem Jesus, Petrum vero Andreas vocaverit. Unde manifestum est hanc secundam fuisse vocationem. Etenim cum eum secuti fuissent ante Joannis traditionem, rursum ad patriam reversi sunt, artemque priorem exercuerunt : utpote videntes Joannem quidem traditum esse, Jesum vero secessisse. Postmodum igitur Christus, primum eis factum ignoscens, venit ut rursum eos recuperet : jubetque ut sequantur, et pro retibus quæ possidebant, sumant ab eo rationalem sagenam : et in mare sæculi mittentes, pro piscibus homines capiant. Et vide quomodo statim, his quæ possidebant relictis obedierunt, nihil tergiversantes. Ita nempe vult Christus, ut cuivis necessitati suus præponatur discipulatus. Dixit autem : *Venite post me*, hoc est, Sequimini me.

Fratres fuerunt, qui primum a Christo docente vocati sunt: tum quia huic convenit fraterno modo gubernare: tum quia fraterno modo sapere oporteat eos qui ab ipso docentur.

[75] Marc. I, 15. [76] Ibid. [77] Joan. I, 35 seqq.

Variæ lectiones et notæ.

(13) Καὶ Λόγος ὁ Υἱός. A.
(14) Θηρεύωσιν. B.
(15) Inclusa in margine habet A.

(*ee*) *Testamento.* Vix putem, Διαθήκης repertum esse ab Hentenio in codice. Malim equidem intelligere πολιτείας, quod paulo inferius legitur.

Vers. 21. *Et progressus* — V. 22. *Eum.* Horum quoque fidem intuere, qua patrem etiam despexerunt. Necesse enim est parentibus quoque præponere Christum. Neque parva virtutis ipsorum demonstratio est, quod paupertatem adeo facile tulerint, ac propriis manibus victum quæsierint, et mutuo inter se amore colligati fuerint, patrem quoque una secum habuerint, illique inservierint. Verisimile est autem, audisse eos a Petro et Andrea, promisisse Christum, quod sequentes se, redderet hominum piscatores.

Καὶ προβὰς — αὐτῷ. Ὅρα καὶ τὴν τούτων πίστιν, δι' ἣν καὶ τοῦ Πατρὸς κατεφρόνησαν. Χρὴ γὰρ καὶ τῶν γονέων προτιμᾶν τὸν Χριστόν. Οὐ μικρὰ δὲ ἀπόδειξις τῆς ἀρετῆς αὐτῶν, τὸ πενίαν φέρειν εὐκόλως, καὶ τὸ ἀπὸ τῶν οἰκείων τρέφεσθαι χειρῶν, καὶ τὸ συνδιάγεσθαι ἀλλήλοις, καὶ τὸ τὸν Πατέρα μεθ' ἑαυτῶν ἔχειν καὶ θεραπεύειν. Εἰκὸς δὲ, καὶ τούτους ἀκοῦσαι παρὰ Πέτρου καὶ Ἀνδρέου, ὅτι ὑπέσχετο ποιῆσαι τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ, ἁλιεῖς ἀνθρώπων.

Vers. 23. *Et — synagogis eorum.* In synagogis eorum docebat : partim quidem ut plures attraheret, partim vero ne quis dicere posset, quod rudes clanculo docens deciperet, palam non ausus docere.

Καὶ — συναγωγαῖς αὐτῶν. Περιῆγεν, (16) ἀντὶ τοῦ, Περιήρχετο. Ἐν ταῖς συναγωγαῖς δὲ ἐδίδασκε· τοῦτο μὲν, ἵνα πλείονας ἐφελκύσηται· τοῦτο δὲ, ἵνα μηδεὶς ἔχοι λέγειν, ὅτι λάθρα διδάσκων τοὺς ἀμαθεῖς, ἐξαπατᾷ τούτους, μὴ θαρρῶν ἐν πλήθει διδάσκειν.

Vers. 23. *Et prædicans — regni.* Marcus vero scripsit : *Regni Dei*[78]. Est autem Evangelium regni Dei, Novum Testamentum, utpote de regno Dei disputans, aut ad regnum Dei, ipsi obedientes inducens.

Καὶ κηρύσσων — βασιλείας. Ὁ δὲ Μάρκος, τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ ἔγραψεν. Εὐαγγέλιον δὲ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, ἡ Καινὴ Διαθήκη, ὡς περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ διαλαμβάνουσα, ἢ ὡς εἰσάγουσα εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ τοὺς πειθομένους αὐτῇ.

Vers. 23. *Et — populo.* Νόσος quidem (pro quo nos *morbum* vertimus) est diutina perversio habitudinis corporis : Μαλακία vero (quam diximus languorem) principium est laxationis corporis, morbi prænuntia. Et in corpore sane ita est. In anima autem morbus quidem est peccati actus : languor vero inductio cogitationis ad actus consensum.

Καὶ — λαῷ. Νόσος μέν ἐστι, ἡ χρονία παρατροπὴ τῆς τοῦ σώματος ἕξεως· μαλακία δὲ, ἀρχὴ χαυνώσεως σώματος, προάγγελος νόσου. Ἀλλ' οὕτω μὲν ἐπὶ σώματος. Ἐπὶ δὲ ψυχῆς, νόσος μὲν, ἁμαρτίας ἐνέργεια· μαλακία δὲ, χαύνωσις λογισμοῦ, πρὸς συγκατάθεσιν ἐνεργείας.

Vers. 24. *Divulgata — Syriam.* Marcus vero dixit : *Exivit autem rumor de eo in totam undique regionem Galilææ finitimam*[79]. Lucas vero : *Et egrediebatur sonus de eo in omnem locum finitimæ regionis*[80]. Rumor autem et sonus significant famam ejus. Præterea quam dixit Matthæus Syriam, hanc cæteri Galilææ finitimam regionem appellaverunt. Dimanavit autem de eo fama, quod talia doceret qualia nunquam audivissent, et quod sermones miraculis confirmaret, quodque cum auctoritate doceret ac operaretur, sicut in Marco manifestius invenies.

Καὶ ἀπῆλθεν — Συρίαν· Ὁ δὲ Μάρκος εἶπεν· Ἐξῆλθε δὲ ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ εὐθὺς εἰς ὅλην τὴν περίχωρον τῆς Γαλιλαίας. Ὁ δὲ Λουκᾶς· Καὶ ἐξεπορεύετο ἦχος περὶ αὐτοῦ εἰς πάντα τόπον τῆς περιχώρου· Ἀκοὴν δὲ καὶ ἦχον, τὴν περὶ αὐτοῦ φήμην λέγουσιν. Ἣν δὲ εἶπε Συρίαν ὁ Ματθαῖος, ταύτην εἶπον οἱ ἄλλοι περίχωρον τῆς Γαλιλαίας· Ἀπῆλθε δὲ ἡ περὶ αὐτοῦ ἀκοὴ, διότι τοιαῦτα ἐδίδασκεν, οἷα οὐδέποτε ἤκουσαν, καὶ ὅτι τοὺς λόγους ἐβεβαίου τοῖς θαύμασι, καὶ ὅτι ἐξουσιαστικῶς καὶ ἐδίδασκε, καὶ ἐθαυματούργει, ὡς εὑρήσεις φανερώτερον ἐν τῷ Μάρκῳ.

Vers. 24. *Et — sanavit eos.* Post verba illa, *variis morbis*, distinctio ponenda est. Tormina autem vocat morborum dolores. Lunatici vero tenentur affectione corruptorum humorum. Quia enim luna cum ad plenum lumen devenerit, naturam habet per splendorem suum attractivam humorum, qui in corporibus sunt, fit ut hi tunc turbentur. Frequens etenim ac pravus vapor ab ipsis elevatus, cerebrum dilaniat, hominemque contorquet ; cumque hæc a luna patiantur, lunatici appellantur. Verum cur a nullo horum priusquam curaret, de fide requisivit, quemadmodum postea fecit a plu-

Καὶ — ἐθεράπευσεν αὐτούς. Μετὰ τὸ, ποικίλαις νόσοις, στικτέον τελείαν. Βασάνους δὲ λέγει, τὰς ἀπὸ τῶν νόσων ὀδύνας. Ὁ δὲ σεληνιασμὸς πάθος ἐστὶν ἀπὸ σεσηπότων χυμῶν συνιστάμενος. Ἐπεὶ γὰρ (17) ἡ σελήνη, πλησιφαὴς γινομένη, φύσιν ἔχει, διὰ τῆς ἐκεῖθεν πεμπομένης αὐγῆς ἀνασχεῖν τὰς ἐν τοῖς σώμασιν ὑγρότητας, ταράσσονται τηνικαῦτα καὶ οὗτοι, καὶ λοιπὸν ἐξ αὐτῶν ἀτμὸς θριμὺς καὶ πονηρὸς ἀναφερόμενος, σπαράσσει τὸν ἐγκέφαλον, καὶ διαστρέφει τὸν ἄνθρωπον. Διότι δὲ ταῦτα πασχουσιν ὑπὸ σελήνης, λέγεται σεληνιασμός. Διατί δὲ παρ' οὐδενὸς τούτων πρὸ τῆς θεραπείας οὐκ ἐπεζήτησε

[78] Marc. I, 14. [79] Ibid. 28 [80] Luc. IV, 37.

Variæ lectiones et notæ.

(16) Quatuor priora vocabula non agnoscit Hentenius.

(17) Δέ pro γάρ A.

ὡς παρὰ πολλῶν ἄλλων ὕστερον ; Διότι οὔπω A ribus ? Quia nondum manifestam suæ potentiæ de-
τοῦ δυνάμεως ἀπόδειξιν σαφῆ δέδωκεν. Ἄλλως monstrationem dederat : alioque modo idem pro-
δέ, αὐτὸ τοῦτο, τὸ προσιέναι καὶ προσάγειν, οὐ ducere et adhibere poterat, fide etiam non acce-
σύσης πίστεως ἦν. dente.

ἠκολούθησαν — πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Καὶ ἀπο Vers. 25. *Et secutæ — trans Jordanem sitis.*
ον δηλαδή, τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Πέραν τοῦ Ἰορδάνου, etiam videlicet a regione quæ
sita erat trans Jordanem.

CAP. V. *De beatitudinibus*

ΚΕΦ. Ε. Περὶ τῶν μακαρισμῶν.

— ὄρος· [Εἰς (19) ὄρος ἀναβὰς ἐξέθετο τοὺς Cap. V, vers. 1. *Cum vidisset — montem.* † In
ημοὺς ὁ Κύριος, διδάσκων κἀντεῦθεν, ὅτι monte beatitudines exposuit Dominus, docens ex
ὸν μακαρισμοῦ τυχεῖν ἐφιέμενον ἀποστῆναι hoc oportere cupientem attingere beatitudinem, a
μαιζήλων, καὶ πρὸς τὰ ὑψηλότερα μετεωρισ- depressis humi rebus abstrahi, et ad sublimia
] elevari.

ἐπὶ δὲ (20) εἰς τὸ ὄρος τὸ πλησίον, ἅμα μὲν In montem proximum ascendit, simul quidem
ν τοὺς ἐν μέσῳ θορύβους, ἅμα δὲ καὶ ἀπε- tumultus, qui in imo erant declinans ; simul etiam
τον τὴν διδασκαλίαν ποιήσασθαι βουλόμενος. B absque ulla distractione docere cupiens. Transit
γὰρ ἀπὸ τῆς θεραπείας τῶν σωμάτων ἐπὶ enim a cura corporum ad curam animarum. Nam
ρείαν τῶν ψυχῶν. Οὕτω γὰρ ἀεὶ ποιῶν διιτέ- ita semper ab illa transit ad istam, et rursus ab
ταβαίνων ἀπ' ἐκείνης ἐπὶ ταύτην, καὶ αὖθις hac ad illam, ut variam præstet utilitatem.
ύτης ἐπ' ἐκείνην, καὶ ποικίλην παρεχόμενος
λειαν.

καθίσαντος — αὐτοῦ. Συνανῆλθον μὲν καὶ Vers. 1. *Cumque sedisset — ipsius.* Simul quidem
ι, προσῆλθον δὲ οἱ μαθηταὶ, ὡς οἰκειότερον turbæ ascenderunt, discipuli autem accesserunt,
διακείμενοι, θέλοντες διδαχθῆναί τι παρ' tanquam familiarius erga eum affecti, et quippiam
ad eo discere cupientes.

ἀνοίξας — ἐδίδασκεν αὐτούς. Τίνος ἕνεκεν Vers. 2. *Et aperto — docebat eos.* Quam ob cau-
ίτε καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ ; Διότι καὶ sam dicit, quod os suum aperuit ? Quia etiam non
γων αὐτὸ ἐδίδασκεν αὐτοῦς, ἀφ' ὧν ἔπραττε. aperto ore docebat eos operibus. Ad discipulos qui-
ἐν οὖν τοὺς μαθητὰς ἀποτείνει τοὺς λόγους, dem dirigit sermonem, ne turbis molestus esse vi-
παχθὴς δόξῃ τοῖς ὄχλοις, κοινοὺς δὲ αὐτοὺς deatur, communiter tamen illum proponit ad uni-
πρὸς πάντας ἀνθρώπους καὶ καθολικούς. versos ac singulos homines.

ν — οὐρανῶν. Οὐκ εἶπεν, οἱ πτωχοὶ τοῖς C Vers. 3. *Dicens — cœlorum.* Non dixit, pauperes
τν, ἀλλ' οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι· τουτέστιν οἱ possessionibus, sed *Pauperes spiritu*, hoc est, humi-
τῇ (21) προαιρέσει καὶ τῇ ψυχῇ, ταῦτα νῦν les animo ac voluntate ; animum namque πνεῦμα,
ὠνόμασας. Οὐ γὰρ ὁ ἐκ περιστάσεώς τινος id est, *spiritum* nominavit. Neque enim qui infor-
, οὗτος μακαριστὸς, διότι οὐδὲν τῶν ἀπρο- tunio quovis humiliatur, hic beatus est, quia nihil
μακαριστόν. Πᾶσα γὰρ ἀρετὴ τῷ ἑκουσίῳ quod involuntarium est, beatificat. Omnis enim
ρίζεται. Πτωχὸν δὲ ἐνταῦθα, τὸν ταπεινὸν, virtus per id quod voluntarium est, imprimitur (*ff*)
ἀπὸ τοῦ κατεπτηχέναι, ὅ ἐστι πεφοβῆ- Pauperem autem hic vocavit animo humilem ; ut
ὁ γὰρ ταπεινόφρων ἀεὶ φοβεῖται τὸν Θεὸν, πτωχὸς, id est, pauper, dicatur ἀπὸ τοῦ πατεπτη-
ἔποτε εὐαρεστήσας αὐτῷ. Σκόπει δὲ, ὁποῖον χέναι, quod est *timuisse* sive *territum esse*. Siqui-
τῆς διδασκαλίας κατεβάλετο. Ἐπεὶ γὰρ ἡ dem humilis aut modestus animo, Deum semper
ροσύνη τὸν τε διάβολον κατέβαλε, καὶ τὸν timet, tanquam qui nihil unquam juxta illius bene-
λαστον ἐξέβαλεν, οἰηθέντα Θεὸν ἔσεσθαι μετὰ placitum peregerit. Considera vero, quale funda-
ξύλου βρῶσιν, καὶ ῥίζα καὶ πηγὴ τῶν κα- mentum doctrinæ suæ substernat. Quia enim super-
κάντων γέγονεν αὐτῇ, ἀντίπαλον αὐτῇ κατα- bia daibolum dejecit ; ac protoplastum, putantem
ι φάρμακον, τὴν ταπεινοφροσύνην, καὶ ῥίζαν D quod postquam de ligno comedisset, Deus fieret,
καὶ κρηπῖδα τῶν ἀρετῶν ὑποτίθησιν, ἧς continuo prostravit ; radixque et fons omnium facta
σθείσης ἅπαντα τἆλλα, καὶ εἰ μέχρι τοῦ οὐ- est malorum ; contrarium ipsi præparat pharma-
ἱάνουσιν, ὑποσύρονται καὶ καταπίπτουσιν, ὡς cum, animi videlicet modestiam, et hanc radicem
Φαρισαίου. ac fundamentum substruit virtutum ; quo dejecto,
omnia etiam si ad cœlum usque pertingant, detrahuntur ac decidunt, quemadmodum in Pha-
ostensum est.

Variæ lectiones et notæ.

In his prorsus abhorret versio Hentenii.
Inclusa in margine habet A.

(20) Δέ abest A.
(21) Τῇ ψυχῇ καὶ τῇ προαιρέσει A.

Imprimitur. Noscitur, signatur. Χαρακτηριζειν, *notum rei imprimere, signare.*

Aptum quoque præmium huic rependitur : pro extrema videlicet abjectione summus honor, et quo nullus major reperiri potest. Per modum autem beatitudinum præcepta hæc induxit, invidiosum devitans sermonem. Oportebat enim ut in principio mansuete cum eis loqueretur, et ita paulatim ad præcipiendum deveniret.

A Καταλληλον δὲ, καὶ τὸ ταύτης ἔπαθλον. Ἀντὶ γὰρ τῆς ἄκρας ἀτιμίας, ἄκρα τιμὴ καὶ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἐπέκεινα. Ἐν τάξει δὲ μακαρισμοῦ τὰς ἐντολὰς ταύτας εἰσήγαγεν, ἀνεπαχθέστερον τὸν λόγον ποιῶν. Ἔδει γὰρ ἐν ἀρχῇ πραότερον αὐτοῖς ὁμιλῆσαι, καὶ οὕτως ῥῆμα προβαίνειν εἰς τὸ ἐπιτάττειν.

Quam ob causam dixit pauperes, et non humiles ? Quia pauperem esse plus est, quam humilem esse. Sunt enim varii humilitatis modi : hic quidem mediocriter animo modestus est, ille vero cum excellentia ; quam humilitatem etiam David commendat, dicens : *Cor contritum et humiliatum Deus non despicies* [81].

Τίνος ἕνεκεν (22) οὐκ εἶπεν, Οἱ ταπεινοὶ, ἀλλ' Οἱ πτωχοί ; Ὅτι τοῦτο ἐκείνου πλέον. Καὶ γὰρ πολλοὶ τῆς ταπεινοφροσύνης οἱ τρόποι. Καὶ ὁ μὲν ἐστι ταπεινὸς συμμέτρως · ὁ δὲ μεθ' ὑπερβολῆς ἁπάσης. Ταύτην καὶ ὁ μακάριος Δαυὶδ ἐπαινεῖ λέγων · Καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει.

Vers. 4. *Beati — consolationem accipient.* Quia omnes putabant eos esse beatos, qui in gaudio essent, miseros vero qui in afflictione, hujusmodi opinionem radicitus evellit, contrariam substituens. Lugentes autem dicit, non qui simpliciter lugent, sed qui pro peccatis lugent. Miserum enim ac prohibitum est lugere ob ea quæ quis patitur (*gg*). *Tristitia enim mundi*, ait Paulus, *mortem operatur ; ea vero, quæ secundum Deum est, pœnitentiam in salutem stabilem* [82] ? Quomodo ergo alio loco dicit Paulus : *Gaudete in Domino semper* [83] ? Quia et ille gaudium dicit, quod e luctu oritur. Habet, namque luctus repensum sibi gaudium. Quemadmodum enim postquam vehemens pluvia impetuose descenderit, serenitas stabilior esse solet : ita quoque deductis lacrymis, tranquillitas et gaudium animi succedit.

Μακάριοι — παρακληθήσονται. Ἐπεὶ πάντες ὑπελάμβανον μακαρίους μὲν, τοὺς ἐν χαρᾷ, ἀθλίους δὲ τοὺς ἐν θλίψει, πρόῤῥιζον ἀνασπᾷ τὴν τοιαύτην ὑπόληψιν, τούναντίον ὑποτιθέμενος. Πενθούντας δὲ λέγει, οὐ τοὺς ἁπλῶς πενθοῦντας, ἀλλὰ τοὺς ὑπὲρ ἁμαρτημάτων. Τὸ γὰρ ὑπὲρ βιωτικοῦ πράγματος πενθεῖν, ἄθλιον καὶ κεκωλυμένον. Φησὶ γὰρ ὁ Παῦλος, ὅτι Ἡ μὲν τοῦ κόσμου λύπη, θάνατον κατεργάζεται · ἡ δὲ κατὰ Θεὸν, μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον. Καὶ πῶς ὁ Παῦλος πάλιν εἶπε · Χαίρετε ἐν Κυρίῳ πάντοτε ; (23) Διότι κἀκεῖνος τὴν ἐκ τοῦ πένθους λέγει (24) χαράν. Ἔχει γὰρ τοῦτο χαρὰν συγκεκληρωμένην. Καθάπερ γὰρ, ὑετοῦ σφοδροῦ καταῤῥαγέντος, εὐδία γίνεσθαι εἴωθεν, οὕτω καὶ, δακρύων κατενεχθέντων, γαλήνη καὶ χαρὰ τῇ ψυχῇ ἐγγίνεται.

Vult autem hic sermo, non modo de propriis nos lugere delictis verum etiam de alienis : et talis erat Mosis animus, Davidis, Danielis (*hh*), Pauli cæterorumque hujusmodi. Consolationem vero accipient, sive lætabuntur. Ubi ? Et in præsenti, et in futuro. In præsenti quidem ea spe, quod peccata sua luctu redimant ; in futuro vero non sola horum remissione, verum etiam beatitudine.

Βούλεται δὲ νῦν ὁ λόγος πενθεῖν ἡμᾶς μὴ μόνον ὑπὲρ τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν ἀλλοτρίων, οἷα ἦν ἡ ψυχὴ Μωϋσέως καὶ Δαυὶδ καὶ Παύλου καὶ τῶν τοιούτων. Παρακληθήσονται δὲ, ἤγουν εὐφρανθήσονται. Ποῦ ; Καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐκεῖ. Ἐνταῦθα μὲν, τῇ ἐλπίδι τῆς ἀπολυτρώσεως αὐτῶν· ἐκεῖ δὲ, οὐ μόνον τῇ ἀφέσει τούτων, ἀλλὰ καὶ τῇ μακαριότητι.

† Nam qui filios aut uxores mortuas lugent, non possessiones aut propria amant corpora (*ii*), nec eo turbinis tempore ullo modo concupiscunt, non injuriis exasperantur, nec alia obsidentur affectione : quanto magis qui suas lugent ægritudines (*jj*), eo modo quo eas lugere dignum est.

Οἱ γὰρ (25) παῖδας καὶ γυναῖκας ἀποθανόντας θρηνοῦντες, οὐ χρημάτων, οὐ σωμάτων ἐρῶσιν, οὐδὲ κατ' ἐκεῖνον τῆς ὀδύνης τὸν καιρὸν ἄλλου τινὸς ἐφίενται, οὐχ ὕβρεσι παροξύνονται, οὐχ ὑπὸ ἄλλου πολιορκοῦνται τινος πάθους · πόσῳ μᾶλλον οἱ τὰ ἁμαρτήματα πενθοῦντες τὰ ἑαυτῶν, ὡς πενθεῖν ἄξιον ;

Vers. 5. *Beati — terram.* Quoniam olim ab hominibus magno studio affectabatur terræ possessio, hanc etiam pro virtutis præmio ponit. Quidam sane

Μακάριοι — τὴν γῆν. Ἐπεὶ πάλαι τοῖς ἀνθρώποις περισπούδαστος ἦν ἡ κληρονομία τῆς γῆς, τίθησι καὶ ταύτην ἔπαθλον ἀρετῆς. Καὶ τινες μὲν γῆν νοη-

[81] Psal. L, 19 [82] II Cor. VII, 10. [83] Philipp. IV, 4.

Variæ lectiones et notæ.

(22) Hoc scholium in neutro meorum legitur. Excerptum autem est ex Chrys. tom. VII, p. 185. E.
(23) Πάντες B.
(24) Φάσκει A.
(25) Hoc in nullo meorum comparet. Repetitum est ex Chrysost. tom. VII, p. 187. D.

(*gg*) *Ob ea quæ quis patitur.* Ob rem terrestrem ob casum, ob infortunium humanum.
(*hh*) Δανιὴλ in nullo meorum legitur.
(*ii*) Forte invenit σωματων ἰδίων.
(*jj*) *Suas ægritudines.* Peccata sua.

τὴν ἐν οὐρανῷ λέγουσιν, ὁ δὲ (26) Χρυσόστομός φησι, A ὅτι καὶ αἰσθητὸν τέθεικεν ἔπαθλον, διὰ τοὺς παχυτέρους, τοὺς τὰ αἰσθητὰ πρὸ τῶν νοητῶν ζητοῦντας. Εἴωθε γὰρ δι' ὅλου τοῦ Εὐαγγελίου προτρέπειν εἰς ἀρετὴν, ποτὲ μὲν, ἀπὸ τῶν μελλόντων, ποτὲ δὲ, ἀπὸ τῶν παρόντων, καὶ οὔτε ὅταν νοητὰ ἔπαθλα τίθηται, ἀποστερεῖ τῶν αἰσθητῶν, οὔτε, ὅταν αἰσθητὰ, ἀφαιρεῖται τὰ νοητά. Ζητεῖτε γὰρ, φησὶ, τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. Καὶ αὖθις· Οὐδείς ἐστιν ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν, ἢ γονεῖς, καὶ τὰ ἑξῆς, ὃς οὐ μὴ ἀπολάβῃ πολλαπλασίονα ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ μέλλοντι ζωὴν αἰώνιον.

Πραεῖς (27) λέγονται, οὐχ οἱ μηδόλως ὀργιζόμενοι· οἱ τοιοῦτοι γὰρ ἀναίσθητοι· ἀλλ' οἱ θυμὸν μὲν B ἔχοντες, κρατοῦντες δὲ, καὶ ὅτε δεῖ ὀργιζόμενοι, ὡς καὶ Δαυὶδ εἶπεν· Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε.

Μακάριοι — χορτασθήσονται. Ἐπεὶ μέλλει περὶ ἐλεημοσύνης εἰπεῖν, προαναιρεῖ τὴν πλεονεξίαν, ἵνα καθαρὸς ὁ ἔλεος γίνηται. Ἡ δικαιοσύνη γὰρ, ἀντίπαλός ἐστι τῇ πλεονεξίᾳ. Οἱ πεινῶντες δὲ καὶ διψῶντες εἶπεν, ἀντὶ τοῦ, Οἱ σφόδρα ἐπιθυμοῦντες, ὅπερ ὁ σφοδρὸς ἔρως τῆς πλεονεξίας, ἐπὶ τὴν δικαιοσύνην μεταστὰς, ἀνέλῃ ἐκείνην. Χορτασθήσονται δὲ, παντὸς ἀγαθοῦ.

Ἐπειδὴ (28) οἱ πλεονέκται δοκοῦσιν εὔποροι εἶναι καὶ χορτάζεσθαι, διὰ τοῦτό φησιν, ὅτι οἱ δίκαιοι μᾶλλον χορτασθήσονται.

Μακάριοι — ἐλεηθήσονται. Παρὰ τοῦ Θεοῦ, δηλονότι. Πλὴν οὐ τοσοῦτον, ὅσον ἠλέησαν. Ὅση γὰρ ἐστὶ C διαφορὰ πονηρίας καὶ ἀγαθότητος, ἢ μᾶλλον, ὅση ἀθρώπου καὶ Θεοῦ, τοσαύτη καὶ ἀνθρωπίνης καὶ θείας ἐλεημοσύνης.

Οὐχὶ (29) διὰ χρημάτων μόνον ἔστιν ἐλεεῖν, ἀλλὰ καὶ λόγου, κἂν μηδὲν ἔχῃς, διὰ δακρύων. Ποικίλος γὰρ ὁ τῆς ἐλεημοσύνης τρόπος, καὶ πλατεῖα αὕτη ἡ ἐντολή. Ἐλεηθήσονται δὲ ἐνταῦθα μὲν, παρὰ ἀνθρώπων· ἐκεῖ, δὲ, παρὰ τοῦ Θεοῦ.

Μακάριοι — ὄψονται. Καθαροὺς τῇ καρδίᾳ νόει, τοὺς μηδέν τι πονηρὸν ἑαυτοῖς συνειδότας, ἢ τοὺς φυλάσσοντας τὴν καρδίαν ἀμόλυντον ἀπὸ τῶν ἡδυπαθειῶν, ὅπερ ὁ Παῦλος ἁγιασμὸν ἐκάλεσεν, εἰπών· Εἰρήνην διώκετε μετὰ πάντων, καὶ τὸν ἁγιασμὸν, D οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον. Ὄψονται δὲ τὸν Θεὸν, ὡς δυνατὸν ἀνθρωπίνῃ φύσει. Τέθεικε δὲ τὸν μακαρισμὸν τοῦτον μετὰ τὸν τῆς ἐλεημοσύνης,

terram intellectualem, cœlum esse dicunt. Chrysostomus vero ait, quod et sensibilem pro præmio posuerit, propter crassiores, qui sensibilia potius quam intelligibilia quæsunt. Toto namque Evangelio ad virtutem solet adhortari, quandoque per futura, interdum quoque et per præsentia. Quanquam neque ubi intelligibilia ponit præmia, privat sensibilibus : neque e diverso, cum sensibilia pollicetur, intelligibilia aufert. *Quærite* enim, inquit *primum regnum Dei et justitiam ejus, et hæc omnia adjicientur vobis* [84]. Et rursus : *Nemo est qui reliquerit domum aut patrem* [85], etc., *qui non fruatur multo pluribus in hoc tempore,et in futuro sæculo, vita æterna.*

† Mites dicuntur, non qui penitus non irascuntur : hujusmodi enim insensati sunt, sed qui iram quidem sentiunt, sese tamen continent, quando autem oportet irascuntur, sicut dicit David : *Irascimini et nolite peccare* [86]

Vers.6.*Beati—saturabuntur.*Quia de eleemosyna dicturus est, aufert primum avaritiam ut pura fiat misericordia, justitia enim avaritiæ contraria est. Dixit autem, *esurientes et sitientes*, hoc est, plurimum concupiscentes, ut vehemens avaritiæ amor in justitiam translatus, illam perimat. Saturabuntur autem, omni videlicet bono.

† Quia avari abundantes esse videntur et saturati, ideo ait justos potius saturandos esse.

Vers. 7. *Beati — misericordiam consequentur.* A Deo certe, sed non tantam duntaxat, quantam ipsi præstiterunt. Quantum enim interest inter malum et bonum, aut potius quantum inter hominem et Deum, tantum humana misericordia distat a divina.

† Non possessionibus tantum præstatur misericordia, sed et sermonibus.Quod si nihil habueris, etiam lacrymis præstatur : varius est enim eleemosynæ modus, latumque præceptum. Misericordiam vero consequentur, hic ab hominibus et in futurum a Deo.

Vers. 8. *Beati — videbunt.* Puros corde intelligit qui nullius peccati sibi conscii sunt : aut qui cor servant a voluptatibus impollutum, quam sanctimoniam vocat Paulus, dicens [87] : *Pacem sectamini ad omnes et sanctimoniam ; sine qua nemo videbit Deum.*Videbit autem Deum,dixit,tanquam humana natura potentem (*kk*). Hanc vero beatitudinem post eleemosynam posuit, nam multi justitiam ac elee-

[84] Matth. VI, 33. [85] Luc. XVIII, 29, 30. [86] Psal. IV, 5, [87] Hebr. XII, 14.

Variæ lectiones et notæ

(26) Tom. VII, p. 188. C.

(27) Hoc in meis non legitur. Ex Theophyl. p. 26 C desumptum.

(28) Etiam hoc ex Theophylact. p. 26 D. Mei non agnoscunt.

(29) Theophylact. p. 26 E et Chrysostom. t. VII, pag. 189 D.

(*kk*) *Tanquam — potentem.* Ut concessum creaturæ humanæ.

mosynam assecuti, circa voluptates devicti sunt. Ostendit itaque solas illas non sufficere virtutes.

Est hoc scholium, ut pleraque SS. Patrum, argutum, spectans magis οἰκοδομὴν καὶ ἄσκησιν, quam ἐξήγησιν καὶ κρίσιν. Defendit tamen, *comprobantibus præstantioribus codicibus*, contra Chrysostomum et Euthymium, lectionem vulgatam.

Quid autem ad exemplum novorum interpretum ex Bielii Lexico attulit magnus Origenes ? Continuo cognosces.

Ὠριγένους · Δεῖ τὸν ἀκούοντα (Respicit ergo hunc locum) συνιέναι τῶν λεγομένων. Ἡ γὰρ σύνεσις D φρόνησιν (φρόνιμος ergo attingit) παρέχει, καὶ ταύτῃ τὸ ἔργον (ἡ οἰκοδομή). Ἀκολουθεῖ · καὶ οἰκοδομεῖ (ecce ut per frictionem frontis phantasiam inflammarit!) λίθους (lapidibus enim ad ædificandum opus) ἐκλεκτοὺς (sed ad fundamentum etiam descendendum) ἐπὶ τὸν τῶν προφητῶν καὶ ἀποστόλων θεμέλιον (*I Cor.* III, 11, 12), περὶ οὗ λέγει. Ἐὰν μὴ (quomodo hoc in mentem ei venerit ? Scilicet ex Bielii Lexico in vocabulo οἰκοδομεῖν). Κύριος οἰκοδομήσῃ (Psal. CXXVI, 1) οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες αὐτόν. Δόξα καὶ πλοῦτος ἔσται ἐν τῷ οἴκῳ τούτῳ unde hæc ? Ex Bielio in οἶκος. Vide Psal. CXI, 3), αὐτὸς δὲ ὁ οἶκος ἐκ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ οἰκοδομούμενος (domus enim exædificata habitatur etiam) οἰκητήριον τοῦ Θεοῦ γίνεται. (Affer Lexicon). Ἐνοικήσω γάρ (*II Cor.* VI, 16) ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω. Οὕτος ἐπὶ τὴν πέτραν ᾠκοδόμηται. Ἡ δὲ πέτρα (*I Cor.* X, 4) ἦν ὁ Χριστὸς. Θεμέλιον γὰρ ἄλλον (*I Cor.* III, 11) οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν ὁ Χρίστος. (Deleatur ergo in N. T. Ἰησοῦς et addatur ὁ. Ita enim Origenes in suis codicibus reperit. Sed unde ὁ Χριστός ; Ex proximo : Ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός.) Τὸ δὲ ἀκούων καὶ ποιῶν. (Ecce, ut textum urgeat !) Πάντα γὰρ ὅσα ἐὰν ποιήσητε, (Lexicon, in ποιεῖν, notat Coloss. III, 17.) Εἴτε διὰ λόγων, εἴτε δι' ἔργων, ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ ποιεῖτε. (Hic jam plura corrigenda sunt in N. T.) Ἐὰν γὰρ ᾖ ὁ θεμέλιος κείμενος ἐπὶ τὴν πέτραν, οὔτε ἄνεμος οὔτε βροχὴ οὔτε ποταμοὶ δύνανται βλάψαι τὴν οἰκίαν ἐκείνην. (Ingeniosa sunt, quæ addit.) Χειμῶνος γίνονται ποταμοὶ, ἄνεμοι καὶ βροχαί. (Sed quæ nunc affert, divina sunt.) Διὸ εὔχεσθε (Lexicon. in χειμῶνος, notat Matth. XXIV, 20) μὴ γενέσθαι χειμῶνος τὴν φυγὴν ὑμῶν. (Multa hic quoque corrigenda in Matthæo. Ita enim Origenes in suis codicibus legebat.) (Sed epiphonema et grave est et tameu acutum.) Τοῖς γὰρ δίκαιοις ὁ αἰὼν οὗτος, χειμὼν ἐστιν.]Amen.] *Ich frage, wenn einer eine solche Predigt auf dem Dorfe hörte, ob er nicht einschliefe, oder lachte, oder davon schliech ? Und dieser leichtsinnige, verworrene, rasende Kerl, der in Alexandrien Humaniora docirt, und die grammatische Erklärung der Schrift erfunden haben soll, die nämlich die Apostel nicht einmal wussten, dieser, sollte man es glauben ? ist der Anführer der jetzigen neuen Kritiker des Neuen Testaments !*

(59) ἀπερίτρεπτον A. Ad. οἶκον ergo retulit

(60) ἀγωγῆς A. quod alienum est. Ἐπαγωγὴ a Grammaticis explicatur : συμφορὰ, πειρασμὸς. τὸ ὀπωσοῦν κακῶς ἐπαγόμενον. Sæpius ita apud LXX.

(61) τοῦ omittit B.

(62) πνεῦμα A. Loco laudato est πνευματικά.

(*dd*) *Intelligentis — operationem.* Intelligibilem mentis domum

λοντες, οὐ δυνανται καταβαλεῖν καὶ διαλῦσαι τὴν οἰκοδομὴν αὐτῆς, διότι τεθεμελίωται στερρῶς ἐπὶ πέτραν, ἤγουν, ἐπὶ ἀσφάλειαν, ὡς εἴρηται.

A nitantes, non potuerunt dejicere aut dissolvere eam, quia fundata erat firmiter super petram, sive super soliditatem, ut dictum est.

Καὶ ὅρα μοι τοὺς ἀποστόλους εὐθέως, ἐφ' οὓς πολλαὶ μὲν ἐπιβουλαὶ χυθεῖσαι, μυρίοι δὲ χειμῶνες συμφορῶν καταῤῥαγέντες, οὐκ ἴσχυσαν περιτρέψαι τὸν πύργον τῆς ψυχῆς αὐτῶν. ἀλλὰ, τῶν σωμάτων αὐτοῖς διαφθειρομένων, μεμενήκασι τὰς γνώμας ἀνάλωτοι καὶ ἀήττητοι.

Statim itaque apostolos mihi intuere, in quos plurimæ defluxerunt insidiæ, ac innumeræ calamitatum hiemes deciderunt : nec valuerunt animarum eorum turrim evertere, sed perditis certe corporibus animo permanserunt inexpugnabiles ac insuperabiles.

Καὶ — μωρῷ. Ἐπειδή τινες τῶν ἀκροατῶν ἔμελλον ἐπαινεῖν μὲν τὰ εἰρημένα, μὴ ποιεῖν δὲ αὐτά, προκαταλαμβάνων ἐκφοβεῖ τούτους διὰ παραβολῆς. Ἔργα δὲ φρονίμου καὶ μωροῦ θεὶς, τοῦ μὲν συνετὰ, τοῦ δὲ μάταια, ἀμφοτέρωθεν κατασκευάζει τοῖς μαθηταῖς τὴν σωτηρίαν, διά τε τοῦ ζήλου τῆς συνέσεως, καὶ τοῦ μίσους τῆς ματαιοπονίας. Τοῦτο δὲ πολλάκις ποιεῖ, προτρέπων εἰς ἀρετὴν, ἀπό τε μιμήσεως τῶν καλῶν, καὶ ἀπὸ μίσους τῶν χειρόνων.

Vers. 26. *Et — fatuo.* Quia nonnulli auditorum laudaturi erant quæ dixerat, nec tamen ea facturi : per parabolam hos anticipando deterret. Positis autem prudentis atque fatui operibus : illius quidem rationi consonis et honestis, hujus autem vanis : utrinque discipulorum confirmavit salutem, et per zelum prudentiæ, et per odium vani laboris. Hoc autem frequenter facit : ad virtutem adhortans, et ab imitatione bonorum, et ab odio malorum.

Ὅστις — ἔπεσε. Δικαίως μωρὸν αὐτὸν ἐκάλεσε. Τί γὰρ ἀνοητότερον τοῦ κτίζοντος οἰκίαν ἐπὶ τὴν ἄμμον, καὶ τὸν μὲν πόνον ὑπομένοντος, τῆς δὲ ἐντεῦθεν ἀπολαύσεως ἀποστερουμένου. Τοῦτο δὲ βούλεται νῦν εἰπεῖν, ὅτι Πᾶς ὁ μαθὼν τὰς ἐντολάς μου, καὶ μὴ ἐπὶ ταύταις, ὡς ἐπὶ θεμελίῳ στερρῷ, τὰς ἑαυτοῦ πράξεις οἰκοδομῶν, τουτέστι, μὴ ὡς αὗται παραινοῦσι πολιτευόμενος, ἀλλ' ἑτέραν ὁδὸν βαδίζων, μωρός ἐστι, μάτην κάμνων. Παντοίοις γὰρ πειρασμοῖς ἐν καιρῷ περιστάσεως εὐάλωτος γίνεται. Ἐπεὶ δὲ ὁ τοιοῦτος δι' οὐδὲν ἕτερον παρατρέχει τὰς τοῦ Σωτῆρος ἐντολὰς, ἢ διὰ μόνην τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδὸν αὐτῶν, εἰκὸς ἂν ἄμμος ἡ φιληδονία, ἐφ' ἣν οἰκοδομεῖ τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν. Διὸ καὶ πειρασμοῦ προσβάλλοντος, πίπτει εἰς ἄρνησιν, μὴ φέρων τὴν πικρίαν, οἷα μὴ συνειθισμένος πόνοις καὶ σκληραγωγίαις.

Vers. 26. *Qui* — Vers. 27. *cecidit.* Merito stultum illum nominavit. Quid enim insipientius eo qui domum suam super arenam ædificat, et cum laborem sustineat, privatur tamen fructu quem inde colligere oportuit ? Est ergo tantumdem, ac si diceret : Omnis qui postquam præcepta mea didicit, super ea quasi super solidum fundamentum, suas actiones non ædificat, hoc est non conversatur juxta id quod illa admonent, sed alia incedit via, stultus est et vane laborat, hoc est, variis tentationibus, afflictionis tempore facile superabitur. Cum autem talis ob aliud nihil prætermittat salutis præcepta, quam propter viam arctam et angustam, erit sane arena voluptatum amor, super quam suam ædificat conversationem : ideoque ingruente tentatione, in negationem cadit, non ferens acerbitatem, eo quod laboribus durisque asperitatibus non sit assuetus.

Καὶ — μεγάλη. Πάντως μεγάλη. Καὶ γὰρ οὐκ ἀπὸ δόξης πέπτωκεν, οὐδ' ἀπὸ πλούτου, καὶ τοιαύτης ἄλλης ἀνθρωπίνης εὐημερίας, ἀλλ' ἀπὸ τῆς εἰς Χριστὸν πιστεως. Ὁ μὲν γὰρ ἄπιστος, οὐ πίπτει· κεῖται γὰρ διὰ παντὸς ἐν τῷ βόθρῳ τῆς πλάνης· ὁ δὲ τοιοῦτος ὑπερῤῥηθεὶς, καὶ ἀναχθεὶς ἐπὶ τὸ τῆς πίστεως ὕψος, εἶτα μεταχλιθεὶς, οὗτος πίπτει, καὶ ἐκπίπτει τῆς αἰωνίου ζωῆς.

Vers. 27. *Et — magna.* Magna utique. Neque enim ab honore excidit aut divitiis, seu alia hujusmodi humana prosperitate : sed a fide in Christum. Nam qui infidelis est, non cadit, sed jacet penitus in fovea erroris ; qui vero ab hac extractus, et ad fidei altitudinem sublevatus, postea revocatur : hic cadit, et a vita excidit æterna.

Καὶ — αὐτοῦ. Ἔθος ἐστὶν Ἑβραίοις, ἐν ταῖς ἀρχαῖς πολλάκις τῶν διηγήσεων ἁπλῶς τιθέναι τὸ, Ἐγένετο. Σὺ δέ μοι θαύμασον τὸ φλήκτιον τῶν ὄχλων, καὶ τὸ καρτερικὸν ἐν ταῖς ἀκροάσεσιν. Ἄχρι γὰρ συνεπλήρωσε τοὺς λόγους τῆς διδασκαλίας, παρ' ἐκεῖνον ἡδέως ἀκούοντες. Ἐξεπλήσσοντο δὲ, ὡς ἐλεύθεροι φθόνου καὶ πονηρίας. Εἶτα λέγει καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἐκπλήξεως.

Vers. 28. *Et — ipsius.* Habent Hebræi pro consuetudine in principio alicujus narrationis simpliciter ponere : *Et factum est.* Tu autem admirare mihi turbarum attentionem ac tolerantiam in audiendo : quæ donec complerentur omnia doctrinæ verba, libenter perseverabant. Obstupuerunt vero, tanquam ab invidia ac malitia alieni. Deinde causam quoque ponit stuporis.

Ἦν — γραμματεῖς. Ἦν διδάσκων μετὰ παῤῥησίας, καὶ οὐ μεθ' ὑποστολῆς, ὡς οἱ Γραμματεῖς. Ἢ διότι οἱ Γραμματεῖς μὲν εἰς τὸν νόμον καὶ εἰς τοὺς προφήτας ἀνέφερον ἃ ἐδίδασκον, οἷον ὅτι Ὁ νόμος κελεύει τάδε, καὶ οἱ προφῆται τάδε φασίν· ὁ δὲ

Vers. 29. *Erat — Scribæ.* Docebat cum increpandi fiducia, et non cum metu, quemadmodum Scribæ. Vel, quia Scribæ a lege et prophetis proferebant ea quæ docebant, utpote dicentes : Hæc Jubet lex : ista dicunt prophetæ ; Christus vero

accepta a seipso auctoritate, docebat, ac legem ferebat, et continue addebat : *Ego autem dico vobis*, et tanquam futuri judex sæculi, bonis quidem promittebat salutem, malis vero comminabatur supplicium.

CAP. VI. *De leproso.*

CAP. VIII. Vers. 1. *Cum autem descendisset —multæ.* A doctrina transit ad miracula. Quia enim tanquam auctoritatem habens docebat, ne jactabundus esse putetur et arrogans, operibus quoque suam ostendit potestatem, et sermones re ipsa confirmat- Considera etiam turbarum benevolentiam : ipsi siquidem doctrinam sublimem (*ee*) auribus percipiebant et admirabantur, credebant ac sequebantur. Principes autem ipsorum et Scribæ promulgantibus quoque virtutem ejus signis, offendebantur ac irritabantur.

Vers. 2. *Et ecce — mundare.* Non dixit : Si Deum invocaveris : sed, *Si vis*, quod argumentum est indubitatæ fidei. Cum enim audisset de doctrina ac potentia ejus, credidit Deum esse qui omnia posset. Ideo etiam cum fervore accessit. Nam quod simpliciter dixit Matthæus : *Adorabat*, manifestius ait Marcus : *Genibus provolutus* [48]. Lucas vero similiter, quod *procidit in faciem et deprecabatur ipsum* [49].

Vers. 3. *Et — lepra ejus.* Volens sane leprosi confirmare judicium, quod recte opinatus esset ipsum esse Deum omnipotentem, turbisque ostendere potentiam suam, sicut diximus, ait : *Volo, mundare.* Hic autem : *Volo*, benignitatis indicium est ; *Mundare* vero potentiæ.

Cum autem hunc verbo sanaret, quam ob causam manu quoque extenta tetigit eum ? Quia lex erat quæ leprosum tangere prohibebat. Volens autem Christus ostendere quod tanquam Deus supra legem esset (nam hæc adversus nudos homines statuta erat), audacter tetigit, nec ullus e turba contradixit. Ex præmissis enim certi erant, quod omnia legitime faceret. Simul etiam docebat, non abominandam esse corporalem lepram eorum qui ejusdem sunt generis. Solam namque lepram animæ convenit exsecrari, quæ est peccatum. Non solum enim manus ipsius impuritatem non contraxit ad contactum corporis leprosi, quin potius illud emundavit. Quia igitur pulchritudine animæ nostræ lepra deletur peccati (*ff*), accedamus ad sermonem præceptorum Christi, ut postquam nos tetigerit, ipsam emundet.

Vers. 3. *Et — dixeris.* Præcepit ut taceret, et ipse laudem fugiens apud homines, et eos instruens

A Χριστὸς ἀφ' ἑαυτοῦ, κατ' ἐξουσίαν ἐδίδασκε, καὶ ἐνομοθέτει, καὶ συνεχῶς προσετίθει τό· Ἐγὼ (63) δὲ λέγω ὑμῖν· καὶ ὡς κριτὴς τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἐπηγγέλλετο σωτηρίαν· τοῖς πονηροῖς δὲ ἠπείλει κόλασιν.

ΚΕΦ. ς. Περὶ τοῦ λεπροῦ.

Καταβάντι δὲ αὐτῷ — πολλοί. Ἀπὸ τῆς διδασκαλίας, ἐπὶ τὰ θαύματα μεταβαίνει. Ἐπεὶ γὰρ, ὡς ἐξουσίαν ἔχων ἐδίδασκεν, ἵνα μὴ νομισθῇ κομπάζειν καὶ ἀλαζονεύεσθαι, δείκνυσι τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ καὶ ἐν τοῖς ἔργοις, καὶ βεβαιοῖ τοὺς λόγους ἀπὸ τῶν πράξεων. Σκόπει δὲ καὶ τὴν τῶν ὄχλων εὐγνωμοσύνην, ὅτι αὐτοὶ μὲν, ψιλοὺς λόγους ἠνωτισάμενοι, καὶ ἐθαύμασαν καὶ ἐπείσθησαν καὶ ἠκολούθησαν· οἱ ἄρχοντες δὲ αὐτῶν καὶ οἱ Γραμματεῖς καὶ B τῶν σημείων ἀνακηρυττόντων τὴν αὐτοῦ δύναμιν, ἐσκανδαλίζοντο καὶ ἠγρίαινον.

Καὶ ἰδοὺ — καθαρίσαι. Οὐκ εἶπεν, Ἐὰν παρακαλέσῃς τὸν Θεὸν ἀλλ', Ἐὰν θέλῃς, ὅπερ ἀπόδειξίς ἐστιν ἀδιστάκτου πίστεως. Μαθὼν γὰρ περὶ τῆς διδασκαλίας καὶ δυνάμεως αὐτοῦ, ἐπίστευσεν, ὅτι Θεὸς οὗτός ἐστι παντοδύναμος. Διὸ καὶ μετὰ θερμότητος προσῆλθεν. Ὁ μὲν γὰρ Ματθαῖος ἁπλῶς εἶπεν, ὅτι Προσεκύνει· ὁ δὲ Μάρκος, φανερώτερον, ὅτι γονυπετῶν ἦν· καὶ ὁ Λουκᾶς δὲ, ὁμοίως, ὅτι Πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον ἐδεήθη αὐτοῦ.

Καὶ — αὐτοῦ ἡ λέπρα. Βουλόμενος ἐπιβεβαιῶσαι μὲν καὶ τοῦ λεπροῦ τὴν διάγνωσιν, ὅτι ὀρθῶς ὑπέλαβεν, εἶναι αὐτὸν Θεὸν πάντα δυνάμενον· ἐπιδεῖξαι δὲ καὶ τοῖς ὄχλοις τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ, καθὼς C εἰρήκαμεν, εἶπε, Θέλω, καθαρίσθητι. Ἐνταῦθα δὲ, τὸ μὲν, Θέλω, φιλανθρωπίας ἐστὶν ἀπόδειξις· τὸ δὲ, Καθαρίσθητι, δυνάμεως.

Καὶ ἐπεὶ λόγῳ ἐάσατο τοῦτον, τίνος ἕνεκεν ἐκτείνας τὴν χεῖρα ἥψατο αὐτοῦ ; Διότι νόμος ἦν, κωλύων ἅπτεσθαι λεπροῦ. Δεῖξαι δὲ βουλόμενος ὁ Χριστὸς, ὅτι ὡς Θεὸς ὑπέρκειται τοῦ νόμου· κατὰ γὰρ τῶν ψιλῶν ἀνθρώπων οὗτος νενομοθέτητο· θαῤῥαλέως ἥψατο, καὶ οὐδεὶς ἀντεῖπεν ἀπὸ τῶν ὄχλων· πεπληροφόρηντο γὰρ ἐκ τῶν προλαβόντων, ὅτι κατὰ λόγον πάντα ποιεῖ, καὶ ἅμα ἐδίδαξε, μὴ βδελύττεσθαι τὴν σωματικὴν λέπραν τῶν ὁμοφύλων. Χρὴ γὰρ μόνην φοβεῖσθαι τὴν (64) ψυχικὴν, ἥτις ἐστὶν ἡ ἁμαρτία. Καὶ γὰρ οὐ μόνον οὐ μετέλαβεν ἀκαθαρσίας ἡ τούτου χεὶρ, ἁψαμένη τοῦ λεπροῦ σώματος, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐκαθάρισε τοῦτο. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ τῷ κέλυφι D τῆς ψυχῆς ἡμῶν ἡ λέπρα τῆς ἁμαρτίας ἐλυμήνατο, προσέλθωμεν τῷ λόγῳ τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἁψάμενος ἡμῶν καθαρίσει ταύτην.

Καὶ — εἴπῃς. Παρήγγειλεν αὐτῷ σιγᾷν, αὐτός τι φεύγων τὸν παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἔπαινον, καὶ παι-

[48] Marc. I 40, [49] Luc. v, 12.

Variæ lectiones et notæ.

(63) δέ, omittit A.

(64) Ita correxi, loco ψυχήν.

(*ee*) *Doctrinam sublimem.* Sola verba.

(*ff*) *Pulchritudine —peccati.* Cum ergo pulchritudini mentis nostræ lepra peccati detrimentosa fuerit.

δεύων τοὺς εὐεργετοῦντας, μισεῖν τὸ φιλότιμον· καίτοι σαφῶς ἐγίνωσκεν, ὅτι οὐ σιγήσει, ἀλλὰ καὶ τρανῶς ἀνακηρύξει τὸν εὐεργέτην· ὅμως τὸ οἰκεῖον ποιεῖ καὶ παραγγέλλει. Χρὴ γὰρ τὸν μὲν εὐεργετοῦντα παραγγέλλειν σιγᾷν, διὰ μετριοφροσύνην· τὸν δὲ εὐεργετούμενον κηρύττειν δι' εὐγνωμοσύνην (65).

A qui beneficia in aliquen conferunt, ut ambitionem exsecrentur. Atqui manifeste sciebat Christus, quod taciturus non esset, sed benefactorem palam prædicaturus ; attamen quod suum este facit et præcipit. Oportet enim eos qui beneficia conferunt, modestiæ causa præcipere silentium ; eos vero, qui beneficio sunt affecti, prædicare propter gratitudinem.

Ἀλλ' — Μωϋσῆς. Ἐκέλευεν ὁ νόμος, τὸν καθαρισθέντα λεπρὸν μὴ τοῖς ἑαυτοῦ πιστεύειν ὀφθαλμοῖς, ἀλλὰ τοῖς τοῦ ἱερέως ἀναθεῖναι τὴν κρίσιν τοῦ καθαρισμοῦ, καὶ μὴ πρότερον ἀναμιγῆναι τοῖς καθαροῖς, εἰ μὴ ἐμφανισθῇ τούτῳ, καὶ παρὰ τούτου λογισθῇ καθαρός· εἶτα προσάγειν δῶρον ὑπὲρ ἐξιλασμοῦ, καθὼς ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ Λευϊτικοῦ γέγραπται. Πῶς οὖν εἶπεν, ὅτι Ὃ προσέταξε Μωϋσῆς ; ὁ Θεὸς γὰρ τοῦτο προσέταξε. Διότι νομοθέτης λέγεται καὶ ὁ Μωϋσῆς, ὡς γράψας, ὅσα ὁ Θεὸς ἐνομοθέτησε. Τὴν μὲν οὖν θεραπείαν αὐτὸς εἰργάσατο, τὴν δοκιμασίαν δὲ ταύτης τῷ ἱερεῖ παρέπεμψεν, ἵνα μὴ δόξῃ τὸ τῶν ἱερέων ὑφαρπάζειν ἀξίωμα.

Vers. 4. *Sed — Moses.* Jussit lex, ne is qui a lepra mundatus esset suiipsius oculis crederet, sed oculis sacerdotis judicium emendationis committeret, neque prius his qui mundi essent commisceretur, quam se illi manifestasset, et ab eo fuisset mundus judicatus ; deinde munus pro purificatione adduceret, sicut in libro Levitici scriptum B est. Quomodo ergo dicit : *Munus quod præcepit Moses,* cum id jusserit Deus ? Quia Moses legislator dicitur, utpote qui scripsit, quæ Deus statuerat. Sanitatem itaque ipse operatus est, approbationem vero ipsius, sacerdoti commisit, ne sacerdotum munus sibi latenter rapere videretur.

Εἰς — αὐτοῖς. Εἰς ἔλεγχον αὐτῶν, φησὶ δή, τῶν ἱερέων. Μαρτύριον γὰρ νῦν, τὸν ἔλεγχον λέγει. Ἐπεὶ γὰρ οὗτοι παράνομον αὐτὸν ὠνόμαζον, παρήνεσε τῷ καθαρισθέντι λεπρῷ τηρῆσαι τὸν νόμον, καὶ ποιῆσαι, ὅσα ἐκεῖνος προσέταξε. Τοῦτο δὲ παρῆνεσεν εἰς ἔλεγχον αὐτῶν. Πῶς γὰρ ἂν παρήνεσε τηρῆσαι τὸν νόμον, εἰ παράνομος ἦν ;

Vers. 4. *In — illis.* Ad redargutionem illorum ; dico sane sarcerdotum. Nam μαρτύριον, id est, testimonium, vocat redargutionem. Quia enim illi transgressorem legis eum dicebant : emundatum leprosum admonet ut servaret legem, et faceret quæcunque lex præceperat. Hoc autem ad redargutionem illorum admonet. Nam quomodo legem servare admoneret. si legis trangressor esset.

Χρὴ δὲ παρατηρεῖν, πῶς ποτὲ μὲν παραλύει τὸν νόμον, ὁδοποιῶν τῇ μετὰ θάνατον αὐτοῦ φιλοσοφίᾳ καὶ πολιτείᾳ τῶν Χριστιανῶν, καὶ προοιμιαζόμενος τὴν ἐπὶ ταύτης ἀνάπαυσιν τοῦ παλαιοῦ καὶ γεγηρακότος νόμου· ποτὲ δὲ φυλάττει τοῦτον, συγκαταβαίνων τῇ ἀσθενείᾳ τῶν Ἰουδαίων, ἵνα μὴ σκανδαλίσῃ αὐτούς.

Observandum vero quo pacto interdum quidem C legem solvit, viam aperiens philosophiæ atque conversationi Christianæ, quam post mortem suam vigere oportebat, ac præparans cessationem legi veteri, jamque senescenti ; quandoque vero illam servat, demitens se ad imbecillitatem Judæorum, ne eos offenderet.

ΚΕΦ. Ζ'. Περὶ τοῦ ἑκατοντάρχου.

CAP. VII. *De centurione.*

Εἰσελθόντι δὲ αὐτῷ — βασανιζόμενος. — Βέβληται, ἀντὶ τοῦ, Ἔῤῥιπται.

Vers. 5. 6. *Cum autem ingressus esset — discruciatur. Jacet,* hoc est, projectus est.

Καὶ — αὐτόν. Διατί μὴ κληθεὶς εἰς τὴν οἰκίαν, αὐτεπάγγελτος ἔλθεῖν λέγει ; Διότι προέγνω αὐτὸν πεπιστευκότα, ὅτι Θεός ἐστι, καὶ λοιπὸν ἠθέλησε τὴν πολλὴν αὐτοῦ πίστιν ἐκκαλυφθῆναι καὶ τοῖς ἀκολουθοῦσι, καὶ πρόσχες τοῖς ἑξῆς.

Vers. 7. *Et — eum.* Quare non vocatus in domum, sua sponte venturum se dicit ? Quia præcognovit illum jam credere quod Deus esset : et ita voluit magnam ejus fidem his etiam qui sequebantur, detegere. Intende ergo iis quæ sequuntur.

Καὶ — μου· — Οὐκ εἰμι, φησὶν, ἄξιος, διὰ τὸ εἶναί σε θεόν · ἀλλ' ὡς παντοδύναμος, εἰπὲ ἐν λόγῳ φιλῷ, ὃ βούλει, καὶ αὐτίκα ὁ λόγος ἔργον γενήσεται. Ὁρᾷς μέγεθος πίστεως. Διὰ τοῦτο τοίνυν ὁ Χριστὸς εἶπεν, ὅτι Ἐγὼ ἐλθὼν θεραπεύσω αὐτόν, ἵνα εἴπῃ ὁ ἑκατόνταρχος, ὅτι, Οὐκ εἰμι ἄξιος, καὶ τὰ ἑξῆς, καὶ οὕτω φανερωθῇ πᾶσιν ἡ πολλὴ πίστις αὐτοῦ. Εἰ γὰρ μὴ ὁ Χριστὸς ἐκεῖνο εἶπεν, οὐκ ἂν ὁ ἑκατόνταρχος τοῦτο εἶρηκε, καὶ πάντως ἔλαθεν ἂν τοὺς ἑπομένους ἡ τοσαύτη τοῦ ἀνδρὸς πίστις. Σκό-

Vers. 8. *Et — meus.* Non sum, inquit, dignus, quia tu Deus es : sed tanquam omnipotens dic nudo verbo quod vis, et ipsum quoque verbum opus fiet. Vides fidei magnitudinem ? Propter hoc ergo dixit Christus : *Ego veniam et curabo eum,* ut dicat centurio : *Non sum dignus,* etc., et ita manifestetur omnibus magna fides ejus. Nisi enim Christus illud dixisset, nequaquam hoc centurio respondisset et eos qui sequebantur omnino latuisset quanta erat viri fides. Vide quoque centurionis verba quæ

Variæ lectiones et notæ.

(65) εὐγνωμοσύνης. A.

sequuntur ad id directa, quod nudo etiam verbo sanare posset.

Vers. 9. *Nam et — et facit.* Ab exemplo ejus quod circa se contingebat, confirmabat, quod solo etiam verbo sanare posset. Postquam enim dixerat: *Dic verbo*, subjunxit: *Nam et ego homo sum, sub ducis exercitus potestate constitutus, habens sub me milites et servos, et quod cuique dico, is incunctanter hoc facit.* Hæc autem dicebat, ostendens, quod Si ego homo alteri subjectus ob modicam principatus dignitatem, solo verbo potens sum, multo magis tu, qui Deus es, infinitæ potestatis ac dignitatis. Itaque si dixeris morti ut abeat, abibit; si vero ut veniat, veniet. Neque enim simpliciter subdita est, verum etiam ancilla, quæ majorem habet subjectionem.

Vers. 10. *Hoc audito — inveni.* Admiratus est. Cum enim neque Israelita esset, neque Scripturas quæ de ipso erant legisset, adeo facile credebat. Nec solum admiratus est, verum etiam fidem ejus præconio promulgavit, ut alii hunc imitarentur: *Neque inter Israelitas*, inquit, *tantam inveni fidem*, qui quotidie Scripturarum legunt testimonia, quæ de me loquuntur. In præcedentibus autem diximus, quod *Amen dico*; tantumdem est ac si dicatur: Vere ac firmiter dico; neque opus est hoc deinceps interpretari.

Vers. 11. *Dico — Abraham.* Multi tales, hoc est, e gentibus. Per Oriens vero et Occidens, omnia loca totius universi significavit. Venient autem ad me videlicet per fidem. Præterea accumbent, id est, requiescent. Abraham vero in medium adduxit, quo maxime Judæos morderet, adoptando scilicet ipsi Abraham eos qui a gentibus procederent. Sinus item Abraham, dixit requiem ac fruitionem justorum, mutuamque societatem et conversationem, quæ regnum est cœlorum.

Quia autem jam credebant Abraham in ineffabilibus degere bonis, pro regno cœlorum sinus Abraham posuit, tanquam rem notiorem; simul etiam ne his contrarius esse videretur, qui in Veteri Testamento virtutem sectati sunt. Nam qui Abraham ita honorabat, ut etiam sinus illius requiem æternam nominaret, omni hujusmodi suspicione carere debebat.

Quidam dicunt quod sicut quædam profundiora

πει δὲ καὶ τὰ ἐφεξῆς τοῦ ἑκατονταάρχου ῥήματα, κατασκευάζοντα, ὅτι καὶ ἐκ ψιλοῦ λόγου δύναται.

Καὶ γὰρ — καὶ ποιεῖ. Ἀπὸ τοῦ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματος κατασκευάζει, ὅτι καὶ λόγῳ μόνῳ δύναται. Εἰρηκὼς γὰρ, ὅτι Εἰπὲ λόγῳ, προσεπήγαγεν, ὅτι Καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν τοῦ στρατηγοῦ, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας καὶ δούλους· καὶ ὃ λέγω ἑκάστῳ, ἀναντιῤῥήτως τοῦτο ποιεῖ. Ταῦτα δὲ εἰπὼν, ἐνέφηνεν, ὅτι Ἐὰν ἐγὼ ἄνθρωπος ὑπεξούσιος, διὰ τὴν ὀλίγην ὑπεροχὴν τῆς ἀρχῆς, λόγῳ μόνῳ δύναμαι. μολλῷ πᾶλλον σὺ, Θεὸς ὢν παντεξούσιος καὶ πανυπέροχος. καὶ λοιπὸν, εἰ μὲν εἴπῃς πορευθῆναι τὸν θάνατον, πορευθήσεται, εἰ δὲ ἐλθεῖν, ἐλεύσεται. Καὶ γὰρ οὐχ ἁπλῶς ἐστιν ὑπήκοος, ἀλλὰ καὶ δοῦλος, ὃ μείζονός ἐστιν ὑπακοῆς.

B

Ἀκούσας — εὗρον. Ἐθαύμασεν, ὅτι μὴ ὢν Ἰσραηλίτης, μηδὲ τὰς περὶ αὐτοῦ Γραφὰς τῶν Ἰουδαίων εἰδὼς, ῥᾳδίως ἐπίστευσε. καὶ οὐ μόνον ἐθαύμασεν, ἀλλὰ καὶ ἀνεκήρυξε τὴν πίστιν αὐτοῦ, ἵνα καὶ ἄλλοι τοῦτον ζηλώσωσιν. Οὐδὲ ἐν τοῖς Ἰσραηλίταις, φησὶν, εὗρον τοσαύτην πίστιν, τοῖς ἀναγινώσκουσιν ἑκάστοτε τὰς περὶ ἐμοῦ μαρτυρίας τῶν Γραφῶν. Προείρηται δὲ ἡμῖν, ὅτι τὸ, Ἀμὴν λέγω, ἀντὶ τοῦ, Ἀληθῶς καὶ βεβαίως λέγω, τίθειται. Καὶ οὐκ ἔτι χρὴ τοῦτο διερμηνεύειν.

Λέγω — Ἀβραάμ. Πολλοὶ τοιοῦτοι, τουτέστιν, ἐξ ἐθνῶν. Διὰ δὲ τῆς Ἀνατολῆς καὶ (66) τῆς Δύσεως, πάντα τόπον τῆς οἰκουμένης ἐδήλωσεν. Ἥξουσι δὲ πρός με, διὰ πίστεως. Ἀνακλιθήσονται δὲ, ἀντὶ τοῦ, Ἀναπαύσονται. Τὸν Ἀβραὰμ δὲ εἰς τὸ μέσον ἤγαγεν, ἵνα μάλιστα καθάψηται τῶν Ἰουδαίων, ὡς υἱοθετῶν αὐτῷ τοὺς ἐξ ἐθνῶν. Κόλπους δὲ τοῦ Ἀβραὰμ ὠνόμασε, τὴν ἀνάπαυσιν καὶ ἀπόλαυσιν τῶν δικαίων, καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς κοινωνίαν καὶ συνδιαγωγὴν, ἥτις ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

Ἐπειδὴ γὰρ ἐπίστευον ἐν ἀπορρήτοις ἀγαθοῖς διάγειν τὸν Ἀβραὰμ, ἀντὶ (67) τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, τοὺς κόλπους τοῦ Ἀβραὰμ ἔθηκε, διὰ τὸ γνωριμώτερον· ἅμα δὲ καὶ, ἵνα μὴ δόξῃ ἐναντίος τῇ παλαιᾷ πολιτείᾳ τῶν φιλαρέτων ἀνδρῶν. Ὁ γὰρ οὕτω θαυμάζων τὸν Ἀβραὰμ, ὡς καὶ τοὺς ἐκείνου κόλπους, ἀνάπαυσιν αἰώνιον ὀνομάζειν, ἐκτὸς γίνεται τοιαύτης ὑπονοίας.

D [Φασὶ (68) δέ τινες, ὅτι καθάπερ τινὰ πελάγη

Variæ lectiones et notæ.

(66) τῆς omittit A.

(67) Parum hic attentus fuit Euthymius ad textum Evangelii, sed totus pendet ex Chrysostomo, quem vide t. VII, p. 209. C. 361. Quin imo omittit etiam Ἰσαὰκ, Ἰακώβ, quæ tamen Chrysostomus habet. Chrysostomus ad se redit p. 315, ubi solum ἐν τῇ βασ. τ. οὐρανῶν omittit. Theophylactus in textu nihil mutat. In scholio autem de solo Abrahamo dicit p. 43. Vulgatum etiam propagavit Cyril. t. IV, p. 140. omissis tamen ἐν τῇ β. τ. οὐρανῶν. Quomodo autem Chrysostomus delatus est εἰς τοὺς κόλπους τοῦ Ἀβραάμ? Scilicet per Lucæ Lazarum. Nam pag. 209, ubi primum hæc tractat, utrumque locum junxit, hunc Matthæi et Lucæ XVI, 22. Hærebat ergo adhuc ei in memoria locus Lucæ. Nam correctio p. 315, haud dubie profecta est a scribis, calamo excipientibus Chrysostomi dicentis verba. Scholium Anepigraphi in codicibus Mosquensibus, quod incipit, Πολλοὶ, φησὶν, ὡς, servat vulgatam lectionem integram. Etiam Origenes IV, p. 210, 258.

(68) Inclusa in margine habet A. Hentenius eadem in principio scholii exhibet.

λασσῶν, κόλποι τοιοίδε ἢ τοιοίδε ὠνομάσθη- A maris loca, aut curva littora tales vel tales sinus
ὕτως ἄρα καὶ τὰ πελάγη τῶν ἀπολαύσεων, ἐν appellati sunt : ita sane et abditi fruitionum recessus, in quibus est Abraham, sinus Abraham dicti
ιεν ὁ Ἀβραὰμ, κόλποι τοῦ Ἀβραὰμ ἐκλήθη- sunt. Nam quia insignior erat Abraham apud He-
Ὡς ἐπισημοτέρου δὲ πάντων παρ' Ἑβραίοις braeos, ideo eos proprie ipsius Abraham nominavit.
τοῦ Ἀβραὰμ, ἰδικῶς τοῦ Ἀβραὰμ τούτους
ιεν.]

Vers. 12. *Filii autem — dentium.* Regnum nunc Deum intelligimus : filios autem ejus, Israelitas. *Filius*, inquit, *primogenitus meus Israel* [50]; vel, regnum quidem, æternam requiem : filios vero ejus vocari nunc Judæos, tanquam hoc existimantes (*gg*), eo quod semen essent Abraham. Qui, inquit, sese putant esse filios, ejicientur propter suam incredulitatem. *Ejicientur* autem, idest, Expellentur. Tenebræ vero exteriores, locus est supplicii miserrimus.

Hæc autem dixit, fastum comprimens Judæorum qui sese jactabant, quod e genere essent Abraham : et consolans eos qui e gentibus erant, attrahensque ad suam fidem. Nam multi quoque gentiles propter signa sequebantur eum. Et his autem et illis utilitatem procurabat, ne illi confiderent, quasi stantes, neque hi desperarent, quasi jacentes.

Considera vero quod centurio verbum exposcit : leprosus autem solam voluntatem, quod majoris est fidei. Quare ergo magis admirationi habitus est centurio? Quia leprosus, cum esset Judæus, noverat libros, qui de Christo testificabantur, et inde multa habebat, quibus facile ad fidem induceretur. Centurio vero cum ethnicus esset, a nullo aliunde ad fidem ducebatur, quam a sola recta mente : ideo etiam præpositus est credentibus ex Israel. Cum autem de introductione gentium et rejectione Judæorum facta sit mentio, confirmat hanc per signum. Vide ergo quid sequatur.

Vers. 13. *Et ait — tibi.* Hinc ostendit Christus, quod plurimum conferat ad miraculi operationem fides deprecantis (*hh*). *Sicut credidisti*, inquit, *fiat tibi* ; hoc est, Quia credidisti me posse ægrotum curare, licet domum tuam non ingrediar, ita fiat.

Vers. 13. *Et sanatus — illa.* Sicut de leproso dixit evangelista, quod confestim mundatus est, ita et nunc quod sanatus est in illa hora. Hæc autem ad augmentum addidit miraculorum. Neque enim solum admiranda operatus est, sed etiam in brevissimo temporis momento suam demonstravit potentiam. Quidam autem dicunt alium esse hunc centurionem, et alium eum de quo apud Lucam [51].

ὶ οἱοὶ — ὀφόντων. Βασιλείαν νῦν, τὸν Θεὸν
· · υἱοὺς δὲ αὐτοῦ, τοὺς Ἰσραηλίτας. Υἱὸς γάρ,
πρωτότοκός μου Ἰσραήλ. Ἡ βασιλείαν μὲν,
ώνιον ἀνάπαυσιν · υἱοὺς δὲ αὐτῆς, νῦν κληθῆ-
ς Ἰουδαίους, ὡς προσδοκῶντας τοῦτο, διὰ τὸ
σπέρμα τοῦ Ἀβραάμ. Οἱ δοκοῦντες δὲ, φησὶν,
υἱοὶ τῆς βασιλείας, ἐκβληθήσονται διὰ τὴν
αν αὐτῶν. Τὸ δὲ Ἐκβληθήσονται, ἀντὶ τοῦ,
θήσονται. Σκότος δὲ τὸ ἐξώτερον, τόπος ἐστὶ
ως χαλεπωτάτης.

τα δὲ εἶπε καταστέλλων μὲν καὶ τὸν τῦφον
Ἰουδαίων, ἀλαζονευομένων ἐπὶ τῷ εἶναι γένος
βραάμ · παρηγορῶν δὲ καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν, καὶ
τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν ἐφελκόμενος. Ἠκολούθουν
αὐτῷ πολλοὶ καὶ ἀπὸ τῶν ἐξ ἐθνῶν, διὰ τὰ
ε. Καὶ τούτοις δὲ, κἀκείνοις πλέκει τὴν ὠφέ-
ἵνα μήτε οὗτοι θαῤῥῶσιν ἑστῶτες, μήτε
ἀπογινώσκωσιν, ὡς κείμενοι.

ρησον δὲ, ὅτι ὁ μὲν ἑκατόνταρχος λόγον ἐζή-
· ὁ δὲ λεπρὸς, θέλημα μόνον, ὃ μεῖζόν ἐστιν
στιν. Πῶς οὖν ἐθαυμάσθη μᾶλλον ὁ ἑκατόνταρ-
Διότι ὁ μὲν λεπρὸς, Ἰουδαῖος ὤν, ἔμπειρος ἦν
περὶ τοῦ Χριστοῦ μαρτυρουσῶν βίβλων, καὶ
ἐντεῦθεν εἶχεν εὐχέρειαν εἰς τὸ πιστεῦσαι · ὁ
κατόνταρχος, ἐθνικὸς ὑπάρχων, παντελῶς ἀμύ-
τούτων ἦν, καὶ οὐδαμόθεν ἄλλοθεν ὡδηγήθη
τὴν πίστιν, ἢ ἀπὸ μόνης γνώμης ὀρθῆς. Διὸ
προτέθη τῶν πιστευσάντων ἐξ Ἰσραήλ. Ἐπεὶ
περὶ τῆς ἀντεισαγωγῆς τῶν ἐξ ἐθνῶν καὶ ἀπο-
τῶν Ἰουδαίων, ἀπόφασις ἦν, βεβαιοῖ τοῦτο διὰ
ου. Σκόπει γάρ.

εἶπεν — σοι. Ἔδειξεν ὁ Χριστὸς ἐντεῦθεν,
μεγάλα συμβάλλεται πρὸς θαυματουργίαν ἡ
τοῦ δεομένου αὐτῆς. Ὡς ἐπίστευσας, φησὶ,
γενέσθω σοι, τουτέστιν, Ἐπείπερ ἐπίστευσας, δύνα-
με, καὶ μὴ ἐλθόντα εἰς τὸν οἶκόν σου, θερά-
τὸν πάσχοντα, γενηθήτω οὕτως.

ἰάθη — ἐκείνῃ. Ὥσπερ ἐπὶ τοῦ λεπροῦ
ὁ εὐαγγελιστὴς, ὅτι εὐθέως ἐκαθαρίσθη · οὕτω
, ὅτι ἰάθη ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ. Ταῦτα δὲ προσ-
, εἰς αὔξησιν τῶν θαυμάτων. Οὐ μόνον γὰρ
παράδοξα, ἀλλὰ καὶ ἐν βραχυτάτῃ καιροῦ
τὴν οἰκείαν δύναμιν ἐπεδείκνυτο. Φασὶ δέ τινες,
εἶναι τὸν ἑκατόνταρχον τοῦτον, καὶ ἕτερον
ρὰ τῷ Λουκᾷ (69) μνημονευόμενον. Τούτου μὲν

[50] Exod. IV, 22. [51] Luc. VII, 2 seqq.

Variæ lectiones et notæ

τοῦ Λουκᾶ. A. Utrumque locum habere potest.

) *Existimantes.* Exspectantes.
) *Deprecantis.* Αὐτῆς, i. e. τῆς θαυματουργίας, fortasse in suo codice non invenerat Hentenius, Redde *fides ejus, qui ea* (θαυματουργία) *eget.*

Hujus siquidem filius erat paralyticus, ilius autem servus. Et hic venit ad Jesum; ille vero primum quidem misit seniores Judæorum, deinde amicos suos. Præterea iste non solum in domum suam non vocavit Christum, sed et venire volentem prohibuit. Ille autem primum quidem per seniores vocavit, postmodum vero per amicos prohibuit. Cum autem hujusmodi insint diversitates, accedunt quoque et multæ similitudines. Ambo enim centuriones, et Capernaum commorantes, et pro paralytico mœrentes animo, eamdemque fidem suis verbis demonstrantes, et æquali beneficio affecti. Dicit autem Chrysostomus eumdem esse et apud Matthæum et apud Lucam. Siquidem Lucas diligentiæ causa omnia minutula exsecutus est, præter centurionis præsentiam : Matthæus vero brevitatis gratia, seniorum atque amicorum missiones prætermisit, quasi non necessarias; solam autem centurionis fidem, et laudem quam propter eam promeruit, et miraculum in paralytico factum aperte descripsit.

Oportet tamen eas quæ videntur, ut dictum est, solvere diversitates. παῖς (pro quo hic puerum habemus) dicitur non solum filius, sed et servus. *Habebat* enim, inquit, παῖδας καὶ παιδίσκας, hoc est, *servos* et *ancillas* [52]. Quod autem Matthæus dixit accessisse centurionem ad Christum, Lucas vero misisse ad ipsum seniores et postmodum amicos, oportet intelligere et hoc, et illud factum fuisse. Primum quidem misit seniores deprecantes ipsum ut veniret. Deinde sciens eum venire, et sese indignum judicans ejus susceptione, rursum amicos misit, prohibens ne veniret, ac significans quæ dixit Lucas. Postmodum cum paralyticus vehementius dissolveretur (*ii*) doloribus (etenim sicut Lucas dixit, erat jam jamque moriturus), non ferens centurio, cucurrit et ipse post amicos, sperans per seipsum obnixius se deprecaturum. Postquam autem amici nuntiaverant quæ eis præceperat, dum responderet Christus quæ scripsit Lucas, statim supervenit centurio, et priusquam amicis occurrisset, viso Christo, fervore accensus est, et rursus quasi ab exordio obsecrabat eum, dicens : *Domine, puer meus jacet in domo paralyticus*, etc. Deinde Christus volens amplius manifestari fidem ejus, respondit : *Ego veniam et curabo eum*. Rursum subintulit centurio : *Domine, non sum dignus, ut sub tectum meum intres*, et alia quæ sequuntur, veluti Matthæus conscripsit. Manifestum est ergo, quod

γὰρ, παῖς ἦν παραλελυμένος· ἐκείνου δὲ, δοῦλος. Καὶ οὗτος μὲν ἦλθε πρὸς τὸν Χριστόν· ἐκεῖνος δὲ ἔπεμψε, πρῶτον μὲν πρεσβυτέρους τῶν Ἰουδαίων, εἶτα φίλους αὐτοῦ. Καὶ οὗτος μὲν οὐ μόνον οὐκ ἐκάλεσε τὸν Χριστὸν εἰς τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν, ἀλλὰ καὶ βουλόμενον ἐλθεῖν ἐκώλυσεν· ἐκεῖνος δὲ πρῶτον μὲν ἐκάλεσεν αὐτὸν διὰ τῶν πρεσβυτέρων, εἶτα διὰ τῶν φίλων ἐκώλυσεν. Ἔχοντες δὲ τοιαύτας διαφορὰς, ὅμως ἔχουσι καὶ πολλὰς ὁμοιότητας· ἑκατόνταρχοι γὰρ ἄμφω, καὶ ἐν Καπερναούμ οἰκοῦντες, καὶ ἐπὶ παραλυτικῷ θλιβόμενοι, καὶ τὴν αὐτὴν πίστιν μετὰ τῶν αὐτῶν λόγων ἐπιδεικνύμενοι, καὶ τῶν ἴσων ἀξιούμενοι. Φησὶ δὲ ὁ Χρυσόστομος (70), ὅτι ὁ αὐτός ἐστι, καὶ παρὰ τῷ Ματθαίῳ καὶ παρὰ τῷ Λουκᾷ. Καὶ γὰρ ὁ μὲν Λουκᾶς, ἀκριβείας ἕνεκεν, πάντα λεπτομερῶς ἀπήγγειλε, πλὴν τῆς τοῦ ἑκατονταρχου παρουσίας· ὁ δὲ Ματθαῖος, συντομίας χάριν, τὰς μὲν (71) ἀποστολὰς τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν φίλων παρέλιπεν, ὡς οὐκ ἀναγκαίας, μόνην δὲ τὴν πίστιν τοῦ ἑκατοντάρχου, καὶ τὸν διὰ ταύτην ἔπαινον, καὶ τὸ ἐπὶ τῷ παραλυτικῷ θαῦμα σαφῶς ἀνέγραψε.

Χρὴ δὲ διαλύσαι καὶ τὰς δοκούσας, ὡς εἴρηται, διαφορὰς. Παῖδα λέγομεν, οὐ μόνον τὸν υἱόν, ἀλλὰ καὶ τὸν δοῦλον. Εἶχε γὰρ, φησὶ, Παῖδας καὶ παιδίσκας, ἀντὶ, Δούλους καὶ δούλας. Ἐπεὶ δὲ Ματθαῖος μὲν λέγει, παραγενέσθαι τὸν ἑκατόνταρχον πρὸς τὸν Χριστόν· πέμψαι δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Λουκᾶς πρεσβυτέρους, εἶτα φίλους· χρὴ νοεῖν, ὅτι καὶ τοῦτο κἀκεῖνο γέγονε. Πρῶτον μὲν γὰρ ἔπεμψε τοὺς πρεσβυτέρους, παρακαλῶν αὐτὸν ἐλθεῖν· εἶτα μαθὼν, ὅτι ἔρχεται, καὶ ἑαυτὸν κρίνας ἀνάξιον τῆς ὑποδοχῆς αὐτοῦ, ἐπαπέστειλε τοὺς φίλους, κωλύων αὐτὸν καὶ μηνύων, ὅσα φησὶν ὁ Λουκᾶς· ἔπειτα τοῦ παραλυτικοῦ σφοδρότερον καταθέντος ταῖς ὀδύναις· καὶ γὰρ, ὡς ὁ Λουκᾶς (72) εἶπεν, ἔμελλε τελευτᾶν· μὴ φέρων ὁ ἑκατόνταρχος, ἔδραμε καὶ αὐτὸς ὀπίσω τῶν φίλων, ἐλπίζων δι' ἑαυτοῦ μᾶλλον ἱκετεῦσαι· ἐπὶ δὲ οἵ τε φίλοι ἀπήγγειλαν, ὅσα παρηγγέλθησαν, ὅ τε Χριστὸς εἶπεν, ὅσα ὁ Λουκᾶς ἔγραψεν· ἐπικατέλαβεν εὐθὺς ὁ ἑκατόνταρχος, καὶ πρὸ τοῦ ἐντυχεῖν τοῖς φίλοις, ἰδὼν τὸν Χριστὸν καὶ διαθερμανθεὶς, ἱκέτευσεν αὐτὸν ἐξ ἀρχῆς, εἰπὼν, Κύριε, ὁ παῖς μου βέβληται ἐν τῇ οἰκίᾳ παραλυτικὸς, καὶ τὰ ἑξῆς· εἶτα ὁ Χριστὸς, θέλων ἐπιπλεῖον φανερῶσαι τὴν πίστιν αὐτοῦ. ἀπεκρίνατο· Ἐγὼ ἐλθὼν θεραπεύσω αὐτόν· ἔπειτα πάλιν ὁ ἑκατόνταρχος· Κύριε, οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, ἵνα μου ὑπὸ τὴν στέγην εἰσέλθῃς, καὶ τὰ λοιπὰ, καθὼς ὁ Ματθαῖος συνεγράψατο. Δῆλον οὖν. ὅτι τὰ μὲν ἄχρι τοῦ ἐλθεῖν τὸν ἑκατόνταρχον, εἶπεν ὁ Λουκᾶς· τὰ δὲ ἐντεῦθεν ἐδίδαξεν ὁ

[52] Gen. xxx, 43.

Variæ lectiones et notæ.

(70) Tom. VII, p. 315. Vide eumdem t. VII, pag. 204.

(71) τὴν μέν ἀποστολὴν B.

(72) Λουκᾶς δέ, addit; mox δέ et ὁ Λουκᾶς omittit A.

(*ii*) *Dissolveretur*. Cruciaretur. Aliquoties in hoc vocabulo offendit interpres. Vix ergo putem illum invenisse καταλυθέντος.

ὡς, καὶ ἐν ἐκείνοις γὰρ, καὶ ἐν τούτοις ἥ τε A ea quæ contigerunt priusquam veniret centurio,
τοῦ ἑκατοντάρχου δείκνυται, καὶ ἡ θαυματ- scripserit Lucas, et inde Matthæus, quæ secuta
τοῦ Ἰησοῦ. Ἐπεὶ δὲ ὁ Λουκᾶς εἴρηκεν, ὅτι sunt docuerit. Nam et in his, et in illis fides mons-
ἐψαντες οἱ πεμφθέντες, εὗρον τὸν ἀσθενοῦντα tratur centurionis ac miraculi operatio a Jesu
ὑγιαίνοντα· χρὴ λογίσασθαι, ὅτι ὁ μὲν ἑκα- facta. Quod autem Lucas dixit, quod reversi qui
χος ἤδη πληροφορίαν περὶ τῆς ὑγείας αὐτοῦ missi fuerant, invenerunt ægrotantem servum sa-
σχολαιότερον ἐβάδιζεν· ἐκεῖνοι δὲ δυσπιστοῦν- nitati restitutum, perpendere oportet, quod cen-
ἐδραμον, γλιχόμενοι μαθεῖν, εἰ ὑγίανε. turio certus jam de salute illius, tardior ac securior
revertebatur; illi autem difficulter credentes, præ-
cucurrerunt scire cupientes an sanus esset.

ΚΕΦ. Η'. Περὶ τῆς πενθερᾶς Πέτρου. CAP. VIII. *De socru Petri.*

ἐλθὼν — αὐτῷ. Ὁ δὲ Μάρκος καὶ ὁ Λουκᾶς Vers. 14, 15. *Cumque venisset — ei.* Marcus [53]
καὶ πόθεν ἦλθεν ἐκεῖ, ὅτι ἀπὸ τῆς συναγω- autem et Lucas [54] dixerunt etiam unde illuc vene-
ν Ἰουδαίων, ἐν ᾗ ἐδίδασκε, Σαββάτου ὄντος. rat, videlicet a synagoga Judæorum, in qua Sab-
ηκε δὲ ὁ Μάρκος, ὅτι μετὰ Ἰακώβου καὶ bato docuerat. Addidit quoque Marcus, quod cum
ὐ ἦλθεν. Εἰκὸς γὰρ, τὸν Πέτρον, μαθόντα B Jacobo et Joanne venerit. Verisimile est enim Pe-
προδραμεῖν. Καὶ Μάρκος μὲν καὶ Λουκᾶς trum, cum hoc didicisset, præcucurrisse. Præterea
ὅτι παρεκάλεσαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ περὶ τῆς Marcus et Lucas dicunt, quod discipuli rogaverunt
ιμένης· ὁ Ματθαῖος δὲ καὶ τοῦτο ἐσίγησεν. illum pro ea quæ in lecto decumbebat. Matthæus
τι δὲ τοῦτο διαφωνίας· ἀλλὰ τὸ μὲν ἐκείνων, vero etiam hoc tacuit. Non est autem hoc disso-
ίας· τὸ δὲ τούτου, συντομίας. Εἰσῆλθε δὲ προ- nantiæ signum, sed quod illi fecerunt, diligentiæ
καταλη-ύόμενος, ἤδη τοῦ καιροῦ καλοῦντος. fuit, quod autem hic, brevitatis. Ingressus est au-
εῖσα γὰρ ἡ κειμένη διηκόνει αὐτῷ tem cibi sumendi causa, vocante jam hora. Illa
vero quæ in lecto decumbebat, surrexit et ministra-
bat ei.

δέ μοι θαύμασον τὴν συγκατάβασιν τοῦ Δε- Tu quoque mihi admirare, quantum sese Domi-
, πῶς οὐκ ἀπηξίωσεν εἰσελθεῖν εἰς φαύλην nus dejecerit. Non dedignatus est vilem piscatoris
ἁλιέως, ἅμα μὲν τιμῶν τὸν μαθητὴν, ἅμα δὲ domum ingredi: hinc quidem et discipulum hono-
ων ἡμᾶς, μὴ κενοδοξεῖν· Ἁψάμενος δὲ τῆς rans, et simul docens nos ne vanæ gloriæ studea-
αὐτῆς, οὐ μόνον τὸν πυρετὸν ἔσβεσεν, ἀλλὰ mus. Cum autem manu illam tetigisset, non solum
ἀθαρὰν εὐθὺς ἀπέδωκεν αὐτῇ τὴν ὑγείαν. C febrim exstinxit, verum etiam integram ei tradidit
η γὰρ, καὶ αὐτίκα διηκόνει. Καίτοι μετὰ τὴν sanitatem. Surrexit enim, et continuo ministrabat.
ηγὴν τοῦ πυρετοῦ, πολλοῦ δεῖ χρόνου τοῖς Atqui ablata etiam febri, laborantibus longo opus
σιν, ὥστε τὴν προτέραν ὑγείαν (75) ἐπανα- est temporet, ut priorem recipiant sanitatem. In
. Καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης δὲ, οὐ μόνον τὴν mari quoque non solum tempestatem sedavit, sed
ἔστησεν, ἀλλὰ καὶ τὸν σάλον τῶν κυμάτων etiam fluctuum commotionem cohibuit, cum tamen
ι. Καίτοι μετὰ τὴν ζάλην μένει μέχρι πολλοῦ post tempestatem diutius maneat aquarum com-
ατα σαλευόμενα. Οὕτω γὰρ οἶδεν ὁ Χριστὸς motio. Ita enim novit Christus, simul et quod ægri-
καὶ τὸ ἐνοχλοῦν δεινὸν λύειν, καὶ τὴν προτέ- tudine affectum est solvere, et in priorem statum
ροδιδόναι κατάστασιν. reponere.

ΚΕΦ. Θ'. Περὶ τῶν ἰαθέντων ἀπὸ ποικίλων CAP. IX. *De curatis a variis infirmitatibus.*
νόσων.

ίας — λόγω. Ὀψίαν (74), τὸ τέλος τῆς ἡμέρας Vers 16. *Vespera — verbo.* Vesperam finem diei
σε. Διὸ καὶ ὁ Μάρκος καὶ ὁ Λουκᾶς προστεθεί- nominavit. Ideo Marcus [55] et Lucas [56] mentionem
ὅτι Ὅτε ἔδυ ὁ ἥλιος, φανερώτερον δηλώσαν- quoque fecerunt de occasu solis, manifestius de-
καιρόν· ὁ μὲν γὰρ δημώδης ὄχλος ἀναμείνας D monstrantes tempus. Popularis enim turba exspe-
σεν τοῦ ἡλίου, διὰ τὴν τοῦ Σαββάτου παρατήρη- ctato solis occasu propter Sabbati observationem,
τως τοὺς πάσχοντας προσήγαγεν· οἱ δὲ μαθηταί, morbis tunc laborantes adduxit; discipuli vero
ρὸ τῆς τοῦ ἡλίου δύσεως, παρεκάλεσαν αὐτὸν, etiam ante solis occasum deprecati sunt eum pro
ναι τὴν πυρέσσουσαν, ἅτε καὶ πρότερον ἰδόν- salute febricitantis, ut qui primum viderant eum
τὸν ἀπαρατηρήτως ἐν Σαββάτῳ θεραπεύοντα, sine delectu Sabbato curantem, ac didicerant jam
μαθηκότες ἤδη παρ' αὐτοῦ, ποίων μὲν ἐρ- ab illo, a quibus operibus abstinere juberet lex,
πέχεσθαι προσέταξεν ὁ περὶ τῆς ἀργίας τοῦ quæ de Sabbati quiete statuta erat, et quali aga-
του νόμος, ποῖα δὲ μετιέναι παρεχώρησε. gredi permitteret.

[53] Marc. I, 29. [54] Luc. IV, 38. [55] Marc, I. 32. [56] Luc. IV, 40.

Variæ lectiones et notæ.

) παρελαβεῖν A. (74) ὀψίας A.

Observa quoque quo pacto interdum quidem extenta manu curat, ut in socru Petri; interdum autem verbo loquens, ut in puero centurionis, et in his dæmoniacis: quandoque utrumque faciens, ut in leproso. Ostendit enim se omnipotentem esse.

Vers. 16. *Et* — Vers. 17. *Portavit.* Per languores et morbos hic mihi intellige languorum ac morborum reatus. Cum enim languores ac multos patientes morbos curavit, in seipsum eorum reatum transtulit; dico sane labores et mortem. Ideo etiam multos perpessus labores tempore acerbæ Passionis mortuus est. Sed Matthæus de corporalibus languoribus ac morbis metaphorico verbo loquitur; Isaias vero languores et morbos peccata appellavit, quæ Christus sumere ac portare dicitur in modum victimæ. Nam animal quod pro peccatis ad victimam producebatur, quodammodo peccata omnium in seipsum suscipiebat ac portabat, et populum quidem his liberabat, ipsum vero propter hæc jugulabatur. Pulchre autem propheticum dictum transsumpsit evangelista. Plurimi siquidem languores ac morbi corporales a peccatis oriuntur, sicut in progressu docebimur: nihilque vetat hæc quoque vocari peccata.

Vers. 18. *Cum autem vidisset — in ulteriorem ripam.* Jussit hoc discipulis. Simul quidem ne gloriæ cupidus videretur, simul etiam ut invidiæ Judæorum mederetur. Præterea instruens nos, ut admirationi haberi fugiamus.

CAP. X. *De eo cui non permisit ut se sequeretur.*

Vers. 19. *Et — ieris.* Hic Scriba, cum pecuniæ avidus esset, suspicabatur Jesum ex miraculis divitias multas colligere, et sperabat, quod si in morem discipuli illum sequeretur, copiosas collecturus esset divitias. Christus ergo cognito quid vellet, ad intentum ejus respondet. Et vide quid dicat.

Vers. 20. *Et — reclinet.* Et vulpibus, inquit, et volucribus cœli sum pauperior: neque enim receptaculum habeo, nec quantum sufficiat ad caput tantum reclinandum. Tales autem esse volo et eos qui me sequuntur. Itaque frustra suspicatus es, et in vanum sperasti. Et hoc pacto dupliciter illum juvit, et manifestando quod animæ illius arcana nosset, et illum non manifeste arguendo, sed ipsi soli reprehensionem aperiendo, ut et pudorem effugeret, et si vellet corrigeretur. Hoc autem dicendo, non vetuit se sequi, sed docuit quod sequens non inventurus esset lucrum quod quærebat. Cæterum ille intelligens, quod cognitus esset, ac intento frustratus, siluit.

Quidam vero dicunt, quod prægnoscens eum Christus, non solum pecuniarum amori servientem, sed aliis quoque affectibus, anagogice responderit, vulpes ac volucres appellans dæmones propter dolum illorum, et quod seminibus ac fructibus virtutem insidiendur, ac si diceret: Dæmones quidem foveas ac

A Παρατήρησον δέ, πῶς ποτὲ μὲν ἐκτείνων τὴν χεῖρα θεραπεύει, ὡς ἐπὶ τῆς τοῦ Πέτρου πενθερᾶς· ποτὲ δὲ λόγον λέγων, ὡς ἐπὶ τοῦ παιδὸς τοῦ ἑκατοντάρχου, καὶ ἐπὶ τῶν δαιμονιζομένων τούτων· ποτὲ δὲ καὶ ἀμφότερα ποιῶν, ὡς ἐπὶ τοῦ λεπροῦ. Δείκνυσι γὰρ, ὅτι παντοδύναμός ἐστι.

Καὶ — ἐβάστασεν· Ἀσθενείας καὶ νόσους νόει μοι νῦν, τὰς τῶν ἀσθενειῶν καὶ νόσων ὀφειλάς. Τῶν γὰρ ἀσθενειῶν καὶ νόσων ἐλευθερώσας τοὺς πάσχοντας, ἐφ' ἑαυτὸν μετέστησε τὸ χρέος αὐτῶν, λέγω δὴ, τοὺς πόνους καὶ τὸν θάνατον. Διὸ καὶ, πολλοὺς πόνους ὑποστὰς ἐν τῷ καιρῷ τοῦ ἀχράντου πάθους, ἀπέθανεν. Ἀλλὰ Ματθαῖος μὲν περὶ σωματικῶν ἀσθενειῶν καὶ νόσων εἶπε, μεταλαβὼν τὸ ῥητόν· Ἡσαΐας δὲ ἀσθενείας καὶ νόσους, τὰς B ἁμαρτίας ὠνόμασεν, ἃς ὁ Χριστὸς λαβεῖν καὶ βαστάσαι λέγεται, δίκην θύματος. Τὸ γὰρ εἰς θυσίαν προσαγόμενον ζῶον ὑπὲρ ἁμαρτιῶν τοῦ λαοῦ, τρόπον τινὰ τὰς ἁμαρτίας πάντων εἰς ἑαυτὸ ἐλάμβανε καὶ ἐβάσταζε. Καί τὸν μὲν λαὸν ἠλευθέρου τούτων, αὐτὸ δὲ διὰ ταύτας ἐσφάζετο. Καλῶς δὲ μετέλαβε τὸ προφητικὸν ῥητὸν ὁ εὐαγγελιστής. Καὶ γὰρ αἱ πλείους τῶν σωματικῶν ἀσθενειῶν καὶ νόσων ἐξ ἁμαρτιῶν φύονται, καθὼς μαθησόμεθα προδείκνοντες. Καὶ οὐδὲν κωλύει καλεῖν καὶ ταύτας ἁμαρτίας.

Ἰδὼν δὲ — εἰς τὸ πέραν. Ἐκέλευσε τοῦτο τοῖς μαθηταῖς, ἅμα μὲν, ἵνα μὴ δόξῃ φιλενδείκτης, ἅμα δὲ θεραπεύων τὸν φθόνον τῶν Ἰουδαίων, ἅμα δὲ καὶ ἡμᾶς παιδεύων, φεύγειν τὸ ἀποβλέπεσθαι.

ΚΕΦ. Γ'. Περὶ τοῦ μὴ ἐπιτρεπομένου ἀκολουθεῖν.

C

Καὶ — ἀπέρχῃ. Οὗτος ὁ Γραμματεὺς, φιλάργυρος ὢν, ὑπώπτευσεν, ὅτι ἀπὸ τῶν θαυμάτων χρήματα πολλὰ συλλέγει ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἤλπισεν, ὅτι, ἐὰν ὡς εἷς τῶν μαθητῶν ἀκολουθήσῃ αὐτῷ, συλλέξει πλοῦτον ἱκανόν. Ὁ δὲ Χριστὸς, γνοὺς ὁ βούλεται, πρὸς τὸν σκοπὸν αὐτοῦ ἀποκρίνεται, καί ὅρα τί φησι·

Καὶ — κλίνῃ. Καὶ τῶν ἀλωπέκων, φησὶ, καὶ τῶν ὀρνέων πενέστερός εἰμι· οὐδὲ γὰρ ἔχω κατεγώγιον, οὐδ' ὅσον ἀνακλῖναι μόνον τὴν κεφαλήν. Τοιούτους δὲ βούλομαι, καὶ τοὺς ἐμοὺς ἀκολούθους εἶναι, καὶ λοιπὸν μάτην ὑπέλαβες, καὶ εἰς κενὸν ἤλπισας. Οὕτω διπλῶς αὐτὸν ὠφέλησε, δηλώσας τε ὅτι οἶδε τὰ ἀπόῤῥητα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ οὐκ D ἐλέγξας φανερῶς, ἀλλ' αὐτῷ μόνῳ τὸν ἔλεγχον ἐμβαλὼν, ὥστε καὶ τὴν αἰσχύνην ἐκφυγεῖν, καὶ, εἰ βούλοιτο, διορθωθῆναι. Τοῦτο δὲ εἰπὼν, οὐκ ἐκώλυσεν αὐτὸν ἀκολουθεῖν, ἀλλ' ἐδίδαξεν, ὅτι ἀκολουθῶν, οὐχ εὑρήσει κέρδος, οἷον ζητεῖ. Λοιπὸν οὖν ἐκεῖνος συνεὶς ὅτι διεγνώσθη, καὶ ἀποτυχὼν τοῦ σκοποῦ, σεσίγηκε.

Τινὲς δέ φασιν, ὅτι προγινώσκων αὐτὸν ὁ Χριστὸς, οὐ μόνον φιλαργυρίᾳ δεδουλωμένον, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις πάθεσιν, ἀναγωγικῶς ἀπεκρίνατο, ἀλώπεκας καὶ πετεινὰ, τοὺς δαίμονας ὀνομάσας, διά τε τὸν δολερὸν αὐτῶν, καὶ διὰ τὸ ἐπιβουλεύειν τοῖς σπέρμασι καὶ καρποῖς τῆς ἀρετῆς· ὡσανεὶ λέγων, ὅτι

δαίμονες ἔχουσιν ἐν σοὶ φωλεοὺς καὶ κατα- A nidos in te habent; ego autem neque brevissimam
ις· ἐγὼ δὲ οὐδὲ βραχείαν ἀνάπαυσιν εὑ- requiem apud animam tuam invenio. Foveæ vero ac
αρὰ τῇ σῇ ψυχῇ. Φωλεοὶ δὲ καὶ κατασκη- nidi dæmonum, affectiones sunt, in quibus occul-
τῶν δαιμόνων, τὰ πάθη, οἷς ἐγκρύπτονται tantur ac requiescunt. Filium autem hominis seip-
παύονται· Υἱὸν δὲ ἀνθρώπου καλεῖ ἑαυτὸν, sum vocat, confirmans quod vere et non phantastice
, ὅτι κατὰ ἀλήθειαν σεσάρκωται, καὶ οὐ κατά sit incarnatus, ut quidam suspicabantur: hominem
ν, ὡς τινες ὑπελάμβανον. Ἄνθρωπον δὲ νῦν dicens nunc matrem suam. Nam ἄνθρωπος, id est
ν μητέρα αὐτοῦ· Ἄνθρωπος γὰρ λέγεται, οὐχ ὁ homo, vocatur non tantum vir, sed et mu-
νον. ἀλλὰ καὶ ἡ γυνή (75). lier.

ις — Πατέρα μου. Τίς μὲν ἦν οὗτος ὁ μαθητὴς, Vers. 21. *Alius — patrem meum.* Quis certe fuerit
ωσεν ὁ εὐαγγελιστής. Ὅστις δὲ καὶ ἦν, εὐγνω- hic discipulus, non significavit evangelista: verum
ος ἦν. Ορα γὰρ, ὅτι, καίτοι τοῦ πράγματος quisquis fuerit, probissimus erat. Vide enim quod
καὶ ἀναγκαίου δοκοῦντος, ὅμως αἰτεῖ περὶ id re etiam quæ justa ac necessaria videbatur, po-
μὴ θελήσας ἀπελθεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ· τὸ δὲ, stulat ut sibi liceat, nolens sua ipsius auctoritate
εἶπε, δηλῶν, ὅτι ἔπειτα ἀκολουθήσει παντα- abscedere. Dicit autem, Prius, manifestans quod
B postmodum quovis sequeretur.

ι Ἰησοῦς — τοὺς ἑαυτῶν νεκρούς. Ἐκώ- Vers. 22. *Jesus autem — mortuos suos.* Pronibuit
ὐτὸν, οὐ κωλύων τὸ τιμᾷν τοὺς γονεῖς, ἀλλὰ eum, non vetans honorare parentes, sed docens
ν, ὅτι χρὴ τὸν ἐφιέμενον τῶν οὐρανίων, oportere eum qui cœlestia appetit, non converti ad
στρέφειν εἰς τὰ γήϊνα, μηδ' ἀπολιμπάνειν terrena: neque vividis relictis, ad mortifera recur-
ζωφρὰ, πολυνδρομεῖν δὲ εἰς τὰ νεκρωτικὰ, rere, aut supra Deum honorare parentes. Sciebat
εοῦ προτιμᾷν γονεῖς. Ἐγίνωσκε γὰρ, ὅτι enim quod alii illum essent sepulturi; nec æquum
τοῦτον ἄλλοι, καὶ οὐκ εἰκὸς, τοῦτον ἀπολει- erat, ut ab his quæ magis necessaria erant, rece-
τῶν ἀναγκαιοτέρων. Οἶμαι δὲ, ὅτι καὶ ἄπι- deret. Opinor autem eum qui mortuus erat infi-
ὁ τελευτήσας. Διὸ καὶ εἶπεν· Ἄφες τοὺς delem fuisse, ideoque dixisse Christum: *Dimitte*
τουτέστι, Παραχώρησον τοῖς νενεκρωμέ- *mortuos*, hoc est, Recede ab his qui in fide mortui
; πίστιν, θάψαι τοὺς προσήκοντας αὐτοῖς sunt, ut *sepeliant mortuos*, qui ipsos contingunt. Nam
Ὁ γὰρ νεκρὸς οὗτος, οὐκ ἔστι σὸς νε- hic mortuus, non est tuus mortuus: neque enim
ιότι οὐκ ἔστι μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου. fideli pars est cum infideli [57]. Tu vero si admiraris
εἰ θαυμάζεις, πῶς οὐκ αὐθαιρέτως ἀπῆλθεν, quo modo non sua sponte abierit, sed petivit ut sibi
σατο, θαύμασον, καὶ πῶς κωλυθεὶς ἔμεινεν. Εἰ C liceret: admirare etiam quo modo prohibitus man-
ν οὐδ' ἐπὶ μικρὸν ἀφῆκεν ὁ Χριστὸς ἀπολειφθῆ- serit. Quod si illum neque ad modicum dimisit
διδασκαλίας αὐτοῦ, τίνος ἂν εἴημεν ἡμεῖς ἄξιοι, Christus ut a sua doctrina discederet, qua pœna (*jj*)
κτα χρόνον ἀφιστάμενοι τῶν ἐντολῶν αὐ- digni erimus, qui omni tempore a præceptis ejus
discedimus.

ΚΕΦ. ΙΑ. Περὶ τῶς ἐπιτιμήσεως τῶν CAP. XI. *De increpatione aquarum.*
ὑδάτων.

μβάντι — οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· Τοὺς μὲν ὄχλους Vers. 23. *Cumque ascendisset — discipuli sui.*
διὰ τὰς προρρηθείσας αἰτίας· τοὺς δὲ μαθητὰς Turbas quidem propter causas prædictas dimisit,
ε, διὰ τὸ μέλλον ἐν τῇ θαλάσσῃ γενέσθαι θαυ- discipulos autem suos assumpsit, propter miracu-
εἰ γὰρ τῶν ὄχλων εὐεργετουμένων, ἐν τῷ lum quod in mari facturus erat. Cum enim turbis
εσθαι τὰς ἀσθενείας καὶ νόσους αὐτῶν, οἱ beneficia contulisset, sanando languores ac morbos
ἐδόκουν μένειν ἀνευεργέτητοι, λοιπὸν εὐεργετεῖ eorum, videbantur discipuli nullo *affecti* beneficio.
ύτους, καὶ παραχωρήσας ἐμπεσεῖν αὐτοὺς Et in hos itaque suam exercet munificentiam, ac
ινδυνον καταποντισμοῦ, παραδόξως ῥυέ- postquam eos permisit in demersionis periculum
incidere, demum mirabiliter eripit.

— κυμάτων. Οὗτος μὲν σεισμὸν εἶπε, D Vers. 24. *Et — fluctibus.* Hic quidem, motum
δὲ καὶ Δουκᾶς. λαιλαπα ἀνέμου φασίν· ἔστι dixit. Marcus autem et Lucas, procellam dixe-
όν. Καὶ σεισμὸς γὰρ καὶ λαίλαψ, ὁ κλύδων runt [58]. Maris enim tempestas, et motus, et pro-
διὰ τὸ σείειν καὶ συστρέφειν καί ἀναμο- cella dicta est, eo quod aquas commoveat ac con-

Cor. VI, 15. [58] Marc. IV, 35; Luc. VIII, 23.

Variæ lectiones et notæ.

Hic addit Hentenius ex margine sui codicis niæ amator abscessit. His similia habet Theophy-
olebat autem, ut postposita hujusmodi spe, lact. p. 44 : Ταῦτα δὲ ἔλεγεν ὡσὰν πείσῃ αὐτὸν
etur. At ille simul ut audivit, tanquam pecu- μεταβληθέντα ἀκολουθεῖν· ὁ δὲ ἀναχωρεῖ.

Pœna. Forte τιμωρίας invenerit.

turbet. Rursum Matthæus et Marcus in mari navem periclitantem esse dicunt; Lucas vero in stagno. Neque est contradictio; nam et hic, et ille Tiberiadem significant, quæ natura quidem stagnum est: situ vero mare, propter magnitudinem. Unde et eam quandoque stagnum, interdum autem mare nominant. Facta est, inquit, tempestas, ut videlicet fastus comprimeretur discipulorum. Imaginabantur enim magna de seipsis, utpote qui cæteris dimissis soli ipsi cum præceptore ingressi essent: et ut quasi orbis athletæ, periculo exercitarentur ad timores, et tanquam mundi gubernatores ad procellas tentationum.

Vers. 24. *Ipse vero dormiebat.* Marcus etiam locum designat in quo dormiebat. Dixit enim quod erat in puppi super cervical dormiens [59]. Erat autem cervical illud ligneum, in puppi fabricatum. Dormiebat vero dispensatorie, ut vehementer timerent. Nam si vigilasset, aut nullo modo timuissent, aut parum territi fuissent. Oportebat autem eos magnum timoris sensum concipere, ut etiam ad magnum potentiæ illius sensum pervenirent, et majorem de eo fidem conciperent.

Vers. 35. *Et — perimus?* Marcus vero dicit: *Præceptor, non est tibi curæ quod perimus* [60]? Lucas autem [61]: *Præceptor, præceptor, perimus* Quidam nempe hoc, quidam illud dicebant; et alii unum, alii aliud (*kk*); aut etiam omnes omnia.

V. 26. *Et ait — modicæ fidei homines?* Timorem primum animæ eorum solvit, ostendens quod animæ imbecillitas timorem causare consueverit. Modicam autem eorum fidem impropreravit, nempe imperfectam fiduciam in eum habitam. Sperabant enim quod eos servare posset, sed vigilans, non autem dormiens. Ideo quoque excitant illum.

Vers. 26. *Tunc — magna.* Ἐπετίμησε, increpavit, hoc est, imperavit. Dicit enim Marcus, quod etiam dixerit mari: *Tace, obmutesce* [62].

Vers. 27. *Homines autem — ei?* Lucas autem discipulos hoc dixisse ait [63]; Matthæus vero homines turbas vocat, sicut ait Chrysostomus. Siquidem verisimile est, et ipsas, audito a discipulis hoc miraculo, similiter admiratas esse, et pariter hæc dixisse. Quod si discipuli propter imperfectam fidem suam, quasi hominem adhuc illum admirabantur, multo magis turbæ. Nam uti navigio ad transfretationem, ac dormire, hominem hunc prædicabant: obedientia autem ventorum ac maris, novam quamdam ejus naturam testabatur. Ideo etiam conturbati dicebant: *Qualis est hic?* Magis autem in admirationem duxit hoc miraculum, quam præceden-

Ἀρκετὸν — ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ. Ἀρκεῖ τοῖς μαθηταῖς ὑμῖν εἰς παραμυθίαν, ἵνα γένησθε βλασφημούμενοι, ὡς ἐγὼ ὁ διδάσκαλος ὑμῶν, καὶ μέγα ὑμῖν τὸ, καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις ἐξισωθῆναί μοι.

Καὶ ὁ δοῦλος — αὐτοῦ. Ἐλκυστέον καὶ ἐπὶ τὸ ῥητὸν τοῦτο πάλιν τὸ, ἀρκετὸν, ἵνα γένηται.

Εἰ — οἰκειακοὺς αὐτοῦ. Βεελζεβοὺλ ὠνόμαζον,

A quod universum orbem inimicum haberent, totaque vita sua tentarentur : non detrectarunt periculum, neque liberationem a malis poposcerunt. Parebant enim tanquam morigeri magistro : et confidebant, utpote fideles, de potentia emittentis. Cum autem didicissent, quod tantam haberet fidei prædicatio fortitudinem, ut adamantinum quoque naturæ amorem dissolveret, variis affectibus se mutuo vincentibus, magis incitati sunt, additisque viribus, indubitata spe deinceps egregia opera exhibendi, soli duodecim aggressi sunt orbem universum : cum quo adversus illos se diabolus opposuit, junctis secum innumeris dæmoniis. Illi vero obtinuerunt victoriam, non interficientes adversarios, sed sibi connumerantes : et quos dæmonibus æquales

B acceperunt, angelis similes reddiderunt.

Vers. 23. *Cum autem — aliam.* Postquam dixit quæ post ascensionem suam erant eventura, sermonem ad ea reduxit, quæ ante crucem futura erant. Jubet autem fugere, non tanquam timidos, sed tanquam eos qui expelluntur. Verum sicut Gregorius Theologus interpretatur, jubet ut misereantur persequentium et imbecilliorum, nec longe fugiant, sed ab hac civitate in illam, ne ullam prætereant, ad quam non perveniant.

Vers. 23. *Amen — hominis.—Priusquam veniat ad vos.* Hoc autem ad solatium et refrigerium eorum dixit. confirmans, quod citius eos esset sibi adjuncturus, quam ipsi omnes Judæorum civitates circumirent, sive antequam ad universam Palæstinam

C accederent. Sufficiebat enim pro omni consolatione, ut illis adeo exagitatis appareret : quod sane tunc etiam fecit, sicut promisit. Quia autem futurum erat ut ab his qui se persequerentur, calumniam sustinerent, et ideo moleste ferrent : super hoc etiam consolationem affert, partim a proprio exemplo, et ab his quæ sibi ipsi accidebant, dicens :

Vers. 24. *Non — dominum suum.* Communem profert sententiam, quæque omnibus nota est : et huic adaptat, quæ circa se accidunt,ut nullus possit contradicere. Vere enim ita est, quod neque discipulus suo magistro præstantior est, neque servus suo domino : dum ille discipulus fuerit, et iste servus. Nam subjectio quædam est doceri ac servire, et secundum hoc ipsum omnino subjecti sunt. Itaque

D neque vos supra me estis,cum sim magister ac Dominus vester.

Vers. 25. *Sufficit — magister suus.* Satis est vobis discipulis ad consolationem, ut contumelia afficiamini, sicut et ego, qui sum Magister vester : idque magnum est, ut etiam in talibus mihi similes sitis.

Vers. 25. *Et servus — suus.* Rursum etiam huc trahendum est, quod dixit : *Sufficit ut fiat.*

Vers. 25. *Si — domesticos ejus* ? Beelzebul nomi-

Variæ lectiones et notæ

(24) Bis ergo ἴσος cum genitivo.
(25) Malim ἀφίξωνται.
(26) I. e. ἐλάττωσις.
(27) ὑποβεβλήκασι. B.

nabant principem dæmoniorum. Et licet manifeste scriptum non sit vocatum esse Christum Beelzebul a Judæis, verisimile tamen est, et hoc convicium adversus illum jactatum esse. Vel etiam alio modo vocatum esse dicit Beelzebul, quia amicum illius vocabant eum, dicentes : *Hic non ejicit dæmonia nisi per Beelzebul principem dæmoniorum* [88], ut in processu inveniemus. Atqui multa quoque alia convicia jactabant in eum : verum hoc solum apposuit tanquam omnium pessimum.

A τὸν ἄρχοντα τῶν δαιμονίων. Εἰ δὲ καὶ φανερῶς οὐ γέγραπται, κληθῆναι Βεελζεβοὺλ τὸν Χριστὸν ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, ἀλλ' εἰκός, καὶ τοῦτο βλασφημηθῆναι κατ' αὐτοῦ, ἢ καὶ ἑτέρως κληθῆναι τοῦτο λέγει, διότι φίλον αὐτοὺ τοῦτον ἐκάλουν, λέγοντες, ὅτι Οὗτος οὐκ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, εἰ μὴ ἐν τῷ Βεελζεβοὺλ, ἄρχοντι τῶν δοιμονίων, ὡς προϊόντες εὑρήσομεν. Καὶ μὴν (28) πολλὰ καὶ ἄλλα κατεβλασφήμησαν αὐτοῦ. Τοῦτο δέ μόνον τέθεικε νῦν, ὡς χεῖρον τῶν ἄλλων.

Vers. (26). *Ne — illos.* Conviciantes videlicet ac mordentes (*yy*).

Μὴ — αὐτοῦς. Λοιδοροῦντας καὶ διακωμῳδοῦντας.

Vers. 26. *Nihil—sciatur.* Universalis quidem sermo videtur; est tamen et proprius, de virtute enim apostolorum loquitur, quod hanc impossibile sit abscondi, quanquam enim nunc abscondita sit, et ideo vos objurgant : suo tamen tempore detegetur. Etsi ergo nunc ab omnibus arguamini, ne timueritis tamen eos qui redarguunt, sed illos potius exspectate, qui in posterum sunt laudaturi; neque præsentia contristant, sed futura potius ad confidendum adducant.

Οὐδὲν — γνωσθήσεται. Δοκεῖ μὲν καθολικὸς ὁ λόγος, ἔστι δὲ ἰδικός. Περὶ τῆς ἀρετῆς γὰρ λέγει τῶν ἀποστόλων, ὅτι ἀδύνατον κρυβῆναι ταύτην. Εἰ γὰρ καὶ νῦν κεκάλυπται, καὶ διὰ τοῦτο λοιδοροῦσιν ὑμᾶς, ἀλλ' ἀποκαλυφθήσεται τῷ χρόνῳ, καὶ λοιπὸν τιμηθήσεσθε παρὰ πάντων. Μὴ οὖν φοβηθῆτε τοὺς νῦν κωμῳδοῦντας, ἀλλὰ προσδοκᾶτε τοὺς ὕστερον ἐγκωμιάσοντας, μηδὲ τὰ παρόντα λυπείτω μᾶλλον, ἀλλὰ τὰ μέλλοντα πειθέτω θαρρεῖν.

Vers. 27. *Quæ — tectis.* Postquam hos tristitia liberavit, quæ propter convicia causatur, nunc de prædicatione disserit. Atqui neque tenebræ erant quando hæc dicebat, neque in aurem eis loquebatur. Sed quia privatim hæc et non publice dicebat, et solis eis, non omnibus, ideo ait : Quod dico vobis privatim, dicite publice : et quod soli auditis, prædicate omnibus. In tenebris ergo nominavit, quod privatim dicebatur. In aurem vero, quod solis. Et rursus : In luce, quod publice, in tectis autem, quod omnibus.

Ὃ — δωμάτων. Ἀπαλλάξας αὐτοὺς καὶ τῆς ἐπὶ τοῖς ὀνείδεσι λύπης, περὶ τοῦ κηρύγματος διαλέγεται. Καὶ μὴν οὔτε σκότος ἦν, ὅτε ταῦτα ἐλέγετο, οὔτε εἰς τὸ οὖς αὐτοῖς ἔλεγεν· ἀλλ' ἐπειδήπερ ἰδίᾳ καὶ οὐ δημοσίᾳ ταῦτα εἶπε, καὶ μόνοις, καὶ οὐ πᾶσι, φησὶν (29), ὅτι Ὃ λέγω ὑμῖν ἰδίᾳ, εἴπατε δημοσίᾳ καὶ ὃ ἠκούσατε μόνοι, κηρύξατε πᾶσιν· ἐν σκοτίᾳ μὲν ὀνομάσας, τὸ κατ' ἰδίαν· εἰς τὸ οὖς δέ, τὸ μόνοις. Καὶ αὖθις Ἐν φωτὶ μέν, τὸ δημοσίᾳ· ἐπὶ τῶν δωμάτων δέ, τὸ πᾶσι.

Vers. 28. *Et — gehenna.* Cum prius de aliis periculis dissereret, subincidit et sermo de interfectione ipsorum ; hanc ergo etiam prædicit, jubetque eam parvipendi : *Ne timueritis*, inquiens, *ab his qui occidunt corpus*, hoc est. Ne timueritis occidentes corpus, neque propterea prædicationem relinquatis : sed eum timete qui vos ad hujusmodi ministerium emisit, et facite quod jussum est. Siquidem illi, etsi corpus occidant, nequaquam tamen animam superabunt : hic autem et animam et corpus potest perdere in gehenna, hoc est, punire. Timorem igitur hominum, Dei timore repellite, minorem videlicet majore. Aliunde quoque hos de interfectionis metu consolatur : et vide quid dicat.

Καὶ — γεέννῃ. Περὶ τῶν ἄλλων δεινῶν προδιαλαβών, ὑποκατέβη καὶ εἰς τὸν περὶ τῆς ἀναιρέσεως αὐτῶν λόγον, καὶ προλέγει καὶ ταύτην, καὶ κελεύει καταφρονεῖν αὐτῆς. Μὴ φοβῆσθε, λέγων, ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τουτέστι. Μὴ φοβῆσθε τοὺς ἀποκτείνοντας τὸ σῶμα, μηδὲ διὰ τοῦτο καταλίπητε τὸ κηρύσσειν, ἀλλὰ φοβήθητε τὸν ἀποστείλαντα ὑμᾶς εἰς τὴν τοιαύτην διακονίαν, καὶ ποιεῖτε τὸ κελευσθέν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, εἰ καὶ τὸ σῶμα ἀποκτείνωσιν, ἀλλ' οὖν οὐ περιγενήσονται καὶ τῆς ψυχῆς· οὗτος δὲ καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα δύναται ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ, ὅ ἐστι, κολάσαι. Φόβον οὖν ἀπώσασθε φόβῳ τὸν τῶν ὑνθρώπων τῷ τοῦ θεοῦ, καὶ τὸν ἧττονα τῷ μείζονι. Καὶ ἑτέρωθεν δὲ παραμυθεῖται (30) τούτοις τὴν δειλίαν τῆς ἀναιρέσεως. Καὶ ὅρα τί φησιν.

Vers. 29. *Nonne — patre vestro.* Ἀσσάριον genus oboli, diminutivum est ab asse, cujus tamen vilitas proverbio celebris est. Dicit ergo nunc Christus

Οὐχὶ — οὐρανοῖς (31). Τὸ μὲν ἀσσάριον, εἶδος ὀβολοῦ ἐστι. Λέγει δὲ νῦν ὁ Χριστὸς κατ' ἐρώτησιν, ὅτι οὐχὶ τοσοῦτόν εἰσιν εὐτελέστατα τὰ στρουθία,

[88] Matth. XII, 24.

Variæ lectiones et notæ

(28) καὶ ἄλλα πολλά. A.

(29) γάρ addit A.

(30) Ita quoque Cinnamus, p. 78. Ἄνδρας τῶν ἐπὶ δόξης παραμυθησομένους Κορράδῳ τὴν συμφοράν ἔντελλε.

(31) Hentenius ergo, cujus interpretatio dissentit, non videtur reperisse post πατρὸς ὑμῶν vocabula τοῦ ἐν οὐρανοῖς, quæ uterque meus habet. Sic etiam vers. 27, pro ὃ λέγω, videtur legisse ἃ λέγω.

(*yy*) *Mordentes.* Ac si legerit, δάκνοντας, Mox simplex κωμῳδοῦντας legitur.

ὡς πωλεῖσθαι δύο τοῦ ἀσσαρίου, καὶ ὅμως, οὐδὲ ἓν ἐκ τούτων θηρεύεται χωρὶς τοῦ Θεοῦ; οὐχ ὡς συνεργοῦντος, ἀλλ' ὡς παραχωροῦντος.

A interrogando : Nonne tantæ vilitatis sunt passerculi, ut duo vendantur assario, hoc est, minimo obolo ? et tamen neque unus ex his capitur laqueo absque Deo, non tanquam cooperante, sed tanquam permittente.

Ὑμῶν δὲ — εἰσίν. Ὑμεῖς δὲ τοσοῦτόν ἐστε τιμίοι, ὥστε καὶ πάσας ὑμῶν τὰς τρίχας ἠριθμημένας εἶναι παρὰ Θεοῦ. Δηλοῖ δὲ ἡ ἀπαρίθμησις τῶν τριχῶν, τὴν ἀκριβῆ γνῶσιν, ὅτι λίαν γινώσκεσθε αὐτῷ, καὶ λεπτομερῶς οἶδε πάντα τὰ καθ' ὑμᾶς διὰ τὴν ἄγαν ὑμῶν οἰκείωσιν. Καὶ εἰ τῶν εὐτελεστάτων στρουθίων οὐδὲν θηρεύεται χωρὶς αὐτοῦ, καθὼς εἴρηται, πολλῷ μᾶλλον ὑμεῖς οἱ τίμιοι οὐκ ἀναιρεθήσεσθε, μὴ παραχωροῦντος αὐτοῦ. Καὶ λοιπὸν οὐ χρὴ δεδοικέναι.

Vers. 30. *Vestri autem — sunt.* Vos autem tanti estis, ut omnes quoque capilli vestri numerati sint a Deo. Significat autem capillorum numerus exactam notitiam, quod valde cogniti sitis ab eo, et ad minutum quoque novit ea, quæ circa vos sunt, propter magnan vobiscum familiaritem. Quod si ne unus quidem vilissimorum passerculorum laqueo capitur, absque ejus consensu, sicut dictum est, multo magis vos, qui pretiosi estis, non interficiemini, nisi ipse consenserit. Non oportet ergo formidare.

B

Μὴ — οὖν ὑμεῖς. Πολλάκις ἐγκελεύεται τὴν ἀφοβίαν αὐτοῖς, διὰ τὰ μεγέθη τῶν μελλόντων πειρασμῶν.

Vers. 31. *Ne igitur — vos.* Ad timoris abjectionem sæpius adhortatur, propter magnitudinem tentationum.

Πᾶς — ἐν οὐρανοῖς. Ὁμολογίαν, τὴν μαρτυρίαν λέγει, παραθήγων αὐτοὺς εἰς τὸ μαρτύριον. Φησὶ γὰρ, ὅτι Πᾶς ὅστις μαρτυρήσει μοι θεότητα ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, μαρτυρήσω αὐτῷ κἀγὼ πίστιν ἐνώπιον τοῦ Πατρός μου, τουτέστιν, Ὃς ἀνακηρύξει με Θεὸν, ἀνακηρύξω αὐτὸν κἀγὼ πιστόν. Ὅστις δ' ἂν ἀπωσηταί με, ἀπώσομαι κἀγὼ αὐτόν. Τὸ γοῦν Ἐν ἐμοὶ, ἀντὶ τοῦ, Ἐμοί. Καὶ τὸ, Ἐν αὐτῷ, ἀντὶ τοῦ, Αὐτῷ. Ὁ δὲ Χρυσόστομος (32) φησιν, ὅτι οὐκ εἶπεν, Ὅστις ὁμολογήσει ἐμοὶ, ἀλλ' Ἐν ἐμοὶ, τουτέστιν, ὑπ' ἐμοῦ βοηθούμενος. Ὅθεν ἀκολούθως νοοῦμεν καὶ τὸ· Ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ, ἀντὶ τοῦ, Ὑπὸ τῆς εὐγνωμοσύνης αὐτοῦ κινούμενος. Ἐπεὶ δὲ ταραχῆς καὶ φόβου μεστὸν ἔμελλε γίνεσθαι τὸ κήρυγμα, προδιαλαμβάνει καὶ περὶ τούτου, λέγων.

V. 32. *Omnis — V. 33. In cœlis est.* Confessionem vocat testimonium, provocans eos ad sui testimonium. Dicit ergo: Omnis qui testimonium tulerit de mea divinitate coram hominibus, et ego testimonium feram illi coram Patre meo : hoc est, Qui prædicaverit me esse Deum, prædicabo et ego eum esse fidelem. Quisquis autem me repulerit, repellam et ego illum. Quod ergo dicitur : *In me*, idem est ac si dicat, *Mihi*. et quod dicitur : *In illo*, ac si dicat, *illi*. Chrysostomus vero ait, quod non dixit : Quisquis confitebitur sive testimonium dederit mihi, sed In me sive per me, hoc est, a me adjutus. Unde consequenter etiam intelligimus, cum dicitur : Confitebor et ego in illo, perinde esse ac si dicat : A gratitudine ipsius motus.

C

Quia autem futurum era ut turbatione ac cæde impleretur prædicatio, de hoc quoque tractat dicens.

Μὴ νομίσητε — μάχαιραν. [Τοῦ (33) Θεολόγου· Τί δὲ ἡ μάχαιρα; Ἡ τομὴ τοῦ λόγου, ἡ διαιροῦσα τὸ χεῖρον ἀπὸ τοῦ κρείττονος, καὶ διχοτομοῦσα τὸν πιστὸν καὶ τὸν ἄπιστον, καὶ ἐπεγείρουσα τὸν υἱὸν, καὶ τὴν θυγατέρα, καὶ τὴν νύμφην τῷ πατρὶ, καὶ τῇ μητρὶ, καὶ τῇ πενθερᾷ, τὰ νέα καὶ πρόσφατα, τοῖς παλαιοῖς καὶ σκιώδεσι.]

Vers. 34. *Ne putetis — gladium.* † Quid per gladium significatur, nisi sectio verbi, dividens pejus a meliori, et separans fidelem ab infideli : excitans filium et filiam ac nurum adversus patrem et matrem ac socrum : et nova ac recentia adversus antiqua et inveterata.

Καὶ μὲν ἔλεγον οἱ ἄγγελοι, γεννηθέντος αὐτοῦ· Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη. Καὶ οἱ προφῆται δὲ τὴν εἰρήνην αὐτοῦ πάλαι προκατήγγειλαν. Καὶ αὐτὸς δὲ τοῖς μαθηταῖς προσέταξεν, εἰσερχομένους εἰς ἑκάστην οἰκίαν, εἰρήνην ἐπιλέγειν αὐτῇ. Πῶς οὖν φησι νῦν, ὅτι Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην; Διότι ἡ μάχαιρα αὕτη ποιεῖν ἔμελλε τὴν εἰρήνην ἐκείνην, περὶ ἧς εἶπον οἵ τε ἄγγελοι, καὶ πρὸ τούτων οἱ προφῆται. Μάχαιραν δὲ λέγει, τὴν πρὸς αὐτὸν ἀγάπην, ὡς διαιροῦσαν τοὺς πιστεύοντας

Atqui nato eo dicebant angeli : *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax* [34]. Et prophetæ pacem ejus annuntiaverant. Ipse quoque discipulis jussit, ut quamlibet domum ingredientes, pacem ei optarent [35]. Quomodo ergo nunc dicit : *Non veni missurus pacem, sed gladium ?* Quia gladius hic, pacem illam facturus est, de qua dixerunt angeli, et ante illos prophetæ. Gladium autem vocat dilectionem erga se, utpote fideles ab infidelibus dividentem : cujus inexpugnabili virtute, ipsi

D

[34] Luc. II, 14. [35] Math. X, 12.

Variæ lectiones et notæ.

(32) Tom. VII, p. 392 E.
(33) Inclusa in margine habet A. Legitur hic locus in oratione, εἰς τὰ ἐπιφάνια, p. 236.

quoque genere amicissimi, citius a mutua conjunctione sunt divisi, facileque abstracti. Alibi præterea vehementem ejus activitatem demonstrans, dixit : *Ignem veni missurus in terram* [36]. Siquidem primum abscindere oportebat, quod erat immedicabile : deinde pacificare cætera, et erga seipsum et erga Deum. Propter hoc ergo durius ita locutus est, ut his cognitis postea non turbentur. Adhuc autem sermonem, qui de hoc factus est, explanat, brevi verbo auditum eorum exercens, ne ob rerum difficultatem reclament.

Vers. 35. *Veni — socrum suam.* † Michææ : *Filius contumeliam faciet patri, et filia consurget adversus* matrem suam, nurus adversus *socrum suam, et inimici hominis omnes domestici ejus* [37].

Rursus per hos charissimos, cognationem omnem significavit. Propriissime autem dixit, ut hominem sive filium dissidere faciam adversus patrem suum, filiam autem adversus matrem suam. Siquidem chariores sunt : filius quidem patri, filia vero matri, propter naturæ similitudinem. Ad hæc nurum apte dixit adversus socrum suam dividendam esse ; magnum enim cum observantia pudorem, reverentiam ac obsequium exhibebant nurus socrıbus. In nuru autem significavit et generum adversus socerum suum separandum. Superius itaque simplicem faceret enumerationem dicens : *Prodet frater fratrem in mortem, et pater filium* [38] ; hic vero alio modo enumeravit naturaliori magisque proprio. Quod si dissidere facit hominem adversus eum, qui ipso superior est, multo magis adversus conjugem, quæ ipsi subjecta est : illud enim naturale, hoc autem adscititium est. Proinde hoc quasi manifestum reliquit intelligendum. In sequentibus vero etiam expresse de conjugibus commemorabit, dicens : *Omnis, qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centupla accipiet, et vitæ æternæ sortietur hæreditatem* [39].

Vers. 36. *Et inimici — ejus.* Hoc propheticum est verbum, dictum olim adversus Judæos, quando contra se invicem dissensiones habebant. Christus autem opportune aptavit his quæ dicta sunt, significans quod omnes domestici ejus qui crediturus est, inimici ejus efficientur.

Vere. 37. *Qui amat — dignus.* Hic quoque de solis ascendentibus et descendentibus in unoquoque disseruit, tanquam magis propriis et familiaribus. Qui amat, inquit, illos supra me : nam quando illi pii sunt, honestum est illos amare. Semper autem malum est amare illos supra Deum.

A ἀπὸ τῶν μὴ πιστευόντων, ἧς τῇ ἀμάχῳ δυνάμει καὶ αὐτὰ τὰ φίλτατα γένη θᾶττον διεσπάσθησαν ἐκ τῆς ἀλλήλων συναφείας, καὶ εὐχερῶς ἀπερράγησαν. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ τὸ σφοδρὸν αὐτῆς καὶ δραστήριον ἐμφαίνων εἴρηκεν, ὅτι Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. Ἔδει γὰρ, ἔδει πρῶτον ἀποκοπῆναι τὸ ἀνιάτως ἔχον, εἶτα τὸ λοιπὸν εἰρηνεῦσαι, πρός τε ἑαυτὸ, καὶ πρὸς τὸν Θεόν. Διὰ τοῦτο τοίνυν οὕτως ἀποτόμως εἶπεν, ἵνα γινώσκοντες ταῦτα, μὴ ταράττωνται. Προσεξωπλοῖ δὲ καὶ ἔτι τὸν περὶ τούτου λόγον, γυμνάζων τὴν ἀκοὴν αὐτῶν τῇ τραχύτητι τῶν ῥημάτων, ἵνα μὴ ἐν τῇ δυσκολίᾳ τῶν πραγμάτων ἐλιγγιάσωσιν.

Ἦλθον — τῆς πενθερᾶς αὐτῆς. [(34) Μιχαίου· θυγάτηρ ἐπαναστήσεται ἐπὶ τὴν μητέρα αὐτῆς, B νύμφη ἐπὶ τὴν πενθερὰν αὐτῆς· ἐχθροὶ ἀνδρὸς, πάντες οἱ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ.]

Πάλιν διὰ τῶν φιλτάτων τούτων, παντοίαν συγγένειαν ἐνέφηνε. Οἰκειότατα δὲ εἶπεν, ἄνθρωπον μὲν, εἴτουν υἱὸν, διελεῖν κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, θύγατέρα δὲ κατὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς· φίλτεροι γὰρ υἱὸς μὲν πατρὶ, θυγάτηρ δὲ μητρὶ, δι' ὁμοιότητα φύσεως. Καὶ τὴν νύμφην δὲ αὖθις ἁρμοδίως εἴρηκε διχάσαι κατὰ τῆς πενθερᾶς αὐτῆς. Πολλὴν γὰρ αἰδὼ, καὶ τιμὴν, καὶ θεραπείαν παρεῖχον αἱ νυμφαι ταῖς πενθεραῖς. Διὰ δὲ τῆς νύμφης, ἐδήλωσε καὶ τὸν νυμφίον κατὰ τοῦ πενθεροῦ διχαζόμενον. Ὀπίσω μὲν οὖν ὁπλῇν ἀπαρίθμησιν ἐποιήσατο, εἰπών, ὅτι Παραδώσει ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον, καὶ πατὴρ τέκνον· ἐνταῦθα δὲ τρόπον ἕτερον ἀπηριθμήσατο φυσικώτερόν τε καὶ σχετικώτερον. Εἰ δὲ τὸν ἄνθρω- C πον διχάσει κατὰ τοῦ ὑπερκειμένου πατρὸς αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον κατὰ τῆς ὑποκειμένης αὐτῷ συζύγου. Τοῦ μὲν γὰρ φύσει, τῆς δὲ θέσει τὸ φίλτρον. Τιμιώτερον δὲ τὸ φυσει τοῦ θέσει. Λοιπὸν οὖν, ὡς δῆλον, ἀφῆκε τοῦτο νοεῖσθαι. Προϊὼν δὲ ῥητῶς καὶ περὶ τῶν συζύγων διέξεισι, λέγων, ὅτι πᾶς ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ ἀδελφὰς, ἢ πατέρα, ἢ μητέρα, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου, ἑκατονταπλασίονα λήψεται, καὶ ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσει.

Καὶ ἐχθροὶ — αὐτοῦ. Τοῦτο προφητικόν ἐστι τὸ ῥητὸν λεχθὲν πάλαι κατὰ τῶν Ἰουδαίων, ὅτε κατ' ἀλλήλων ἐσχίσθησαν· ὁ δὲ Χριστὸς εὐκαίρως τοῦτο τοῖς προκειμένοις προσήρμοσε, δηλῶν, ὅτι πάντες οἱ οἰκεῖοι τοῦ μέλλοντος πιστεύειν ἐχθροὶ τούτῳ γενή- D σονται.

Ὁ φιλῶν — ἄξιος. Κἀνταῦθα περὶ μόνων τῶν ἀνιόντων καὶ κατιόντων ἐφ' ἑκάστῳ διέλαβεν, ὡς οἰκειοτέρων. Ὁ φιλῶν, φησὶν, αὐτοὺς, ὑπὲρ, ἐμέ. Ὅτε μὲν γὰρ εὐσεβοῦσιν, καλὸν τὸ φιλεῖν αὐτούς· ἀεὶ δὲ κακὸν, τὸ φιλεῖν αὐτοὺς ὑπὲρ τὸν Θεόν.

[36] Luc. XII, 49. [37] Mich. VII, 6. [38] Matth. X, 21. [39] Matth. XIX, 29.

Variæ lectiones et notæ.

(34) Hæc quæ inclusa sunt, uterque Codex habet in margine. Paulo inferius habebat Hentenius.

Καὶ ὃς — ἄξιος. Σταυρὸν λέγει, τὸν πρὸς τὰ βιωτικὰ θάνατον, διότι θανάσιμον ἦν ὄργανον ὁ σταυρός. Χρὴ γὰρ τὸν ἀκολουθεῖν μέλλοντα τῷ Χριστῷ, νεκρωθῆναι πρὸς τὰς κοσμικὰς ἡδονὰς, ὡς ἐκεῖνος. Ἀκολουθεῖ δὲ ὀπίσω αὐτοῦ, πᾶς ὁ βαίνων κατ' ἴχνος τῆς πολιτείας αὐτοῦ.

Ὁ — ἀπολέσει αὐτήν. — Ὁ εὑρὼν, ἀντὶ τοῦ, Ὁ κερδάνας αὐτὴν ἐν καιρῷ μαρτυρίου, καὶ μὴ ἀπολέσας (35) αὐτὴν δι' ἀναιρέσεως, οὗτος ἀπολέσει αὐτὴν, ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, τουτέστιν, εἰς κόλασιν ἐμβαλεῖ, ὡς προδεδεικυῖαν τὴν πίστιν.

Καὶ ὁ — εὑρήσει αὐτήν. Ὁ δὲ ἀφαιρεθεὶς αὐτὴν δι' ἐμὲ παρὰ τῶν ἀπίστων, οὗτος εὑρήσει μᾶλλον αὐτὴν, ἤγουν, κερδανεῖ, σώσει. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, ἀπάγων μὲν αὐτοὺς τῆς ἀγεννοῦς φιλοψυχίας· παραθήγων δὲ ἐπὶ τὸ μαρτύριον. Καὶ ἀλλαχοῦ [ἐν (36) τῷ τριακοστῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ] δὲ πάλιν, ἑτέρως ὁ Χριστὸς τὸ παρὸν μετεχειρίσατο (37) νόημα. Καὶ πολλάκις ἐπὶ πολλῶν εἴωθε τοῦτο ποιεῖν.

Ὁ — τὸν ἀποστείλαντά με. Ταῦτα εἶπεν, ἀνοίγων τοῖς μαθηταῖς τὰς οἰκίας τῶν πιστευόντων. Τίς γὰρ οὐκ ἂν ἀσπασίως αὐτοὺς ἐξενισε, μέλλων ὑποδέξασθαι δι' αὐτῶν μὲν τὸν Υἱὸν, διὰ τοῦ Υἱοῦ δὲ, τὸν Πατέρα ;

Ὁ — λήψεται. Καὶ ταῦτα διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν εἴρηκε. Καθολικῶς δὲ πρῶτον ἀποφαίνεται περὶ ἁπλῶς προφήτου, καὶ περὶ ἁπλῶς δικαίου · εἶτα ἀπεφέρει περὶ τῶν μαθητῶν. Λέγει δὲ, ὅτι ὁ ξενίζων προφήτην, ἢ ἁπλῶς δίκαιον, μὴ κατ' ἐπίδειξιν, ἤ τινα τρόπον ἐσχηματισμένον, ἀλλ' εἰς ὄνομα προφήτου, ἢ δικαίου, τουτέστι, δι' αὐτὸ τὸ ὀνομάζεσθαι, καὶ εἶναι αὐτοὺς, τὸν μὲν προφήτην, τὸν δὲ δίκαιον, μισθὸν προφήτου λήψεται. Τοῦτο δὲ διπλῆν ἔχει τὴν ἑρμηνείαν· Ἢ ὅτι τῶν ἴσων αὐτοῖς τιμῶν καταξιωθήσεται · μέγα γὰρ καὶ ἡ φιλοξενία, καὶ μᾶλλον ἡ τῶν θεραπόντων τοῦ Θεοῦ. Ἢ ὅτι μισθὸν ὑπὲρ τοῦ προφήτου καὶ ὑπὲρ τοῦ δικαίου λήψεται. Περὶ προφήτου δὲ καὶ περὶ δικαίου εἰπὼν, ἔδειξεν, ὅτι οἱ μαθηταὶ, καὶ προφῆται, καὶ δίκαιοι ἔσονται. Ἵνα δὲ μὴ προβλῆταί τις μενίαν, ὅρα πέχρι πόσου συγκαταβαίνει.

Καὶ — τὸν μισθὸν αὐτοῦ. Μικροὺς, τοὺς μαθητὰς εἶπε, διδάσκων αὐτοὺς μετριοφρονεῖν · ψυχρὸν δὲ, τὸ ὕδωρ φησίν. Ὁ Μάρκος γὰρ Ποτήριον ὕδατος εἶρηκε.

Καὶ ἐγένετο — αὐτῶν. Διατάσσων, ἀντὶ τοῦ, Παραγγέλλων, ἐντελλόμενος. Μετέβη δὲ ἐκεῖθεν, ὥστε διδάσκειν καὶ κηρύσσειν ἐν ταῖς πόλεσι τῶν μαθη-

Vers. 38. *Et qui — dignus.* Crucem vocat mortem ad ea quæ mundi sunt : quia mortis instrumentum erat crux. Oportet enim eum qui Christum secuturus est, mortuum esse ad mundanas voluptates, sicut ille. Sequitur autem illum, quisquis per vestigia conversationis ejus incedit.

Vers. 39. *Qui — perdet eam.* Qui invenerit, hoc est, lucratus fuerit tempore martyrii, et non perdiderit per mortem, hic perdet eam in futuro sæculo, hoc est, in supplicium injiciet, nempe perdita fide.

Vers. 39. *Et qui — inveniet eam.* Cui ablata fuerit mea causa ab infidelibus, hic potius inveniet illam, sive lucrabitur, id est, servabit. Hæc autem dicebat adducens illos ab ignavo vitæ amore, et ad martyrium provocans: quod etiam tricesimo tertio capite facit. Rursum alibi vario modo Christus mentem impellit : sæpiusque id in multis facere solet.

Vers. 40. *Qui — me misit.* Hæc dixit aperiens discipulis domos fidelium. Quis enim læta fronte illos non excipiet hospitio, per ipsos suscepturus Filium, et per Filium, Patrem ?

Vers. 41. *Qui — accipiet.* Etiam hæc propter eamdem dixit causam. Generaliter autem primo simpliciter de propheta sentit, ac simpliciter de justo intelligit (zz) ; et deinde de discipulis infert. Dicit enim : Qui prophetam aut justum hospitio excipit, non ad demonstrationem, aut alio quopiam simulato modo, sed ob nomen prophetæ vel justi, id est, propter hoc ipsum quod nominantur et sunt, ille propheta, et hic justus, mercedem prophetæ et justi accipiet. Id autem duplicem habet interpretationem. Vel quod æqualibus cum his honoribus dignus habebitur. Nam magna res est hospitalitas : et præcipue si Dei sint cultores, qui excipiuntur. Aut quod dicendo mercedem prophetæ et justi, ostenderit discipulos et prophetas et justos futuros. Ne quis vero paupertatis velamentum obtendat, vide quousque sermonem demittat.

Vers. 42. *Et — mercedem suam.* Pusillos dixit discipulos, docens eos modestiam servare. Ψυχρὸν communiter dicunt aquam frigidam, quanquam simpliciter aquam significare potest. Unde et Marcus [40] Ποτήριον ὕδατος, id est, *Poculum aquæ* absolute dixit.

CAP. XI, vers. 1. *Et factum est. — illorum.* †† Διατάσσων, pro *præcipiens, jubens.* Progressus est inde ad docendum et prædicandum in civitatibus

[40] Marc. IX, 41.

Variæ lectiones et notæ.

(35) ταύτην. A.

(36) Inclusa in margine. B. Eorum loco, post μάρτύριον, Hentenius videtur legisse ὃ καὶ ἐν τῷ — ποιεῖ.

(37) *Mentem impellere,* alienum est. Imo *tractare sententiam.*

(zz) *Sentit — intelligit.* In Græco est solum ἀποφαίνεται, quod reddi potest, *loquitur, sententiam dicit.*

discipulorum, a quibus illi orti erant : sive in civitatibus Judæorum

CAP. XX. *De discipulis a Joanne missis.*

Vers. 2. *Cum autem Joannes audisset — exspectamus* ? Lucas vero dicit [40], quod ipsi renuntiaverunt signa Joanni, et tunc duos quosdam ex illis misit, quod æmulationem sive invidiam manifestat, quam habebant isti adversus Christum. Misit autem illos Joannes interrogans, an ipse esset, quem venturum esse dicebant libri prophetarum, non tanquam ignorans : quo enim pacto dubitaret, qui antea cum prædicaverat, et propriis manibus baptizaverat, ac desuper testimonium de eo audiverat, divinumque Spiritum super eum descendentem quasi columbam conspexerat? Sed sciens discipulos suos invidia moveri adversus Christum ; siquidem prius quoque accesserant, dicentes : *Rabbi, qui erat tecum trans Jordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce is baptizat, et omnes veniunt ad eum* [41].

Vehementer enim præceptorem suum amantes, et pariter gloria illius frui cupientes, indignabantur, videntes Christum celebrem fieri. Verum quia sæpius eos admonendo, persuadere nequiverat, nunc autem brevi moriturus erat : delectis duobus qui prudentiores essent, hos mittit ad Christum, prætextu quidem interrogandi, an ipse esset ille qui venturus erat ; vera tamen causa erat, ut conspectis miraculis quæ faciebat crederent. Sciebat namque testimonium ab operibus credibilius esse magisque suspicione carere. Ideo etiam Christus cognito quod ob id potius Joannes eos misisset, statim in illa hora multa operatus est miracula, sicut dicit Lucas [42]. Nam si Joannes manifeste misisset eos quo spectatores fierent, nequaquam persuaderi potuissent ut illuc abirent. Ob hanc ergo causam prætextum finxit interrogationis.

V. 4. *Et respondens.* — V. 5 *Lætum Evangelii nuntium accipiunt.* Vide quomodo non ad efficiam eorum interrogationem responderit, sed ad veram causam, propter quam missi erant. Pauperes autem, qui lætum Evangelii nuntium accipiunt, dixit apostolos. Quid enim eo pauperius, qui artem exercet piscatoriam ?

Vers. 6. *Et beatus — in me.* Hoc præsertim propter ipsos dixit Joannis discipulos, detegens illis cordis eorum arcanum : ostenditque quod se non lateret ipsos quoque offendi, quia cum publicanis et peccatoribus manducabat [43] : et manifeste prius gastrimargiam ipsi objecerant adversus discipulos ejus, ut dictum est decimo quarto capite.

τῶν, ἐξ ὧν ὥρμηντο. [Ἢ (38) αὐτῶν, ἤτοι, τῶν Ἰουδαίων].

ΚΕΦ. Κ'. Περὶ τῶν ἀποσταλέντων παρὰ Ἰωάννου.

Ἀκούσας δὲ Ἰωάννης — προσδοκῶμεν ; Ὁ δὲ Λουκᾶς φησιν, ὅτι αὐτοὶ ἀπήγγειλαν τὰ σημεῖα τῷ Ἰωάννῃ, καὶ τότε ἔπεμψε δύο τινὰς ἐξ αὐτῶν, ὅπερ ἐμφαίνει τὴν ζηλοτυπίαν, ἣν εἶχον οὗτοι πρὸς τὸν Χριστόν. Ἔπεμψε δὲ αὐτοὺς ὁ Ἰωάννης, ἐρωτῶν, εἰ αὐτός ἐστιν, ὃν ἔρχεσθαί φασιν αἱ βίβλοι τῶν προφητῶν, οὐχ ὡς ἀγνοῶν· πῶς γάρ ; ὁ προκηρύξας αὐτὸν καὶ χερσὶν ἰδίαις βαπτίσας, καὶ τῆς ἄνωθεν περὶ αὐτοῦ μαρτυρίας ἀκούσας, καὶ τὸ θεῖον Πνεῦμα κατάπτὰν ἐπ' αὐτὸν, ὡσεὶ περιστερὰν, θεασάμενος· ἀλλ' εἰδὼς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ζηλοτύπως πρὸς τὸν Χριστὸν ἔχοντας. Καὶ γὰρ καὶ πρότερον προσελθόντες εἶπον αὐτῷ ὅτι, Ὃς ἦν μετὰ σοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ᾧ σὺ μεμαρτύρηκας, ἴδε οὗτος βαπτίζει, καὶ πάντες ἔρχονται πρὸς αὐτόν.

Ὑπερφιλοῦντες γὰρ τὸν ἴδιον διδάσκαλον, καὶ παραπολαύειν τῆς αὐτοῦ δόξης ἐθέλοντες, ἐδάκνοντο βλέποντες αὐτὸν (39) εὐδοκιμοῦντα. Ἐπεὶ δὲ πολλάκις παραινέσας, οὐκ ἔπεισεν αὐτοὺς, λοιπὸν μέλλων τελευτᾶν, δύο τοὺς συνετωτέρους ἐπίλεξάμενος, πέμπει τούτους πρὸς τὸν Χριστὸν, προφάσει μὲν ἐρωτήσοντας, εἰ αὐτός ἐστιν ὁ ἐρχόμενος, τῇ δὲ ἀληθείᾳ, ἵνα θεασάμενοι τὰ θαύματα, ἃ ποιεῖ, πεισθῶσι. Καὶ γὰρ τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων μαρτυρίαν πιστοτέραν καὶ ἀνυποπτοτέραν ἐγίνωσκε. Διὸ καὶ ὁ Χριστὸς, εἰδὼς ὅτι διὰ τοῦτο μᾶλλον αὐτοὺς ἔπεμψεν ὁ Ἰωάννης, εὐθέως ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐθαυματούργησε πολλὰ, καθὼς φησιν ὁ Λουκᾶς. Εἰ γὰρ φανερῶς αὐτοὺς ἔπεμψε θεατὰς, οὐκ ἂν ἀπῆλθον. Διὰ τοῦτο οὖν ἐπλάσατο πρόφασιν ἐρωτήσεως.

Καὶ ἀποκριθεὶς — εὐαγγελίζονται. Ὅρα, πῶς οὐ πρὸς τὴν πεπλανημένην αὐτῶν ἐρώτησιν ἀπεκρίνατο, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἀληθῆ αἰτίαν, δι' ἣν ἐπέμφθησαν. Πτωχοὺς δὲ εὐαγγελιζομένους, τοὺς ἀποστόλους ὠνόμασε. Τί γὰρ πενέστερον ἁλιευτικῆς ;

Καὶ μακάριος — ἐν ἐμοί. Τοῦτο προηγουμένως δι' αὐτοὺς εἶπε τοὺς μαθητὰς Ἰωάννου, ἀνακαλύπτων αὐτοῖς τὸ τῆς καρδίας αὐτῶν μυστήριον, καὶ δεικνύων, ὅτι οὐ λελήθασιν αὐτὸν, σκανδαλιζόμενοι καὶ αὐτοὶ, διότι μετὰ τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει. Καὶ γὰρ καὶ φανερῶς πρότερον ἐνεκάλεσαν αὐτῷ (40) γαστριμαργίαν κατὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ὡς ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ προείρηται.

[40] Luc. VI, 18. [41] Joan. III, 26. Luc. VII, 12. [42] Matth. IX, 14.

Variæ lectiones et notæ.

(38) Inclusa in margine leguntur B. In principio a διατάσσων ad ἐντελλόμενος, omittit Hentenius, (39) τὸν Χριστόν.

(40) αὐτὸν γαστρίμαργον. A. Sed hoc postulat ἐκάλεσαν.

Τούτων δὲ — Ἰωάννου. Οὗτοι μὲν βελτιωθέντες, ἀπῆλθον. Διατί δὲ μὴ παρόντων αὐτῶν λέγει περὶ Ἰωάννου ; Ἵνα μὴ δόξῃ κολακεύειν αὐτόν.

Τί — σαλευόμενον ; Ἀκούσαντες οἱ ὄχλοι τὴν ἐρώτησιν Ἰωάννου, καὶ ἀγνοήσαντες τὸν σκοπὸν αὐτοῦ, διεθορυβήθησαν, πῶς ὁ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα περὶ αὐτοῦ μαρτυρήσας, ἀμφιβάλλει νῦν, καὶ ὑπώπτευσαν, ὅτι μετεβλήθη. Τοῦτο δὲ γνοὺς ὁ Χριστὸς, θεραπεύει τὴν τοιαύτην ὑποψίαν, διδάσκων ἅμα, καὶ ὅτι καρδιογνώστης ἐστίν. Ἐντρεπτικώτερον δὲ καθαπτόμενος αὐτῶν, φησίν · Τί ἐξήλθετε εἰς τὴν ἔρημον θεάσασθαι ; κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου σαλευόμενον ; τουτέστι, κοῦφον καὶ εὐρίπιστον ἄνθρωπον, καὶ δίκην καλάμου τὴν γνώμην εὐμετάτρεπτον, ὡς ὑπολαμβάνετε νῦν, ἢ τοὐναντίον μᾶλλον, σταθηρὸν καὶ πέτρας στερρότερον, ὡς ἡ τότε σπουδὴ καὶ συνδρομὴ ὑμῶν μαρτύρει :

Ἀλλὰ — ἠμφιεσμένον ; Δηλονότι τρυφηλὸν, ἵνα καὶ διὰ τοῦτο δόξῃ χαῦνος καὶ εὐμετάβλητος · ἢ τοὐναντίον μᾶλλον, ἐσκληραγωγημένον, ὡς καὶ ἡ στολὴ τούτου, καὶ ἡ τροφὴ διεβεβαιώσαντο.

Ἰδοὺ — εἰσίν. Οὗτος δὲ, πρότερον μὲν, ἐν τῇ ἐρήμῳ διῃτᾶτο, νῦν δὲ, ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τετήρηται. Ἐπεὶ γάρ τινες μὲν οἴκοθεν εἰσὶ κοῦφοι, τινὲς δὲ καὶ ὑπὸ τρυφῆς τοῦτο πάσχουσι, τέθεικεν ὁ Χριστὸς καὶ τοῦτο κἀκεῖνο, καὶ ἤλεγξεν, ὡς οὐδέτερόν ἐστι περὶ τὸν Ἰωάννην. Εἶτα ἐπιφέρει τὴν ἀλήθειαν, καὶ μαρτυρεῖ τῇ ἀληθείᾳ, καὶ πλέκει τῷ Βαπτιστῇ λαμπρὸν ἐγκωμίου στέφανον.

Ἀλλὰ — προφήτου. — Περισσότερον, ἀντὶ τοῦ, Μείζονα. Εἶτα λέγει καὶ κατὰ τί μείζονα, ὅτι κατὰ τὸ προπορεύεσθαι πλησίον τῆς παρουσίας αὐτοῦ. Μείζονες γὰρ τῶν ἄλλων κηρύκων οἱ προπορευόμενοι πλησίον τοῦ βασιλέως.

[Περισσότερον (41) προφήτου, ὡς καὶ αὐτὸν ἰδὼν ὀφθαλμοφανῶς τὸν ὑπ' αὐτοῦ προφητευόμενον, ὃν οἱ πρὸ αὐτοῦ προφῆται αἰνιγματωδῶς ἐθεάσαντο.]

Οὗτος — ἔμπροσθέν σου. Μετὰ τὴν οἰκείαν μαρτυρίαν, ἐπιφέρει καὶ τὴν προφητικήν · ἔστι γὰρ Μαλαχίου, τὸ ῥητόν. Εἴρηται δὲ, ὡς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ πρὸς. τὸν Υἱὸν καὶ Θεόν. Ἄγγελον δὲ (42) αὐτοῦ, τὸν Ἰωάννην ὁ Θεὸς ὠνόμασεν, ἢ ὡς ἀπαγγείλαντα τῷ λαῷ τὰ λαληθέντα περὶ τοῦ Χριστοῦ · Ἐγένετο γὰρ, φησὶ, ῥῆμα Θεοῦ ἐπὶ Ἰωάννην τὸν τοῦ Ζαχαρίου υἱὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ · ἢ ὡς ἀγγελικὸν βίον μετερχόμενον, ἐν τῷ ὑπάρθαι τῶν γηΐνων καὶ φρονεῖν οὐράνια. Τὸ δὲ, Πρὸ προσώπου σου, ἀντὶ τοῦ, Ἐνώπιόν σου προοδεύοντα, ὡς οἰκεῖον, ὃς καὶ ἔμπροσθέν σου εὐτρεπίσει τὴν ὁδὸν σου. Ὁδὸς δὲ τοῦ Χριστοῦ, αἱ ψυχαὶ τῶν ἀνθρώπων, ὧν ἐπι-

Vers 7. *His autem — Joanne.* Illi quidem meliores redditi abscesserunt. Quare autem non ipsis præsentibus locutus est de Joanne ? Ne ei videretur adulari.

Vers. 7. *Quid — agitatam?* Audita a turbis Joannis interrogatione, cum intentum ignorarent illius, turbatæ sunt : quomodo is qui de hoc tot ac tanta testatus fuisset nunc dubitabat, et immutatum eum esse suspicabantur. Quo cognito, Christus hujusmodi medetur suspicioni, docens simul, et quod cordium esset cognitor, et confundendo eos redarguens. Ait ergo : Quid existis in desertum, ut videretis arundinem, quæ a vento agitatur ? hoc est, levem et instabilem hominem, et ad modum arundinis facile mente mutabilem, ut nunc suspicamini? aut e diverso stabilem, saxoque solidiorem, ut tunc vestrum studium ac concursus testabantur ?

Vers. 8. *Sed — amictum* ? Deliciis scilicet gaudentem, ut etiam ex hoc mollis videatur facileque mutabilis ; aut potius e contrario, duris exercitatum, ut etiam vestis ejus ac cibus confirmarunt.

Vers. 8. *Ecce —sunt.* Hic vero primum quidem in deserto versabatur, nunc autem in carcere retinetur. Quia vero quidam a domo (*a*) leves esse monstrantur, et quidam a deliciis hoc patiuntur, posuit Christus et hoc et illud, ac probavit neutrum posse dici de Joanne. Deinde quod verum est infert, et veritati attestatur, ac Baptistæ elegantem contexit encomii coronam.

Vers. 9. *Sed — propheta. — Excellentiorem*, hoc est majorem. Deinde dicit in quo majorem, videlicet in eo quod venerit circa Christi adventum. Nam majores aliis inter præcones sunt hi qui prope regem præcedunt.

† Excellentiorem propheta, utpote qui suis vidit oculis a se prophetatum, quem prophetæ ipsum præcedentes in ænigmate conspexerant.

Vers. 10. *Hic — ante te.* Postquam testimonium affert et propheticum : est enim Malachiæ verbum [44]. Dictum est autem quasi a Patre et Deo, ad Filium etiam Deum. Joannem vero angelum suum Deus nominavit, sive quia ἄγγελος dicitur *nuntius*, et Joannes quæ sibi dicta erant de Christo annuntiavit populo : *Factum est*, inquit, *verbum Dei super Joannem Zachariæ filium in deserto* [45]. Sive quasi angelicam degentem vitam, eo quod super terrena elevabatur, ac cœlestia sapiebat. Ante faciem tuam, hoc est in conspectu tuo præcedentem, tanquam domesticum tuum, qui etiam coram te parabit viam tuam. Via autem Christi animæ eranthominum per

[44] **Malach.** III, 1. [45] Luc. VII, 2.

Variæ lectiones et notæ.

(41) **inclusa uterque codex habet in margine.** (42) ἑαυτοῦ. A.

(*a*) *A domo.* **Hoc obscurum est. Malim, aut** *domestica consuetudine*, **aut** *a nativitate.*

quas oportebat verbum procedere prout tertio capite latius diximus. Potest etiam dici excellentior propheta, quia eum quem vidit prophetabat, quod nulli contigit prophetarum. Nec vidit tantum, verum etiam baptizavit.

Vers. 11. *Amen — Baptista.* Non natus est, inquit, inter homines, qui e mulieribus nati sunt, major illo. Quis enim alius in uteri tenebris absconditus, lucem venisse agnovit et illam exsultatione adoravit [46] ? Nullus alius præter hunc solum, qui merito sane cunctis major est. Et rursus, qui ab infantia ita solitariam ac eremiticam duxit vitam, taleque elegit exercitium ? Certe nullus omnium. Postquam ergo Baptistam laudavit a concursu Judæorum ad ipsum, deinde a virtute illius, et tertio a suo suffragio, quarto quoque a prophetæ testimonio, et majorem prophetis eum prædicavit, ac universaliter omnibus majorem hominibus ; curat (*b*) hanc laudum magnitudinem, ne propter hæc, ipso etiam Christo honoratiorem ducerent. Et vide, quid dicat.

Vers. 11. *Qui autem — est illo.* Minorem seipsum dicit, eo quod ita videretur apud Judæos. Nam Joannem eo majorem habebant, utpote qui ab infantia in eremum secesserat, et admirabili vitæ instituto usus fuerat. Christum vero tanquam communi modo conversantem dejiciebant. Qui, inquit, minor est, id est qui videtur minor illo, major eo est in regno cœlorum, hoc est, imperando cœlis : utpote non homo solum, sed etiam Deus.

Vers. 12. *A — illud.* Chrysostomus dicit, quod hic regnum vocat fidem in ipsum, utpote arrhabonem ad regnum cœlorum, ad fruitionem, inquam, bonorum quæ habentur in cœlis. Vim autem patitur, hoc est violenter ab hominibus arripitur, dum illi sibi ipsis vim inferunt, ac certe necessitatem propriorum vincunt affectuum, aut etiam infidelitatis tyrannidem. Ideoque hoc manifestans, subjunxit quod *Violenti rapiant illud.* Hanc vero laudabilem violentiam, incepisse dicit a diebus prædicationis Joannis, qui populo clamavit : Resipiscite, instat enim regnum cœlorum. Hoc autem nunc dixit Christus, simul quidem in laudem Joannis, quasi hominum salutem sit auspicatus : simul quoque excitans auditores, ut et ipsi similiter vim inferrent sibi ipsis.

Vers. 13. *Omnes — prophetaverunt.* Legem vocat veterem legislationem. Siquidem etiam in hac multa de Christo prædicta sunt : et maxime in legi-

βαίνειν ἔμελλεν ὁ λόγος, ὡς ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ πλατύτερον εἰρήκαμεν. Λέγοιτο δ' ἂν περισσότερος προφήτου, καὶ ὡς τὸν ὑπ' αὐτοῦ προφητευόμενον ἰδών, ὡς οὐδεὶς τῶν ἄλλων προφητῶν, καὶ μὴ μόνον ἰδών, ἀλλὰ καὶ βαπτίσας.

Ἀμὴν — Βαπτιστοῦ. Οὐ γεγέννηται, φησὶν, ἐν τοῖς γεννωμένοις ἐκ γυναικῶν ἀνθρώποις μείζων αὐτοῦ. Τίς γὰρ ἄλλος, ἐν σκότει μήτρας ἐπικρυπτόμενος, ἐγνώρισε τὸ φῶς ἐλθὸν, καὶ τοῦτο τοῖς σκιρτήμασι προσεκύνησεν ; Οὐδεὶς ἕτερος, εἰ μὴ μόνος οὗτος. Μείζων ἄρα πάντων εἰκότως. Καὶ αὖθις, τίς ἐκ βρέφους οὕτω γέγονεν ἐρημικὸς καὶ τοιαύτην ἄσκησιν εἵλετο ; Τῶν πάντων ὄντων οὐδείς. Ἐπαινέσας οὖν τὸν Βαπτιστὴν, ἀπό τε τῆς πρὸς αὐτὸν, συνδρομῆς τῶν Ἰουδαίων, ἀπό τε τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ, καὶ τριτον ἀπὸ τῆς οἰκειας ψήφου, καὶ τέταρτον ἀπὸ τῆς προφητικῆς μαρτυρίας . καὶ μείζονα μὲν τῶν προφητῶν ἀνακηρύξας αὐτὸν, μείζονα δὲ καθόλου πάντων ἀνθρώπων · θεραπεύει τὴν ὑπερβολὴν τῶν ἐγκωμίων, ἵνα μὴ διὰ ταῦτα μᾶλλον προτιμήσωσιν αὐτὸν τοῦ Χριστοῦ. Καὶ ὅρα, τί φησιν.

Ὁ δὲ — αὐτοῦ ἐστί. Μικρότερον, ἑαυτὸν λέγει, διὰ τὸ δοκεῖν οὕτω παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις, Μείζονα γὰρ αὐτοῦ τὸν Ἰωάννην ἐνόμιζον, ὡς ἐκ βρέφους ἐρημικὸν, καὶ ξένῃ διαίτῃ χρώμενον. Τὸν γὰρ Χριστὸν, ὡς κοινῶς διαιτώμενον, ὑπεβίβαζον. Ὁ δὲ μικρότερός φησιν, ὁ δοκῶν ἐλάττων αὐτοῦ, μείζων αὐτοῦ ἐστιν ἐν τῷ βασιλεύειν τῶν οὐρανῶν, ὡς μὴ μόνον ἄνθρωπος, ἀλλὰ καὶ Θεός.

Ἀπὸ — αὐτήν. Ὁ (43) Χρυσόστομός φησιν. ὅτι βασιλείαν οὐρανῶν λέγει νῦν, τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν, ὡς οὖσαν ἀρραβῶν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, φημὶ δὴ, τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἐν οὐρανοῖς ἀγαθῶν. Βιάζεται δὲ, ἀντὶ τοῦ, βιαίως ἁρπάζεται παρὰ τῶν ἀνθρώπων, ἐν τῷ βιάζειν ἑαυτοὺς καὶ νικᾷν τὴν ἀνάγκην τῶν οἱωνδήποτε παθῶν, ἢ καὶ τὴν τυραννίδα τῆς ἀπιστίας. Διὸ καὶ τοῦτο σαφηνίζων ἐπήγαγεν, ὅτι Βιασταὶ ἁρπάσουσιν αὐτήν. Ταύτην δὲ τὴν ἐπαινετὴν βίαν ἄρξασθαί φησιν ἀπὸ τῶν ἡμερῶν τοῦ κηρύγματος Ἰωάννου, βοῶντος τῷ λαῷ · Μετανοεῖτε . ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Εἴρηκε δὲ τοῦτο νῦν ὁ Χριστὸς, ἅμα μὲν ἐπαινῶν τὸν Ἰωάννην, ὡς αὐτὸν ἐναρξάμενον τῆς σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων, ἅμα δὲ καὶ παραθήγων τοὺς ἀκούοντας εἰς τὸ καὶ αὐτοὺς ὁμοίως βιάζεσθαι ἑαυτούς.

Πάντες — προεφήτευσαν. Νόμον λέγει, τὴν παλαιὰν νομοθεσίαν. Καὶ γὰρ καὶ ἐν ταύτῃ πολλὰ περὶ Χριστοῦ προείρητο, καὶ μᾶλλον ἐν τοῖς περὶ

[46] Luc. I, 41.

Variæ lectiones et notæ

(45) Tom. VII, p. 417 C. : Καὶ γὰρ ὠθεῖ καὶ ἐπείγει λοιποῦ αὐτοὺς καὶ ἐντεῦθεν εἰς τὴν πίστιν τὴν ἑαυτοῦ Subobscure ergo dixit. Eumdem locum tractat t. VIII, p. 320 C, ubi nullum verbum περὶ πίστεως.

(*b*) *Curat.* Etiam hoc obscurum. Malim, *temperat, modum ponit huic laudum magnitudini.*

ὁμοις, τύπον καὶ προμήνυμα κεκτημένοις A
ναι μέλλοντος ὑπὲρ τοῦ κόσμου. Φησὶν
πάντες οἱ προφῆται, οἱ προφητεύσαντες
περὶ τοῦ μέλλοντος ἔρχεσθαι Χριστοῦ, καὶ
ὁ προφητεύσας περὶ τοῦ μέλλοντος θύεσθαι
καὶ ἀμνοῦ, μέχρις Ἰωάννου τὰς τοιαύτας
οφητείας ἐξέτειναν. Μεχρι μὲν γὰρ Ἰωάν-
ητεῖαι ἦσαν αὗται· ἐπ' αὐτοῦ δὲ λοιπὸν,
προφητεῖαι μεμενήκασιν, ἀλλὰ πράγματα
. Καὶ γὰρ αὐτὸς εἶδε τὴν ἔκβασιν τούτων.
ἐπιγνοὺς τὸν Χριστὸν, ἀμνὸν αὐτὸν προσ-
, εἰπών. Ἰδοὺ ὁ Ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ
ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.

δὲ τὸν λόγον τοῦτον ὁ Χριστὸς, ἅμα μὲν
θεν ἐπαινῶν τὸν Ἰωάννην, ὡς (44) πρῶτον
τὴν ἔκβασιν τῶν τοιούτων προφητειῶν, B
αὐτὸν προφήτην· ἅμα δὲ καὶ διδάσκων,
γέγονεν· προφητευόμενος, καὶ οὐκ ἔτι χρὴ
ν ἕτερον.

δὲ καὶ ἄλλη τις ἐξήγησις, ὅτι παντες
προφῆται καὶ ὁ νόμος τοῦ (45) προφη-
ως Ἰωάννου προεφήτευσαν ἐν Ἰουδαίοις,
ταῖος προφήτης οὗτός ἐστι· τὸ λοιπὸν δὲ,
ερος αὐτοῖς προφητεύσει, καὶ χρὴ τούτῳ
ι πάντως ὡς τελευταίῳ· πολλὰ περὶ ἐμοῦ
ταντι καὶ νυμφαγωγήσαντι μοι τὰς ἀπάν-
ς· ἐπεὶ καὶ Κατασκευάζειν ἔμπροσθέν μου
μου, Μαλαχίας ὁ προφήτης εἶπεν αὐτόν.
εἰ — ὁ μέλλων ἔρχεσθαι. Προσδοκῶσιν
, τοτε τὸν Χριστὸν ἐλθεῖν, ὅταν ἐλθὼν
προδρόμῃ τῆς παρουσίας αὐτοῦ. Καὶ γὰρ C
οφητεία Μαλαχίου λέγουσα· Ἀποστελῶ
Ἠλίαν τὸν Θεσβίτην, ὃς ἀποκαταστήσει
πατρὸς πρὸς υἱον. Καὶ μέλλει μὲν Ἠλίας
εἶν τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, ἀλλὰ τῆς
. Τῆς γὰρ πρώτης ὁ Ἰωάννης προέδραμε.
ὖν ὁ Χριστὸς, ὅτι Ἐὰν θέλητε δέξασθαι, ὁ
ὖν εἰπεῖν· ἢ δέξασθαι, ἀντὶ τοῦ, Προσέχειν
κήμασιν· αὐτός ἐστιν (46) Ἠλίας ὁ μέλλων
ι· αὐτός ἐστιν, ὡς τὴν αὐτὴν αὐτῷ διακο-
ύων. Ὥσμερ γὰρ ἐκεῖνος, προτρέχων τῆς
; μου παρουσίας, ἐπιστρέψει τὰς καρδίας
νικαῦτα Ἰουδαίων πρὸς τοὺς ἀποστόλους·
γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι τῶν ἀποστόλων· οὕτω καὶ
προτρέχων τῆς πρώτης μου παρουσίας,
ει τὰς καρδίας τῶν μελλόντων πιστεύειν
ν πρὸς ἐμὲ, τὸν υἱὸν αὐτῶν. Κατὰ γὰρ D
νθρώπησιν ἐξ Ἰουδαίων ὁ Χριστὸς κατήγετο.
περ ὁ πρῶτος Ἠλίας, δεύτερος πρόδρομος
· οὕτω δὴ καὶ ὁ πρῶτος πρόδρομος, δεύτερος
προσαγορεύεται, διὰ τὴν, ὡς εἴρηται (47).
διακονίαν.

bus de sacrificiis, figuram aut præsagium habentibus ejus, qui pro mundo erat offerendus. Dicit ergo: Omnes prophetæ, qui videlicet de venturo Christo prophetaverant, et lex quæ in ovium et agni immolatione, prophetabat de Christo immolando, hujusmodi prophetias ad Joannem usque protenderunt. Hæ siquidem prophetiæ erant usque ad Joannem: deinceps vero cum illo jam non prophetiæ manserunt, sed operum exhibitiones factæ sunt. Nam horum ipse vidit eventum: ideoque agnito Christo, agnum eum appellavit, dicens: *Ecce Agnus Dei qui tollit peccatum mundi* [47].

Christus autem hunc locutus est sermonem, simul Joannem hinc laudans, tanquam primum qui harum prophetiarum cognovit eventum, quasi et ipsum prophetam: simul quoque docens, quod advenerit jam qui prophetabatur, nec deinceps alterum oporteat exspectare.

Est autem et alia quædam expositio, quod omnes simpliciter prophetæ et lex prophetandi, usque ad Joannem Judæis prophetaverant, et hic ultimus est prophetarum: deinceps vero nullus alius eis prophetabit. Huic ergo quasi postremo omnino credere oportet, qui multa de me testatus est: et venit ut omnium animas tanquam sponsas ad me adducat. Nam et hunc Malachias propheta missum dixit [48]: *Ut appararet viam meam ante me.*

Vers. 14. *Et si — venturus erat.* Exspectant Judæi Christum tunc venturum cum venerit Elias, ut præcurrat adventum ejus. Malachiæ namque prophetia est quæ dicit: *Mittam vobis Eliam Thesbyten, qui restituet cor patris ad filium.* Et certe venturus est Elias, ut præcurrat Christi adventum, sed secundum; Joannes namque primum præcucurrit. Dicit ergo Christus: Si vultis recipere quod futurum esse dictum est de hoc tempore: sive suscipere, id est rebus animum advertere, ipse est Elias qui venturus erat, utpote ipsum illius ministerium perficiens. Sicut enim ille secundum meum adventum præcurrens, convertet corda Judæorum illius temporis ad apostolos, patres siquidem apostolorum sunt Judæi: ita et hic convertit, præcurrens meum adventum, corda eorum qui credituri sunt Judæorum ad me qui sum filius eorum. Nam secundum humanitatem Christus a Judæis descendit. Et sicut primus Elias, secundus præcursor dicitur, ita sane et primus præcursor, secundus Elias appellatur propter simile ministerium, ut dictum est.

an. I, 29. [48] Malach. III, 1.

Variæ lectiones et notæ.

καί, pro ὡς. A.

lta quoque Hentenius videtur legisse, qui *tandi* habet. Minime autem in eo possum acere. Credo ergo aut τό, aut τῷ legendum co τοῦ. Τῷ quid sit, per se apparet. Alterum ita capio: Οἱ προφῆται καὶ ὁ νόμος προεφήτευσαν τὸ προφητεύειν. I. e., τὸ προφητευθῆναι ἕως Ἰωάννου. Ἐλθόντος γὰρ τοῦ προφητευθέντος, οὗ αὐτὸς ἐδακτυλοδείκτησεν ὁ Ἰωάννης, οὐκέτι χρεία προφητείας.

(46) Ἠλίας, omittit B.

(47) ὁμοίαν, ὡς εἴρηται. A.

Vers. 15. *Qui — audiat. Aures* nunc dicit intelligibiles : omnes siquidem auditores habebant sensibiles. Dicit autem : Qui habet aures intelligibiles ad intelligendum, intelligat quod dictum est, puta quod Joannes sit Elias ; videbatur enim ænigmati simile. Nam demonstrando quod Joannes esset Elias, simul quoque demonstraverat advenisse Christum. Dicens autem : *Qui habet aures ad audiendum audiat*, excitat eos ad interrogandum de eo quod ænigma videbatur.

Vers. 16. *Cui — hanc ?* Lucas habet : *Cui assimilabo homines generationis* [49] ? Assimilabo vero, id est Comparabo. Vult autem esse difficile convincere Judæos.

Vers. 16. *Similis — suis.* Puerulis Judæos comparavit, propter eorum insipientiam. Forum autem locus est publicus in quem multitudo undique confluit negotiationis gratia. Consodalibus vero, hoc est amicis suis : et seipsum ac Baptistam intelligit, quibus acclamabant sive colloquebantur Judæi.

Vers. 17. *Et — planxistis.* Dicunt prædicti consodalibus suis : *Tibia cecinimus vobis*, etc. Habent autem hunc sensum : Ostendimus vobis facilem vivendi normam et non placuit ; ac difficilem et rursus displicuit. Tibia namque læta canere facile est ; lugubria vero canere, difficile. Et rursum saltare, altero læta canente tibia. delectat : similiter plangere sive lugere, aliquo lugubria canente complacet. Deinde subdens interpretatur prædicta dicens :

Vers. 18. *Venit* — Vers. 19. *peccatorum.* Joannis vivendi modus difficilis erat et asper ; neque enim panem edebat, neque vinum bibebat : Christi vero facilis ac levis, panem siquidem edebat vinumque bibebat : et erant invicem contrariæ hæ vivendi rationes, neutrius tamen conversatio placuit. Sed Joannem quidem propter escarum, vinique abstinentiam, dæmonium habere dicebant ; Christum vero, quod ederet ac biberet, comedonem, vinique potorem nominabant : quanquam manifeste horum calumnias non scripserit evangelista, præsentem sermonem arbitratus sufficere.

Quemadmodum enim duo venatores, animal captu difficile venari conantes, quod solis duobus modis capi potest sibi mutuo contrariis, dividentes hos inter se, ut alterum quisque eligat, opposito quidem inter se invicem modo venantur : idem tamen faciunt. Ita quoque hic dispositum est, ut Joannes quidem duriorem vivendi regulam haberet, Christus vero molliorem : ut sive hunc sive illum eligentes, obedirent eis : et vel per hunc vel per illum caperentur.

A Ο ἔχων — ἀκουέτω. Ὥστε νοητὰ λέγει νῦν· αἰσθητὰ γὰρ πάντες εἶχον οἱ ἀκροώμενοι. Φησὶ δὲ (48) ὅτι ὁ ἔχων ὦτα νοητὰ εἰς τὸ συνιέναι, συντέτω τὸ ῥηθέν, ἤγουν, πῶς ἐστιν Ἠλίας ὁ Ἰωάννης. Ἐδόκει γὰρ αἰνίγματι ὅμοιον, ἀποδείξας μὲν οὖν Ἠλίαν, τὸν Ἰωάννην, συναπέδειξε, καὶ ὅτι παραγέγονεν ὁ Χριστός. Εἰπὼν δὲ, ὅτι Ὁ ἔχων ὦτα ἀκουέτω, ἀκουέτω, διήγειρεν αὐτοὺς εἰς τὸ ἐρωτῆσαι περὶ τοῦ δοκοῦντος αἰνίγματος.

Τίνι — ταύτην ; Ὁ δὲ Λουκᾶς· Τίνι ὁμοιώσω τοὺς ἀνθρώπους τῆς γενεᾶς ταυτης ; — Ὁμοιώσω δὲ, ἀντὶ τοῦ, Παρεικάσω. Βούλεται δὲ τὸ δυσάρεστον ἐλέγξαι Ἰουδαίων.

Ὁμοία — αὐτῶν. Παιδίοις τοὺς Ἰουδαίους παρ- B είκασε, διὰ τὴν ἀφροσύνην αὐτῶν. Ἀγορὰ δέ ἐστι τόπος δημόσιος, ἐν ᾧ τὴ πλήθη πανταχόθεν συρρέουσιν, ἐμπορίας χάριν. Ἑταιρους δὲ, τουτέστι, φίλους αὐτῶν, λέγει ἑαυτὸν, καὶ τὸν Βαπτιστὴν Ἰωάννην, οἷς προσέφώνουν, εἴτουν, συνελάλουν οἱ Ἰουδαῖοι.

Καὶ — ἐκόψασθε. Καὶ λέγουσι τοῖς δηλωθεῖσι παιδίοις οἱ τοιοῦτοι ἑταῖροι αὐτῶν, ὅτε Ηὐλήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ὠρχήσασθε, ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, καὶ οὐκ ἐκόψασθε. Ταῦτα δὲ, τοιαύτην ἔχει διάνοιαν· ὅτι ἐπεδειξάμεθα ὑμῖν πολιτείαν εὐπρόσιτον, καὶ οὐκ ἠρέσθητε· καὶ δυσπρόσιτον, καὶ πάλιν οὐκ ἠρέσθητε. Τὸ μὲν γὰρ αὐλειν, εὐπρόσιτον· τὸ δὲ θρηνεῖν, δυσπρόσιτον. Καὶ αὖθις ὁ ὀρχούμενός τε αὐλοῦντός τινος ἀρέσκεται καὶ ὁ κοπτόμενος, C εἴτουν κλαίων, θρηνοῦντός τινος ἀρέσκεται. Εἶτε ἐφερμηνεύει τὰ ῥηθέντα λέγων·

Ἦλθε — ἁμαρτωλῶν, Ἡ μὲν τοῦ Ἰωάννου δίαιτα, δυσπρόσιτος καὶ τραχεία· οὔτε γὰρ ἤσθιεν ἄρτον, οὔτε ἔπινεν οἶνον· ἡ δὲ τοῦ Χριστοῦ, εὐπρόσιτος καὶ ὁμαλή. Τί γάρ ; ἤσθιεν ἄρτον, καὶ ἔπινον οἶνον· καὶ ἦσαν μὲν ἀλλήλαις ἐναντίαι αὗται αἱ δίαιται. Οὐδετέρῳ δὲ τῶν οὕτω διαιτωμένων ἤρεσκοντο· ἀλλὰ τὸν Ἰωάννην μὲν, διὰ τὴν ἀσιτίαν καὶ ἀοινίαν, δαιμόνιον ἔχειν ἔλεγον· τὸν δὲ Χριστὸν, διὰ τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν, φάγον καὶ οἰνοπότην ὠνόμαζον, εἰ καὶ μὴ ῥητῶς τὰς διαβολὰς τούτων ἀνέγραψεν ὁ εὐαγγελιστὴς, νομίσας ἀρκεῖν τὸν παρόντα λόγον.

Ὥσπερ γὰρ δύο θηρευταὶ, ζῶον δυσθήρατον (49) ἑλεῖν σπεύδοντες, ἐκ δύο μόνων διεξόδων θηρευθῆναι μέλλον, ἐναντίων ἀλλήλαις, ἑκατέραν διεξόδων D ἑκατέρος διαλαβὼν, ἐξεναντίας μὲν ἀλλήλοις ἵστανται, τὸ αὐτὸ δὲ ποιοῦσιν· οὕτως ᾠκονομήθη, τὸν μὲν Ἰωάννην σκληροτέραν ἔχειν ἀγωγὴν, τὸν δὲ Χριστὸν μαλακωτέραν, ἵνα εἴτε τοῦτον, εἴτε ἐκεῖνον ἀποδεξάμενοι, πεισθῶσιν αὐτοῖς, καὶ εἴτε διὰ τούτου, εἴτε δι' ἐκείνου θηραθῶσι. Καὶ ἦσαν

[49] Luc. VII, 32.

Variæ lectiones et notæ.

(48) ὅτι abest. B.

(49) δυσθήρευτον. A. Utrumque probum, uti ἀθήρευτος et ἀθήρατος. Sed ἀθήρευτος et δυσθήρατος frequentiora sunt.

ἐναντίαι μὲν ἀλλήλαις αἱ ὁδοί. τὸ δὲ ἔργον, ὅμοιον. Ἀλλ' αὐτοί, καθάπερ θηρίον δύστροπον, ἑκατέρους φεύγοντες, ἑκατέρους ἐκάκιζον.

Ἐρωτήσωμεν τοίνυν, αὐτούς· Καλὸν ἡ σκληροτέρα πολιτεία; Καὶ πῶς οὐκ ἐπείσθητε τῷ Ἰωάννῃ, τὸν Χριστὸν ὑμῖν ὑποδεικνύοντι; Ἀλλὰ καλὸν ἡ μαλακωτέρα· καὶ πῶς οὐκ ἐπείσθητε τῷ Χριστῷ, τὴν ὁδὸν ὑμᾶς τῆς σωτηρίας διδάσκοντι;

Διατί δὲ μᾶλλον ὁ Ἰωάννης τὴν σκληροτέραν ἀγωγὴν εἶχε; Διότι ἔδει τὸν μὲν κήρυκα τῆς μετανοίας σκυθρωπὸν εἶναι, τὸν δὲ σωτῆρα τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν, χαρίεντα. Καὶ ὅτι ὁ μὲν Ἰωάννης οὐδὲν πλέον ἐπεδείξατο τοῖς Ἰουδαίοις, εἰ μὴ πολιτείαν μόνην. Ἰωάννης γάρ, φησὶν, οὐδὲν ἐποίησε σημεῖον· ὁ δὲ Χριστὸς καὶ τὴν (50) ἀπὸ τῶν θεοπρεπῶν θαυμάτων μαρτυρίαν ἐκέκτητο.

Ἄλλως τε δέ, καὶ γινώσκων ἀσθενεῖς τοὺς ἀνθρώπους, συγκατέβαινεν, ἵνα κερδήσῃ μᾶλλον αὐτοὺς ἐντεῦθεν. Διὰ τοῦτο καὶ εἰς τραπέζας τελωνῶν οἰκονομικῶς εἰσήρχετο, καὶ τοῖς μεμφομένοις ἀπελογεῖτο, τὴν αἰτίαν λέγων. Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.

Ἀλλ' οὐδὲ τῆς σκληρᾶς ἠμέλησεν ἀγωγῆς, ἐν τῇ ἐρήμῳ μετὰ τῶν θηρίων οἰκήσας, καὶ τεσσαράκοντα νηστεύσας ἡμέρας, ὡς προδεδήλωται. Καὶ εἰς τραπέζας δὲ εἰσιών, εὐλαβῶς τε καὶ ἐγκρατῶς καὶ ἁγιοπρεπῶς ἤσθιε καὶ ἔπινε.

Καὶ — αὐτῆς. Ἐδικαιώθη, ἀντὶ τοῦ, Δικαία ἐλογίσθη, τουτέστιν ἐθαυμάσθη ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ, ἡ οἰκονομήσασα τὸν Ἰωάννην καὶ τὸν Χριστὸν ἐναντίας ὁδοὺς πολιτειῶν ἰέναι, διὰ τὴν αὐτὴν ὠφέλειαν τῶν ἀνθρώπων. Ἐθαυμάσθη δὲ, ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς, ἤγουν, παρὰ τῶν συνιέντων αὐτήν. Υἱοὶ γὰρ σοφίας, οἱ συνετοί· ἢ Ἐδικαιώθη, ἀντὶ τοῦ, Δικαία καὶ ἀνέγκλητος ἐλογίσθη, ὡς ποιήσασα πᾶν ὃ ἔδει, καὶ παντὶ τρόπῳ χρησαμένη πρὸς σωτηρίαν αὐτῶν.

Τότε — μετενόησαν. Ὠνειδίζειν, ἀντὶ τοῦ, Ταλανίζειν. Ὄνειδος γὰρ καὶ ὁ ταλανισμός. Δυνάμεις δὲ, τὰ θαύματα λέγει.

Οὐαί σοι — μετενόησαν. Τὸ (51) Σοδομα μὲν καὶ Γόμορρα τίθησιν, ὡς εἰς ἀσέλγειαν ἐπιφανέστατα· τὴν Τύρον δὲ καὶ τὴν Σιδῶνα, ὡς εἰς εἰδωλολατρίαν διαβοήτους.

Πλὴν — ὑμῖν. Τὸ Πλὴν, ἀντὶ τοῦ, Διὰ τοῦτο. Μεγύει δὲ τῷ ταλανισμῷ καὶ ἀπειλὴν, ἵνα ἡ αἰσχυνθῶσι, ἢ φοβηθῶσι.

A Et erant sane hæ viæ inter se invicem contrariæ : simile tamen erat opus. Verum hi, tanquam fera captu difficilis, utrumque fugientes, utrique detrahebant.

Interrogemus ergo illos. Estne proba vita asperior? quomodo ergo non obedistis Joanni Christum vobis demonstranti? At fortassis vita mollior ac suavior magis placet. Et quare non obedistis Christo viam salutis vos docenti?

Verum quam ob causam Joannes potius asperam vivendi normam habuit? Quia oportebat pœnitentiæ prædicatorem tristem quamdam gravitatem præ se ferre : et remissionis peccatorum largitorem, humanum atque benignum esse, Et quia Joannes nihil amplius, quam solam vitæ normam Judæis demonstravit : siquidem *Joannes*, inquit, *nullum fecit signum* [51] : Christus vero etiam a divinis miraculis testimonium adeptus est.

B

Præterea quoque sciens imbecilles esse homines demittit sese, ut illos magis lucrifaceret, et propter hoc ad mensas etiam publicanorum dispensatorie accedebat : et indignantibus causam reddebat, dicens : *Non veni ad vocandum justos, sed peccatores ad pœnitentiam* [51].

Neque tamen duram vivendi normam neglexit, in deserto cum feris versatus [52], ac diebus quadraginta jejunans, ut supra dictum est. Præterea quoque ad mensas accedens verecunde, temperate, et prout sanctos decet, religiose edebat ac bibebat.

C

μη'. Περὶ τῆς ἐχούσης πνεῦμα ἀσθενείας. (XIII, 10.)

A μθ'. Περὶ τῶν παραβολῶν. (XIII, 18.) Μθ. κδ. Μρ. θ'.
ν'. Περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος, εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι. (XIII, 22.)
να'. Περὶ τῶν εἰπόντων τῷ Ἰησοῦ διὰ Ἡρῴδην. (XIII, 31.)
νβ'. Περὶ τοῦ ὑδρωπικοῦ. (XIV, 1.)
νγ'. Περὶ τοῦ μὴ ἀγαπᾷν τὰς πρωτοκλισίας. (XIV, 7.)
νδ'. Περὶ τῶν καλουμένων ἐν τῷ δείπνῳ. (XIV, 15.) Μθ. να'.
νε'. Παραβολὴ περὶ οἰκοδομῆς πύργου. (XIV, 28.)
νσ'. Περὶ τῶν ἑκατὸν προβάτων παραβολή. (XV, 3.)
νζ'. Περὶ τοῦ ἀποδημήσαντος εἰς χώραν μακράν. (XV, 12.)
B νη'. Περὶ τοῦ οἰκονόμου τῆς ἀδικίας. (XVI, 1.)
νθ'. Περὶ τοῦ πλουσίου καὶ τοῦ Λαζάρου. (XVI, 19.)
ξ'. Περὶ τῶν δέκα λεπρῶν. (XVII, 11.)
ξα'. Περὶ τοῦ κριτοῦ τῆς ἀδικίας. (XVIII, 1.)
ξβ'. Περὶ τοῦ Φαρισαίου καὶ τοῦ τελώνου. (XVIII, 9.)
ξγ'. Περὶ τοῦ ἐπερωτήσαντος πλουσίου τὸν Ἰησοῦν. (XVIII, 18.) Μθ. μα'. Μρ. κθ'.
ξδ'. Περὶ τοῦ τυφλοῦ. (XVIII, 35.) Μθ. μδ'. Μρ. λα'
ξε'. Περὶ τοῦ Ζακχαίου. (XIX, 1.)
ξσ'. Περὶ τοῦ πορευθέντος λαβεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν. (XIX, 12.)
ξζ'. Περὶ τῶν λαβόντων τὰς δέκα μνᾶς. (XIX, 13)
ξη'. Περὶ τοῦ πώλου. (XIX, 29.) Μθ. με'. Μρ. λβ'. Ιω. ιθ'.
C ξθ'. Περὶ τῶν ἐπερωτησάντων τὸν Κύριον ἀρχιερέων καὶ Γραμματέων. (XX, 1.) Μθ. μέ'. Μρ. λέ'.

29. *De interrogatione Domini ad discipulos.*
30. *De transfiguratione Jesu.*
31. *De lunatico.*
32. *De disputantibus, quis esset major.*
33. *De eo cui non permisit ut sequeretur.*
34. *De designatis septuaginta apostolis.*
35. *De tentante legisperito.*
36. *De eo qui inciderat in latrones.*
37. *De Martha et Maria.*
38. *De oratione.*
39. *De ejecto dæmonio muto.*
40. *De muliere, quæ de turba vocem extulit.*
41. *De his qui signum petebant.*
42. *De Pharisæo qui Dominum invitavit.*
43. *De deploratione legisperitorum.*
44. *De fermento Pharisæorum.*
45. *De eo qui volebat dividere hæreditatem.*
46. *De divite cujus ager ferax fuit.*
47. *De Galilæis et iis qui in Siloe,* etc.
48. *De muliere contracta spiritum infirmitatis habente.*
49. *De parabolis.*
50. *De eo qui Dominum interrogabat, an pauci essent, qui salutem consequerentur.*
51. *De his qui suadebant, ut secederet propter Herodem.*
52. *De hydropico.*
53. *De non amandis primis accubitibus.*
54. *De invitatis ad cœnam.*
55. *De ædificatione turris parabola.*
56. *De centum ovibus parabola.*
D 57. *De duobus filiis, quorum junior luxuriose vixit.*
58. *De dispensatore iniquo.*
59. *De divite et Lazaro.*
60. *De decem leprosis.*
61. *De judice iniquo.*
62. *De Pharisæo et Publicano.*
63. *De divite, qui Dominum interrogavit.*
64. *De cæco.*
65. *De Zacchæo.*
66. *De homine qui profectus est, ut acciperet sibi regnum.*
67. *De his qui decem minas acceperunt.*
68. *De pullo.*
69. *De sacerdotibus et scribis ac senioribus, qui Dominum interrogabant.*

ερὶ τοῦ ἀμπελῶνος (XX, 9). Μθ ν'. Μρ. λζ' A
ερὶ τῶν ἐγκαθέτων διὰ τὸν κῆνσον (XX, 20). Μθ
β'. Μρ. λζ'.
ερὶ τῶν Σαδδουκαίων (XX, 27). Μθ. νγ'. Μρ.
η'.
ρώτησις πρὸς τοὺς Φαρισαίους, πῶς ἐστιν υἱὸς
αυὶδ ὁ Χριστός (XX, 41). Μθ. νε' Μρ. μ'.
ερὶ τῆς χήρας τῆς τὰ δύο λεπτὰ βαλούσης (XXI,
). Μρ. μα'.
ρώτησις περὶ συντελείας (XXI, 7). Μθ. νζ'. Μρ.
β'.

οϛ'. Περὶ τοῦ Πάσχα (XXII, 1). Μθ. ξγ' Μρ. με.
οζ'. Περὶ τῶν φιλονεικησάντων, τίς μείζων (XXII, 24).
οη'. Περὶ τῆς ἐξαιτήσεως τοῦ Σατανᾶ (XXII, 31). Μθ. ξζ'. Μω. μζ'.
οθ'. Ἐξουθένησις Ἡρῴδου (XXIII, 14).
π'. Περὶ τῶν κοπτομένων γυναικῶν (XXIII, 27).
πα'. Περὶ τοῦ μετανοήσαντος ληστοῦ (XXIII, 39).
πβ'. Περὶ τῆς αἰτήσεως τοῦ Κυριακοῦ σώματος (XXIII, 50). Μθ. ξη'. Μρ. μη'. Ἰω. νη'.
πγ. Περὶ τοῦ Κλεόπα (XXIV, 13).

De vinea.
De his qui Dominum interrogabant occasione census. B
De Sadducæis.
Interrogatio Domini ad Judæos, quomodo dicant Christum filium esse David.
De vidua quæ duo minuta obtulit.
De consummatione.

76. *De Pascha.*
77. *De contentione, quis esset major.*
78. *De expetitione Satanæ.*
79. *De contemptu Herodis.*
80. *De mulieribus Dominum plangentibus.*
81. *De latronis pœnitentia.*
82. *De petitione corporis Domini.*
83. *De Cleopa.*

ΜΗΝΕΙΑ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΛΟΥΚΑΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΥ.

ακάριος Λουκᾶς, Ἀντιοχεὺς (1) μὲν ἦν τὸ (2)
πᾶσαν δὲ τὴν ἐν λόγοις παίδευσιν μετελθών,
ν ἰατρικὴν τῶν σωμάτων ἐμαθών, ὕστερον
ὴν ἰατρικὴν τῶν ψυχῶν κατώρθωσε · πρῶτα
ὶ Χριστῷ φοιτήσας, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰ σπέρ-
τῆς εὐσεβείας ὑποδεξάμενος . (3) ἔπειτα δὲ C
τῷ κορυφαίῳ συναρμοσθεὶς καὶ διαφερόντως
λεῖς, καὶ γεγονὼς ἀκόλουθος αὐτῷ καὶ συνέκ-
καθάπερ δὴ καὶ Πέτρου τοῦ κορυφαίου, Μάρ-

ι δέ τινες, καὶ μᾶλλον (4) Ὠριγένης, ὅτι τοῖς
κοντα ἀποστόλοις καὶ Μάρκος καὶ Λουκᾶς, πρὸ
πστικοῦ σταυροῦ, συνηρίθμηντο.
κ δὲ πεντεκαίδεκα χρόνους τῆς τοῦ Σωτῆρος ἀνα-
ς, ἐπιτραπεὶς παρὰ Παύλου, συνέγραψε τὸ Εὐαγγέ-
όν τινα Θεόφιλον, πιστότατον καὶ θεοφιλέστατον,
τῶν τοῖς ἄλλοις εὐαγγελισταῖς σεσιωπημένων αὐ-
ομνημονεύσας.
ιὸ ἥπερ — πραγμάτων. Ἐνέφηνέ τινας ἐπιχειρή-
μὲν ἀναγράψασθαι (5) Εὐαγγέλιον, πόρρω δὲ D
ληθείας ἀποπλανηθέντας. Οὐ γὰρ περὶ Ματθαίου
ίρκου τοῦτό φησιν · Οὗτοι γὰρ οὐκ ἐπεχείρησαν,
ραψαν. Περὶ τῶν πεπληροφορημένων δὲ, τουτέσ-
ι τῶν βεβαιωθέντων ἐν Ἡμῖν, τοῖς ἀληθέσι
αῖς τοῦ Κυρίου, Πραγμάτων. Εἰσὶ δὲ ταῦτα αἱ
ξεις καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ, τὰ θαύματα καὶ τὰ δι-
τα, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἡ ἔνσαρκος αὐτοῦ πολι-

INTERPRETATIO EVANGELII LUCÆ.

Beatus Lucas Antiochensis fuit genere. Omnem autem sermonis disciplinam adeptus, medicinam etiam corporum didicit, ac postmodum animarum quoque medicinam assecutus est. Primum quidem Christo adhæsit, et ab eo pietatis semina suscepit. Postea vero Paulo duci conjunctus, maximeque familiaris effectus est, ac discipulus ejus, comesque itineris : quemadmodum et Marcus Petri cæterorum principis.

Dicunt autem quidam, et maxime Origenes, quod Marcus et Lucas ante Dominicam passionem inter septuaginta discipulos connumerati sunt.

Post quindecim vero annos a Salvatoris assumptione, permissu Pauli conscripsit Evangelium ad Theophilum fidelissimum Deique amantissimum. Multa autem, quæ ab aliis evangelistis silentio fuerant præterita, iste commemorat.

CAP. I. Vers. 1. *Quando quidem — rerum.* Demonstrat, quosdam tentasse Evangelium conscribere, sed a veritate longe aberrasse. Non enim de Matthæo et Marco hoc dicit : *Hi enim non tentaverunt, sed scripserunt.* Certissima fide comprobata, hoc est, confirmata. *Nobis*, qui Christi sumus discipuli. *Rerum* ; hæ autem sunt opera ac sermones ejus, miracula ac dogmata, et, ut, semel dicam, conversatio ejus in carne.

Variæ lectiones et notæ.

ιέν et mox δέ omittit A.
lis similia leguntur apud Euseb. *Hist. eccles.*
. cap. 4.
ιεξάμενος A.

(4) Haud dubie tomo primo in Evangelium Matthæi, ut colligere licet ex Euseb. *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 25.
(5) Εὐαγγέλια B.

Vers. 2. *Sicut — verbi.* A principio miraculorum et dogmatum. Hoc autem scribens ostendit, quod ipse illis posterior ad ipsum accessisset: ideoque hæc ab illis didicerat, qui semper cum Christo fuerant, ac singula viderant et audierant; dicit autem eos discipulos, qui e duodenario fuerunt numero. Verbum vero intelligit hic Christum, qui ab his per incarnationem ac humanitatem visus est. Ministros quoque hos nominavit, utpote auditores et ad fidei prædicationem emissos.

Vers. 3. *Visum est — Theophile.* Assecutio hoc loco pro cognitione sumenda est. Cuncta videlicet opera Salvatoris ac sermones. Dicit ergo: *Visum est et mihi*, hoc est, Æquum apparuit mihi, qui cuncta a principio accurate cognovi, ordine tibi scribere. Deinde etiam scribendi causam addit.

† Hic senatorii erat ordinis, et fortassis præfectus. Strenui enim nomen ad præsides ac primates dicebatur: sicut et Paulus ait ad præsidem Festum: *Strenue Feste*[1]. Omnis etiam homo, qui Deum amat, sumpta adversus affectiones fortitudine, dici potest strenuus Theophilus ac dignus, qui doctrinam audiat evangelicam.

Vers. 4. *Ut — certitudinem.* Ut agnoscens, vehementius sermonum fidei certitudine rapiaris (*bb*); de quibus imbutus fueras, sive, de quibus edoctus es, ne te fallat narratio, quam multi tentaverunt retexere, sicut superius declaratum est.

Vers. 5. *Fuit — Zacharias.* Patrem dicit Baptistæ. Primum autem admiranda exponit, quæ circa Præcursoris conceptum ac nativitatem acciderunt, demonstrans, quod statim ab exordio vitæ dignus erat, qui Christum annuntiaret, populoque demonstraret.

Quia vero ea narraturus est quæ apud Judæos contigerunt, merito quoque ponit præ oculis tempus Herodis regis, ut et tempus illarum rerum fiat manifestum. Herodem autem intelligit eum, qui infantes occidit, patrem illius Herodis, qui Præcursorem interemit.

Vers. 5. *Ex vice Abia.* Vicem appellabant hebdomadarium ministerium. Tunc siquidem duo erant templi sacerdotes sibi mutuo succedentes. Abia videlicet et Barachias. Ex vice igitur Abia, sive, post vicem Abia, id est, succedens ipsi Abia.

Vers. 5. *Et — Aaron.* E posteris Aaron. Demonstravit ergo, quod Præcursor a sacerdotali descendit tribu, non secundum patrem tantum, sed etiam secundum matrem: et utrinque sacerdotalis erat.

[1] Act. xxvi, 25.

A Καθὼς — λόγου. Ἀπ' ἀρχῆς τῶν θαυμάτων καὶ τῶν δογμάτων. Τοῦτο δὲ γράψας, ἔδειξεν ὅτι αὐτὸς ὕστερος ἐκείνων ἐφοίτησεν αὐτῷ· διὸ καὶ παρ' αὐτῶν ἔμαθε ταῦτα, διὰ παντὸς συνόντων τῷ Χριστῷ, καὶ ὁρώντων καὶ ἀκουόντων ἕκαστα. λέγει δὲ τοὺς τῆς δωδεκάδος τῶν μαθητῶν. Λόγον δὲ τὸν Χριστὸν ἐνταῦθά φησιν, ὁραθέντα τούτοις διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως· ὑπηρέτας δὲ τούτους ὠνόμασεν, ὡς ὑπηκόους, καὶ ὡς ἀποσταλέντας εἰς τὸ κήρυγμα τῆς πίστεως.

Ἔδοξε — Θεόφιλε. Παρακολούθησιν τὴν γνῶσιν ὑπολήπτεον ἐπὶ τοῦ παρόντος ῥητοῦ. Πᾶσι δὲ, τοῖς ἔργοις καὶ λόγοις δηλονότι τοῦ Σωτῆρος. Ἄνωθεν δὲ, ἀντὶ τοῦ, Ἀπ' ἀρχῆς αὐτῶν. Λέγει γοῦν ὅτι Ἔδοξε κἀμοί, τουτέστιν, ἀρεστὸν ἐφάνη, γνόντι ἀπ' ἀρχῆς πάντα πρὸς B ἀκρίβειαν, καθεξῆς σοι γράψαι. Εἶτα προστίθησι καὶ τὴν αἰτίαν τῆς γραφῆς.

†† [Θῦτος (6) συγκλητικός ἦν καὶ ἄρχων ἴσως. Τὸ γὰρ κράτιστος ἐπὶ τῶν ἀρχόντων καὶ ἡγεμόνων εἴωθε. Ὡς καὶ ὁ Παῦλός φησι πρὸς τὸν ἡγεμόνα Φῆστον, Κράτιστε Φῆστε. Καὶ πᾶς δὲ ἄνθρωπος θεοφιλὴς, καὶ κράτος κατὰ τῶν παθῶν ἀναδεξάμενος, Θεόφιλὸς ἐστι κράτιστος, ὃς καὶ ἄξιος τῷ ὄντι ἐστὶν ἀκούειν τοῦ Εὐαγγελίου.]

Ἵνα — ἀσφάλειαν. Ἵνα ἐπιγνῷς, ἵνα πλέον κατάσχῃς τὴν ἀσφάλειαν τῶν λόγων τῆς πίστεως, περὶ ὧν κατηχήθης. ἤγουν περὶ ὧν ἐδιδάχθης, ὥστε μὴ σφαλῆσθαί σε τῇ διηγήσει, ἣν πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι, καθὼς ἀνωτέρω δεδήλωται.

Ἐγένετο — Ζαχαρίας. Τὸν πατέρα λέγει τοῦ Βαπτιστοῦ. C Προεκτίθεται δὲ τὰ κατὰ τὴν σύλληψιν καὶ γένεσιν τοῦ Προδρόμου παράδοξα, παριστῶν ὅτι εὐθὺς ἐκ προοιμίων τῆς ζωῆς ἀξιόπιστος ἦν, καταγγέλλων καὶ ὑποδεικνύων τὸν Χριστὸν τῷ λαῷ.

Ἐπεὶ δὲ (7) περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις γεγενημένων διηγήσασθαι μέλλει, παρασημειοῦται τὸν καιρὸν τῆς Ἡρῴδου βασιλείας εἰκότως, ἵνα γένηται δῆλος καὶ ὁ χρόνος αὐτῶν (8). Ὁρῴδην δὲ νόει τὸν βραφοκτόνον, τὸν πατέρα Ἡρῴδου, τοῦ ἀνελόντος τὸν Πρόδρομον.

Ἐξ ἐφημερίας Ἀβιά. Ἐφημερίαν ἐκάλουν τὴν ἑβδομαδιαίαν λειτουργίαν. Δυὸ γὰρ ἦσαν τότε ἱερεῖς τοῦ ναοῦ, ἀλλήλων διάδοχοι. Ἀβιὰ καὶ Ζαχαρίας (9). Ἐξ ἐφημερίας οὖν Ἀβιὰ, ἤγουν μετὰ τὴν ἐφημερίαν Ἀβιὰ, τουτέστι, διάδοχος τοῦ Ἀβιά. D

Καὶ — Ἀαρών. Ἐκ τῶν ἀπογόνων τοῦ Ἀαρών. Ἔδειξεν οὖν ὅτι ὁ Πρόδρομος ἐκ τῆς ἱερατικῆς κατήγετο φυλῆς οὐ κατὰ τὸν πατέρα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν μητέρα, καὶ ἀμφοτέρωθεν ἱερατικὸς ἦν.

Variæ lectiones et notæ.

(6) Hæc neuter meorum agnoscit. Edidit hæc ex margine sui codicis Hentenius. Repetita sunt ex Theophylacto, p. 293, C.

(7) Τῶν, etiam ante περὶ, habet A.

(8) Αὐτῶν, ex correctione B. Αὐτοῦ. A.

(9) Βαραχίας Hentenius.

(*bb*) *Ut — rapiaris.* In Græco expedita sunt omnia. Ut cognoscas, ut magis (firmius) complectaris certitudinem sermonum fidei. nterpres videtur legisse, ἵνα ἐπιγνοὺς πλεονάσῃς τῇ ἀσφαλείᾳ. Sed ea, quam nos edidimus verior est haud dubie lectio.

ὸ ὄνομα αὐτῆς Ἐλισάβετ. Προσέθηκε καὶ A
ιεν ἀκριβείας.

— Θεοῦ. Δικαίους (10) νῦν, τοὺς ἐναρέ-
ι. [Ἦσαν δὲ δίκαιοι οὐκ ἐνώπιον (11) τῶν
,] ἀλλ' ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, τοῦτον ἔχοντες
ἧς δικαιοσύνης αὐτῶν. Αὕτη γὰρ ἀληθὴς
ᾗ.

μενοι — ἄμεμπτοι. Τὰς νομικὰς ἐντολὰς
καὶ δικαιώματα, ὡς δικαιοσύνης μεστὰς,
καιούσας τοὺς μετιόντας αὐτάς.

ἰκ — προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν
οβεβηκότες, ἤτοι γεγηρακότες.

(12) τῶν δικαίων γυναῖκες, καὶ αἱ δίκαιαι, B
ἔτεκνοι, ἵνα σὺ μάθῃς, ὅτι ὁ νόμος οὐκ ἀπαι-
κνίαν σωματικὴν, ἀλλὰ πνευματικήν.

ὁ — θυμιάματος. [Ἔλαχεν· οὗτος (13) ὁ
δεκάτῃ τοῦ ἑβδόμου μηνὸς ἦν, ὡς ὁ νόμος
Ἐν τῷ μηνὶ γάρ, φησὶ, τῷ ἑβδόμῳ τῇ
οῦ μηνὸς ταπεινώσατε τὰς ψυχὰς ὑμῶν, καὶ
ὅσα περὶ τῆς ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ γενομέ-
ὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἰσόδου τοῦ ἀρχιερέως
ὁρευται. Ἑβδομος δὲ παρ' Ἑβραίοις, ὁ
Σεπτέμβριος, καθ' ὃν καὶ (14) ἡ Ἐλισάβετ
τὸν Πρόδρομον.]

ιὲν ἦν τὸ θυσιαστήριον τοῦ θυμιάματος ·
ὸ θυσιαστήριον τῶν προσφερομένων ζώων,
λλων καρπωμάτων. Ἐκ δεξιῶν δὲ ἵστατο, ὡς
ἀγαθὰ μέλλων ἀπαγγέλλαι.

αὐτόν. Ἐταράχθη, ὑποπτεύσας ἤδη ἀπο- C

– Ζαχαρία. Πρῶτον ἐκβάλλει τὸν φόβον
ἧς αὐτοῦ, ἵνα χωρὶς ταραχῆς ἀκούσῃ, καὶ
τοῖς αὐτοῦ λόγοις· εἰπὼν δὲ ὅτι Μὴ φο-
ῃνεν ὅτι Χαῖρε · εἶτα λέγει καὶ τὴν αἰτίαν
ἰ·

— σου. Ἡ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τοῦ λαοῦ.
ιτης γὰρ καθεκάστην οἱ ἱερεῖς ἐδέοντο.
ὴ δὲ, ὡς μέλλοντος ἤδη τοῦ Σωτῆρος
ἰσαι, καὶ σῶσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν
αὐτῶν. Εἰς ἀπόδειξιν δὲ καὶ βεβαίωσιν τοῦ
ῆναι τὴν δέησιν αὐτοῦ φησι ·

γυνή — σοι. Χρησιμεύοντα καὶ τοῦτον D
σωτηρίαν τοῦ λαοῦ. Ἔμελλε γὰρ ὑποδεῖ-
αῷ τὸν Σωτῆρα. Καὶ ἐπείπερ ἡ μετάνοια
ι τῆς σωτηρίας, ἔδει τὸν κήρυκα τῆς με-
ροδραμεῖν τοῦ ᾠρουμένου τὴν σωτηρίαν.
ινᾶται πρῶτον ὁ Πρόδρομος.

λέσεις — Ἰωάννην. Ὡς κεχαρισμένον ἐκ
ιτρὸς, εἴτουν, πεφιλημένον Θεῷ, ἢ ὡς χα-

Vers. 6. *Et nomen ejus Elisabeth.* Addidit et hoc diligentiæ causa.

Vers. 6. *Erant — Deo.* Justos dicit nunc, virtuti deditos Erant autem justi, non coram hominibus, sed coram Deo, hunc habentes suæ justitiæ inspectorem : hæc enim est vera justitia.

Vers. 6. *Incedentes — absque reprehensione.* Legalia præcepta vocavit etiam justificationes, utpote justitiæ plenas : et quæ incedentes in ipsis justificarent.

Vers. 7. *Et non — processerant in diebus suis. Processerant*, hoc est, Senuerant et provectæ erant ætatis.

† Sæpenumero justorum uxores, etiam justæ liberis caruerunt, ut hinc discas, legem non exigere carnalem propagationem, sed spiritualem.

Vers. 8. *Factum est* — Vers. 11. *thymiamatis* † † Sortitus est. Tempus hoc erat dies decima mensis septimi, uti lex jubebat[2]. Mense enim, inquit septimo, decima mensis die, demittite mentes vestras, et reliqua, quæ de introitu summi sacerdotis in Sancta sanctorum semel quotannis facto ibi præcepta sunt. Septimus autem apud Hebræos, apud nos est September, quo mense etiam Elisabeth concepit Præcursorem.

Intus erat altare thymiamatis : extra vero altare, super quod offerebantur animalia et oblationes. A dextris autem stetit, ut qui prospera et bona nuntiaturus venerat.

Vers. 12. *Et — eum.* Turbatus est, suspicatus, se protinus moriturum.

Vers. 13. *Dixit — Zacharia.* Primum abjecit animi illius timorem, ut sine turbatione audiret, et animum adverteret ipsius sermonibus. Dicens autem, *Ne timeas*, innuit, ut gaudeat ; deinde causam quoque ponit gaudii.

Vers. 13. *Quia — tua.* Quam pro salute populi fudisti. Pro hac enim sacerdotes quotidie precabantur. Exaudita est autem, eo quod jam Salvator sit humanitatem suscepturus, et populum suum a peccatis eorum salvum facturus. Ad demonstrationem vero et confirmationem, quod ejus oratio exaudita esset, ait :

Vers. 13. *Et uxor — tibi.* Et hunc utilem ad populi salutem. Ostensurus enim erat populo Salvatorem. Nam quia pœnitentiam precedere oportet ad salutem, opus etiam erat, ut pœnitentiæ prædicator eum præcederet, qui salutem erat collaturus. Ideo quoque primum nascitur Præcursor.

Vers. 13. — *Et vocabis — Joannem.* Utpote a ventre matris gratia donatum, sive a Deo amatum. Vel

[2] xvi, 29.

Variæ lectiones et notæ.

ante νῦν, addit B.
æ hic inclusa sunt, absunt a cod. A.
od hic addit scholium interpres, mei non
t. Est autem ex Theophylacto, p. 299 E,
desumptum.
(13) Hoc scholio, quod uterque meus in margine habet, caret Hentenius.
(14) Ἡ omittit A.

tanquam causam gratiæ suis parentibus, multisque aliis, veluti postea manifestum erit. Joannes enim Hebraicum nomen est, quod si quis ad Latinam vocem interpretetur, sonat *gratia* vel *gaudium*.

Vers. 14. *Et erit — exultatio.* Qui talis pueri factus sis pater, cujus et conceptus, et quæ sequentur, supernaturalia erunt ac admiranda, sicut in sequentibus patebit.

Vers. 14. *Multique — gaudebunt.* Non cognati, solum et vicini, verum etiam, quibuscunque divinitus innotuerit, quod ministerium ipse sit expleturus.

Vers. 14. *Erit — Domino.* Magnus apud Deum, quia magnus virtutibus.

Vers. 15. *Et vinum — bibet.* Sicera vocabatur, quidquid in modum vini inebriare poterat : maxime vero potio a palmarum fructu confecta.

Vers. 15. *Et spiritu — suæ.* Postquam per vini ac siceræ (*cc*) abstinentiam de suavium rerum abstinentia fecit certiorem, ubi etiam ab hoc innuit durum conversationis ejus exercitium, docuitque, quod magnus futurus erat coram Domino : ad firmam deinceps persuasionem dicit id, quod majus est, videlicet, quod a puero induetur virtute ex alto, prævidente Deo conversationem ejus et in quod divinum vas erat evasurus.

Vers. 16. *Multosque — ipsorum.* Qui ab eo persuasi confugient ad Christum : hunc enim vocat hic Dominum Deum.

Vers. 17. *Et — eo.* Præcurret coram eo, prædicans pœnitentiam et annuntians adventum ejus.

Vers. 17. *In — Eliæ.* Spiritum appellavit, gratiam spiritualem : virtutem autem, efficaciam. Dicit ergo quod gratiam quoque et efficaciam habebit Eliæ, quas videlicet habebit Elias præcurrens secundum Christi adventum : et hic nunc faciet, quæ postmodum facturus est Elias. Apponit autem et quæ futura sit ejus virtus, sive potentia.

Vers. 17. *Ut convertat — filios.* Prophetavit hoc et Malachias, et accurate declaratum est vicesimo capite Evangelii juxta Matthæum, ubi dicitur : *Et si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus erat.*[1].

Vers. 17. *Et — justorum.* Hos eosdem dicit inobedientes, quia ad id usque tempus fuerant inobedientes. Convertet ergo hos ad prudentiam bonorum, ad intelligentiam perfectorum.

Vers. 18. *Ut paret — præparatam.* Præparatam per pœnitentiam : vel præparatam ad salutis susceptionem.

Vers. 18. *Dixitque suis.* Ad senectutem ac naturæ imbecillitatem, verum non attenta Dei

[1] Matth. xi, 14.

A ρᾶς αἴτιον τοῖς τε γεννήτορσι καὶ ἄλλοις πολλ ἐφεξῆς γενήσεται δῆλον. Ἰωάννης γὰρ Ἑβραϊκ ἐστιν ὄνομα, μεθερμηνευόμενον δὲ πρὸς τὴν Ἑλ φωνὴν, σημαίνει χάριν ἢ χαράν.

Καὶ ἔσται — ἀγαλλίασις. Γεγονότι πατρὶ οὑτου παιδὸς, οὗ καὶ ἡ σύλληψις καὶ τὰ ἐξῆς φυῇ καὶ παράδοξα, καθὼς εὑρήσομεν προϊόντες.

Καὶ πολλοὶ — χαρήσονται. Οὐ μόνον συγγεν οἰκεῖοι, ἀλλὰ καὶ ὅσοις ἀπεκαλύφθη θεόθεν, ἣν ἀνύειν διακονίαν.

Ἔσται — Κυρίου. Μέγας παρὰ Θεῷ, ὡς μέγ ἀρεταῖς.

Καὶ οἶνον — πίῃ. Σίκερα ἐκαλεῖτο πᾶν τὸ B τὸν οἶνον μέθυσμα, μάλιστα δὲ τὸ ἐκ φοινίκων ασμένον.

Καὶ πνεύματος — αὐτοῦ. Διὰ τῆς ἀποχῆ οἴνου καὶ τοῦ σίκερα προμηνύσας τὴν ἀποχ ἡδέων, καὶ παραστήσας ἐντεῦθεν τὴν σκλ γίαν τῆς διαίτης αὐτοῦ, καὶ διδάξας ὅτι ἔσται κατὰ Θεὸν, λοιπὸν εἰς πληροφορίαν λέγει μεῖζον, ὅτι ἐκ βρέφους ἐνδύσεται τὴν ἐξ ὕψου ναμιν, προειδότος τοῦ Θεοῦ τὴν πολιτείαν, ἣ σεται, καὶ οἷον ἀποβήσεται σκεῦος.

Καὶ πολλοὺς — αὐτῶν. Ὅσοι πεισθέντες προσέδραμον τῷ Χριστῷ. Τοῦτον γὰρ ἐνταῦθα Κύριον καὶ Θεόν.

Καὶ — αὐτοῦ. Προδραμεῖται ἔμπροσθεν C κηρύσσων μετὰ νοιαν, καὶ καταγγέλλων τὴν σίαν αὐτοῦ.

Ἐν — Ἡλίου. Πνεῦμα μὲν ὠνόμασε τὸ ματικὸν χάρισμα · δύναμιν δὲ τὴν ἐνέργειαν. γοῦν ὅτι καὶ τὸ χάρισμα καὶ τὴν ἐνέργει τοῦ Ἡλίου, ἅπερ Ἠλίας ἔξει, προτρέχων τῆς ρας παρουσίας Χριστοῦ. Καὶ ποιήσει οὗτος ἅπερ Ἠλίας ὕστερον. Προστίθησι δὲ καὶ τίς ἡ δύναμις αὕτη.

Ἐπιστρέψαι — τέκνα. Προεφήτευσε τοῦτο Μαλαχίας, καὶ ἡρμηνεύθη σαφῶς ἐν τῷ εἰκοστ φαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον, ἔνθα κεῖται τὸ εἰ θέλετε δέξασθαι, αὐτός ἐστιν Ἠλίας ὁ ἔρχεσθαι.

Καὶ — δικαίων. Τοὺς αὐτοὺς λέγει καὶ ἀπ D ὡς ἄχρι τότε μὴ πεισθέντας. Ἐπιστρέψει αὐτοὺς, εἰς φρόνησιν ἐναρέτων, εἰς σ τελείων.

Ἑτοιμάσαι — κατεσκευασμένον. Κατεσκευα τῇ μετανοίᾳ, ἢ κατεσκευασμένον εἰς ὑπο σωτηρίας.

Καὶ εἶπε — αὐτῆς. Πρὸς τὸ γῆρας καὶ τὴν νειαν τῆς φύσεως, ἀλλ' οὐ πρὸς τὴν δύναμ

Variæ lectiones et notæ.

(*cc*) De vocabulo σίκερα ita habet Christost. t. VI, p. 57 : Σίκερα ἐνταῦθά φησι τῶν φοινίκων τὸν ὀπόν, ὃν ἐπετήδευον, συντριβοντες τὸν καρπὸν καὶ καταθλῶντες, εἰς οἶνου μετασχηματίζειν φύσιν ρωτικὸν δέ ἐστι τὸ τοιοῦτον, καὶ μέθη. Adde phyl. p. 301.

κς, οὐκ εὐχερῶς παρεδέξατο τὴν ἐπαγγελίαν A virtute, tardus erat ad suscipiendam fœtus promissionem.

ριθεὶς — ταῦτα. Ποῖα; ἡ γέννησις, δηλαδή, ις τοῦ ὀνόματος.

— μου. Τοῖς περὶ τούτων.

Vers. 19. *Et respondens — hæc.* Quænam? nativitas videlicet, ac nominis impositio.

Vers. 20. *Eo quod — meis.* Quæ de his erant rebus.

— αὐτῶν. Εἰς τὸν καν καιρὸν τῆς γεννήσεως ήσεως. Ὅρα δὲ, ὅτι διὰ τὴν φωνὴν τῆς τεσχέθη τὴν φωνήν.

Vers 20. *Quæ — suo.* ¡Tempore videlicet nativitatis ac nominis impositionis. Vide autem, quod propter vocem incredulitatis retenta ac cohibita est illi vox.

Ζαχαρίαν. Ἀπεκδεχόμενος (15).

Vers. 21. *Et — Zachariam.* †† Exspectans.

κωφός. Οὐ μόνον γὰρ ἐπεσχέθη τὴν φωνὴν καὶ τὴν ἀκοὴν, ὡς μετὰ ἀπιστίας καὶ κὶ φωνήσας. Προεμήνυε δὲ ἡ τοῦ γηραιοῦ B ἡ τὴν τῆς παλαιᾶς ἱερωσύνης καὶ λατρείας

Vers. 21. *Et* — Vers. 22. *mutus.* Κωφὸς (pro quo hic habemus *mutum*) significat etiam surdum. Neque enim sola vox illi ablata est, sed et auditus, eo quod cum incredulitate audisset ac locutus fuisset. Significabat autem silentium sacerdotis senis, veteris sacerdotii, cultusque taciturnitatem.

ετο — αὐτοῦ. Χρὴ γὰρ τὸν ἱερέα παντελῶς τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς αὐτοῦ· Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ θεῖος ὑπαγορεύει Πληρώσας δὲ ταύτας ὁ Ζαχαρίας λοιπὸν ἡ φαμετῇ αὐτοῦ διὰ τὴν ἐπαγγελίαν τῆς δευθεὶς τῇ πληγῇ τῆς σιωπῆς πιστεύειν τοῖς υ ῥήμασι.

Vers. 23. *Et factum* — Vers. 24. *ejus.* Oportebat namque sacerdotem omnino abstinere a propria uxore in diebus ministerii sui : hoc enim et divina lex præcepit. His autem completis, congressus est Zacharias cum uxore sua propter promissum fœtum, silentii flagello edoctus, ut angelicis verbis crederet.

πέντε. Αἰδουμένη τὴν γηραιὰν καὶ ἔξωρον ἕως οὗ (16) καὶ ἡ Παρθένος συνέλαβε.

Vers. 24. *Et — quinque.* Erubescens, eo quod esset senior ac intempestiva, quæ prægnans fieret, donec virgo etiam concepit.

ι — ἀνθρώποις. Ὅτε ηὐδόκησεν ἀφελεῖν ώποῖς ὀνειδός μου, τὸ ἐπὶ τῇ ἀτεκνίᾳ. Παρ' C μὲν γὰρ ὀνειδος ἦν ἡ ἀκαρπία τοῦ σώμα- σωματικωτέροις· παρὰ δὲ Χριστιανοῖς ἀκαρπία τῆς ψυχῆς, οἷα πνευματικω-

Vers. 24. *Dicens* — Vers. 25. *homines.* Quando beneplacuit, ut auferret opprobrium meum, quod apud homines erat, eo quod prole carerem. Apud Hebræos siquidem probro dabatur corporum sterilitas, utpote qui magis carnales erant ac corporales ; apud Christianos vero probro datur animarum sterilitas, tanquam magis spirituales.

τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ — Μαριάμ. [Γρηγορίου Ἐν (17) ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ὁ εὐαγγελισμὸς σίας τοῦ Σωτῆρος γέγονε, καθ' ὃν ἡ νὺξ ρότατον μῆκος προελθοῦσα, μειοῦσθαι καὶ ἄρχεται, τῆς ἡμέρας λοιπὸν αὐξανομένης πτούσης, ἵνα μάθῃς ὅτι καὶ τὸ σκότος ας καὶ τῆς ἁμαρτίας ἄχρι τότε φθάσαν εἰς εκίας καὶ κορυφωθὲν, ἔκτοτε ἀνεκόπη, ἔκλειψιν καὶ ἀφανισμὸν ἠλαύνετο, τοῦ η τῆς εὐσεβείας καὶ ἀρετῆς νικῶτος καὶ D ος.]

Vers. 26. *Sexto autem mense* — Vers. 27. *Maria.* †† Gregorii Nysseni : Illo tempore nuntiatus est adventus Servatoris, quo nox extremam longitudinem nacta, minui, et paulatim evanescere incipit, cum jam dies augeatur ac ulterius procedat ; ut discas tenebras impietatis et peccatorum eo usque progressas ad magnitudinem improbitatis ac cumulatas, exinde tolli atque adeo deficere et evanescere, cum jam pietates et virtutis lux vincat et abundet.

ιηνὶ τῷ ἕκτῳ τῆς κυοφορίας, ὅτε ἡ γαστὴρ ς Ἐλισάβετ.

Sexto mense, postquam prægnans effecta fuerat Elizabeth, cum ejus uterus intumesceret.

τευμένη δὲ ἦν ἡ Παρθένος, ἵνα λάθῃ τὸν ἡ γέννησις τοῦ Χριστοῦ. Καὶ γὰρ ἤκουε ητῶν καταγγελλόντων, ὅτι ἐκ παρθένου μέλλει· καὶ διὰ τοῦτο παρετήρει τὰς ἵνα οἵαν ἴδῃ κυοφοροῦσαν, περὶ ταύτην ιαπτήξῃ τῆς κακοτεχνίας αὐτοῦ. Λοιπὸν

Desponsata autem erat Virgo, ut diabolum lateret Christi nativitas. Audierat enim prophetas annuntiasse, quod esset e virgine nasciturus ; ideoque virgines observabat, ut si quam in utero gestare videret, circa hanc fraudulentiæ suæ laqueos apponeret. Placuit itaque Deo, ut Virgo, quæ in habita-

Variæ lectiones et notæ.

ud Hentenium, hoc vocabulo præter- tus junctus est.
ι abest A.

(17) Hæc uterque meus in margine habet. Caret iis Hentenius.

culum suum segreganda erat, viro desponsata esset, ut hac relicta, indesponsatas improbus ille observaret. Dictum est autem de sponso Matris Dei in Procœmio Evangelii juxta Matthæum.

Quod vero additur : *De domo David*, intelligitur et de Virgine et de Joseph. Nam et hæc, et ille e gente David descenderant.

Vers. 28. *Et ingressus — tecum.* Gaudium hoc Evæ solvit maledictionem. Illa siquidem jussa est habere mœrorem (nam id proprie significat λύπη vocabulum, quod Geneseos tertio capite in ærumnas et dolorem vertitur) ; hæc autem gaudium, quod mœrori contrarium est : Gaude, inquit, utpote inter omnes virgines in Dei Matrem electa. Gratiosam vero nominavit illam, tanquam videlicet gratia supernaturali dignam : *Dominus tecum*, ho Deus in te est.

Vers. 28. *Benedicta — mulieribus.* Hoc est, laudata, beata.

Vers. 29. *Illa vero — ejus.* Timuit, ne forte dolosus esset.

Vers. 29. *Et illa — salutatio.* Utrum divina, an a dæmone. Salutationem autem dicit, compellationem.

Vers. 30. *Et ait — Deum.* Benevolentiam, familiaritatem.

Vers. 31. *Et ecce* — Vers. 32. *Magnus.* Magnus, propter magnitudinem operum ac sermonum suorum.

Vers. 32. *Et Filius — vocabitur.* Erat quidem Filius Altissimi : ita autem postea etiam vocatus est ab his, qui in ipsum crediderunt.

Vers. 32. *Et dabit — patris ipsius.* Thronum, sive regnum et potestatem super Hebræos.

Vers. 33. *Et regnabit — finis.* Populus Dei quandoque Israel vocatur, interdum vero Jacob. Unus enim idemque homo et Israel et Jacob erat. Et natura quidem Jacob vetus erat populus, utpote a Jacob per sanguinis cognationem descendens : adoptione vero, Israel novus erat populus ; nam pro veteri inductus est novus populus. Super hunc itaque novum populum regnabit in æternum, id est, semper, qui videlicet ex operibus ac sermonibus ipsum agnovit, seseque illi voluntarie subdidit. Christus siquidem, et in quantum Deus, rex erat : *Regnum* inquit, *meum non est ex hoc mundo* [4] ; et in quantum homo : habebat enim regis opera, puta subditis leges condere, dirigere, excolere, ac pro eis morti sese exponere : nam hæc potissimum eum, qui rex est, insigniunt.

Ista autem dicta sunt capite primo Evangelii secundum Matthæum, ubi habetur : *Qui regat* (sive *pascat*) *populum meum Israel* [5].

Vers. 34. *Dixit — cognoscam.* Quomodo erit hoc,

[4] Joan. xviii, 36 [5] Matth. ii, 6.

οὖν ὁ Θεὸς εὐδοκησε μνηστευθῆναι ἀνδρὶ τὴν ἁ σθεῖσαν εἰς κατοικητήριον αὐτοῦ Παρθένον, ταύτης ὁ πονηρὸς ἀποστὰς, τὰς ἀμνηστεύτους τηρῇ. Εἴρηται δὲ περὶ τοῦ μνηστῆρος τῆς Θεομ ἐν προοιμίοις τοῦ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγελίου.

Τὸ δὲ Ἐξ οἴκου Δαυὶδ, νοεῖται καὶ περ Παρθένου, καὶ περὶ τοῦ Ἰωσήφ. Καὶ αὕτη γὰρ κἀ ἐκ γένους τοῦ Δαυὶδ κατήγοντο.

Καὶ εἰσελθὼν — μετὰ σοῦ. Αὕτη ἡ χαρὰ τὴν ἔλυσε τῆς Εὔας. Ἐκείνη μὲν γὰρ ἐκελεύσθη ἔχειν, αὕτη δὲ χαράν, τῆς λύπης ἀντίπαλον. φησὶν. ὡς ἐκλεγεῖσα παρὰ πάσας τὰς παρθέν Μητέρα Θεοῦ. Κεχαριτωμένην δὲ αὐτὴν ὠνόμασ χάριτος ἀξιωθεῖσαν ὑπερφυοῦς· τὸ δὲ Ὁ Κύριος σοῦ, ἀντὶ τοῦ, Ὁ Θεὸς ἐν σοί.

Εὐλογημένη — γυναιξί. Εὐφημητὴ, μακαρία.

Ἡ δὲ — αὐτοῦ. Ἐφοβήθη μήποτε δολερὸς ἐστι.

Καὶ — ὁ ἀσπασμὸς οὗτος. Πότερον θεῖ δαιμόνιος. Ἀσπασμὸν δὲ λέγει τὴν (18) ἀγορίαν.

Καὶ εἶπεν — τῷ Θεῷ. Εὐμένειαν, οἰκείωσιν.

Καὶ ἰδοὺ — μέγας. Μέγας διὰ τὸ μέγεθος τῶν ἔ καὶ λόγων αὐτοῦ.

Καὶ Υἱὸς — κληθήσεται. Ἦν μὲν Υἱὸς στοῦ· ἐκλήθη δὲ (19) τοῦτο καὶ ὕστερον παρὰ πιστευσάντων εἰς αὐτόν.

Καὶ δώσει πατρὸς — αὐτοῦ. Τὸν θρόνον, ἤτ βασιλείαν, τὴν ἐπὶ τοὺς Ἑβραίους ἐξουσίαν.

Καὶ βασιλεύσει — τέλος. Ὁ λαὸς τοῦ ποτὲ μὲν Ἰσραὴλ καλεῖται, ποτὲ δὲ Ἰακώβ. Ὁ τὸς γὰρ ἦν καὶ Ἰσραὴλ καὶ Ἰακώβ. Καὶ φύσ Ἰακὼβ ἦν ὁ παλαιὸς λαὸς, ὡς ἐξ Ἰακώβ, κατὰ ἐξ αἵματος συγγένειαν· θέσει δὲ Ἰακὼβ ὁ λαὸς, κατὰ τὴν ἐξ ἀρετῆς συγγένειαν· Αντιστ γὰρ ὁ νέος τοῦ παλαιοῦ. Λοιπὸν οὖν ἐπὶ τοῦτ λαὸν βασιλεύσει εἰς τοὺς αἰῶνας, ἤγουν ἀεὶ, ἐ τῶν ἔργων καὶ τῶν λόγων ἐπιγνόντα αὐτὸν, ἑκουσίως ὑποτεταγμένον αὐτῷ. Ὁ γὰρ Χριστὸ μὲν βασιλεὺς καὶ ὡς Θεὸς· Ἡ βασιλεία, γὰρ ἡ ἐμὴ, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· ἦν καὶ ὡς ἄνθρωπος. Εἶχε γὰρ ἔργα βασιλέω νομοθετεῖν τοῖς ὑπηκόοις αὐτοῦ, τὸ ῥυθμίζειν περιέπειν, τὸ ὑπεραποθνήσκειν αὐτῶν, ἃ μά χαρακτηρίζουσι τὸν ἀληθῶς βασιλέα.

Εἴρηται δὲ ταῦτα καὶ ἐν τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ κατὰ Ματθαῖον, ἔνθα κεῖται τό. Ὅστις ποιμαν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ.

Εἶπε — γινώσκω. Πῶς ἔσται τοῦτο, δηλαδ

Variæ lectiones et notæ.

(18) Ita uterque. Corrigendum προσηγορίαν. Scribæ videntur in mente habuisse προσαγόρευσιν.

(19) Δὲ καὶ τοῦτο ὕστερον B.

ν γαστρὶ, καὶ τεκεῖν υἱόν; Ἠπίστησε
ἰ αὐτῇ, καθάπερ ὁ Ζαχαρίας, οὐχ ὑπε-
ῖς ἀπιστίας ἐπιτιμίῳ· διότι ἐκεῖνος μὲν
ίγματα πολλὰ τῆς ἐν γήρει παιδοποιίας,
τὴν Ῥεβέκκαν, τὴν Ῥαχὴλ, τὴν Ἄν-
παρθένος οὐδὲ ἕν. Οὐδεμία γὰρ παρ-
αὐτῆς ἄνευ ἀνδρὸς συνέλαβε καὶ

ρισθεὶς — ἐπὶ σέ. [Πνεῦμα (21) ἅγιον·
ἅγιον, καθαῖρον ἐπὶ πλέον, καὶ ἁγιάζον·
Ὑψίστου, παρασκευάζουσα δεκτικὴν
καὶ Θεοῦ καὶ παρέχουσα γεννητι-
]
ἀπορρήτως καὶ τὴν ἐνανδρον συλλη-
ὑπερφυῆ τόκον.
μις — σοι. Τὸ αὐτὸ δηλοῖ καὶ οὗτος ὁ
μις Θεοῦ σκεπάσει σε, δυναμοῦσά σε
ἀν τοῦ τοιούτου πράγματος.
οῦ. Διὸ καὶ τὸ ἅγιον βρέφος, τὸ γεννώ-
2) σοῦ, κληθήσεται Υἱὸς Θεοῦ παρὰ
διὰ τὰ θεοπρεπῆ ἔργα τῆς ἡνωμένης
ς.
ἀναγινώσκοντες τὸ Γεννώμενον, ὑπο-
έγοντες ὅτι διὰ τὸ ἐπελθεῖν Πνεῦμα
πισκιάσαι δύναμιν Ὑψίστου, τὸ γεννώ-
ἅγιον, ἤτοι θεῖον· εἶτα τὰ (23) ἑξῆς
γινώσκουσι.
– ῥῆμα. Πρὸς πληροφορίαν αὐτῆς πα-
στι τὴν Ἐλισάβετ, διδάσκων, ὅτι Ὁ δοὺς
κάρπῳ κοιλίᾳ τῆς στείρας, αὐτὸς καὶ
ει, ὃ δι' ἐμοῦ σοι λελάληκε. Πᾶν δὲ
ὑ, Πᾶν ὃ λέγει, πᾶν ὃ ἐπαγγέλλεται, ἢ
τις.

ἦν ἡ Ἐλισάβετ συγγενὴς τῆς Μαρίας;
γὰρ ἐκ τῆς Λευϊτικῆς, εἴτουν ἱερατι-
φυλῆς· αὕτη δὲ ἐκ τῆς Ἰουδαϊκῆς,
κῆς. Διάφοροι γεγόνασιν ἐπιγαμβρεῖ-
τούτων φυλῶν. Ἀαρὼν γὰρ πρότερον,
στερον, ἀρχιερεῖς ἀμφότεροι ὄντες, ἐκ
ς φυλῆς γυναῖκας ἠγάγοντο, καὶ μετ'
.. Λοιπὸν οὖν ἐκ τοιαύτης ἐπικλοκῆς
ῖς ἀλλήλων καὶ αὗται. Ἐπεὶ γὰρ ἐν
ράγμασι πρωτεύει τὸ ἱερατικὸν γένος,
τίνοις (24) τὸ βασιλικὸν, εἰκότως συν-
α καὶ ἱερεὺς βασιλικὸς εἴη, καὶ ὁ βα-
ός.
ου. Λοιπὸν, οὐ μόνον ἐπίστευσεν, ἀλλὰ
γενέσθαι αὐτῇ, καθὼς ὁ ἄγγελος εἶ-

ελος. Ἤδη συλλαβούσης ἅμα τῷ λόγῳ

A ut videlicet concipiam in utero et pariam filium? Et hæc itaque non credidit, sicut Zacharias, non tamen incredulitatis admonita est per pœnam: ille siquidem multa habuit exempla susceptionis liberorum in senectute: Sarram, Rebeccam, Rachel, Annam: virgo autem nullum. Nulla enim virgo ad id usque tempus sine viro conceperat et pepererat.

Vers. 35. *Et respondens — in te.* †† Spiritus sanctus: Spiritus quidem sanctus, magis purificans et sanctificans; potentia vero Altissimi, efficiens aptam ad recipiendum Logon et Deum et largiens facultatem gignendi.

Qui ineffabiliter operabitur et conceptum sine viro, et partum supernaturalem.

B Vers. 35. *Et virtus — tibi.* Idem quoque indicat hic sermo, *Virtus Dei proteget te*; potentem faciet te ad hujus rei operationem.

Vers. 35. *Ideo. — Dei.* Ideo quoque sanctus infans, inquit, qui ex te nascitur, vocabitur a fidelibus Filius Dei, propter divina opera unitæ sibi divinitatis.

Quidam autem ubi legerint: *Quod nascitur*, faciunt ibi subdistinctionem dicentes quod, *quia Spiritus sanctus superveniet, et virtute Altissimi obumbrabit, ideo, quod nascitur, erit sanctum* sive *divinum*: deinde, quod sequitur absolute legunt.

Vers. 36. *Et ecce* — Vers. 37. *verbum.* Ut certiorem eam reddat, exemplum Elizabeth illi proponit; docens, quod Qui ventri sterilis fructu carenti dedit
C fructum, ipse quoque in te faciet, quod per me tibi locutus est. Omne enim verbum, id, est quidquid dicit, quidquid annuntiat, vel quidquid aliquis dicit.

Sed quomodo erat Elizabeth cognata Mariæ? Illa quidem ex Levitica, sive sacerdotali, tribu descenderat, hæc autem de Judaica, sive regia. Variæ fuerunt harum duarum tribuum cognationes: cum enim Aaron primum, et postmodum Joiada, qui ambo summi sacerdotes erant uxores e regia tribu duxerint, et post hos alii, consecutum est, ut ex tali permistione hæ duæ essent inter se cognatæ. Quia enim in divinis rebus primas ferebat sacerdotale genus, in humanis vero regale: merito commista sunt, ut et sacerdos regalis esset, et rex esset
D sacerdotalis.

Vers. 38. *Dixit — tuum.* Jam non solum credidit, sed etiam optabat. ut sibi contingeret, sicut dixerat angelus.

Vers. 38. Et — *angelus.* Simul ac jam per verbum suum conceperat.

Variæ lectiones et notæ.

τοκε. B.
ıic inclusa sunt, addit codex B. mox
la ὑπερφυῆ τόκον. In margine autem
ret iis Hentenius.
ɔ ergo est interpretatio. Nam nec in textu horum comparet. Bis omisso ἐκ σοῦ, laudat Cyrillus tom. IV, p. 125.
(23) Τὸ ἑξῆς. B.
(24) Ἀνθρώποις· B.

Vers. 39. *Exsurgens — Juda.* Montana erat Judææ civitas, in qua habitabat Elizabeth. Abiit autem illuc divino prægnans Spiritu, ut infante in utero Elizabeth exsultante, et illa prophetante, majorem acciperet celsitudinem.

A Ἀναστᾶσα — Ἰούδα. Ἡ ὀρεινὴ, πόλις ἦν τῆς Ἰουδαίας, ἐν τῇ ᾤκει ἡ Ἐλισάβετ. Ἀπῆλθε δὲ ἐκεῖ, θείῳ Πνεύματι (25) κινηθεῖσα, ἵνα σκιρτήσαντος μὲν τοῦ βρέφους ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς Ἐλισάβετ, προφητευσάσης δὲ καὶ αὐτῆς, δέξηται πλείονα (26) πληροφορίαν.

Vers. 40. *Et intravit — Elizabeth.* compellavit, ut moris erat.

Καὶ εἰσῆλθεν — Ελισάβετ. Προσηγόρευσεν, ὡς ἔθος.

Vers. 41. *Et factum — ejus.* Christus quidem locutus est per os suæ Matris : Joannes autem audivit per aures suæ matris : et agnito supernaturaliter Domino suo, exsultatione illum prædicavit ; infans enim, qui in utero ferebatur Virginis, prophetica statim gratia donavit infantem, qui in utero gestabatur sterilis.

Καὶ ἐγένετο — αὐτῆς. Ὁ μὲν Χριστὸς ἐφθέγξατο διὰ τοῦ στόματος τῆς ἰδίας μητρός· ὁ δὲ Ἰωάνης ἤκουσε διὰ τῶν ὤτων τῆς οἰκείας μητρὸς, καὶ ἐπιγνοὺς ὑπερφυῶς τὸν ἑαυτοῦ Δεσπότην, ἀνεκήρυξεν αὐτὸν τῷ σκιρτήματι. Τὸ γὰρ ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς Παρθένου βρέφος αὐτίκα προφητικὴν χάριν ἐδωρήσατο τῷ ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς στείρας βρέφει.

Vers. 41. *Et impleta* — Vers. 42. *ventris tui.* Ab infante qui erat in sterili, prædicatur infans qui erat in Virgine : a sterili vero Virgo. Christo siquidem revelato ei, qui in utero Elizabeth impletus erat Spiritu sancto, impletur et ipsa : et quæ prophetam in utero gestabat etiam vaticinatur, ac benedicit et Virginem et fructum ventris Virginis.

B Καὶ ἐπλήσθη — κοιλίας σου. Παρὰ μὲν τοῦ ἐν τῇ στείρᾳ βρέφους ἀνακηρύττεται τὸ ἐν τῇ Παρθένῳ βρέφος· παρὰ δὲ τῆς στείρας ἡ Παρθένος. Καὶ (27) γὰρ, τοῦ ἐγκεκρυμμένου τῇ νηδύι τῆς Ἐλισάβετ πλησθέντος Πνεύματος ἁγίου, πίμπλαται καὶ αὐτὴ, καὶ εὐφημεῖ καὶ τὴν Παρθένον, καὶ τὸν καρπὸν τῆς κοιλίας τῆς Παρθένου.

Vers. 43. *Et unde — ad me ?* Unde mihi res hæc inopinata ? Sicut enim postmodum filius Elizabeth, veniente ad ipsum Christo, indignum se tali Domini accessu dicebat, ita quoque nunc mater ipsius indignam sese fatetur talis dominæ accessu. Matrem autem etiam ante partum eam nominavit, et Dominum eum, qui ex illa nasciturus erat : attestans angeli verbis, idque efficiens, ut sermonibus ejus firmius Virgo crederet.

Καὶ πόθεν — πρός με ; Πόθεν μοι τοῦτο τὸ παράδοξον ; Ὥσπερ δὲ ὕστερον ὁ υἱὸς τῆς Ἐλισάβετ, ἐλθόντος τοῦ Χριστοῦ πρὸς αὐτὸν, ἀνάξιον ἑαυτὸν τῆς τοιαύτης ἐπιδημίας τοῦ Δεσπότου ἔλεγεν. οὕτω καὶ νῦν ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἀναξίαν ἑαυτὴν τῆς τοιαύτης ἐπιδημίας τῆς δεσποίνης ὁμολογεῖ. Μητέρα δὲ ταύτην ὠνόμασε καὶ πρὸ τοῦ τόκου, καὶ Κύριον τὸν ἐξ αὐτῆς γεννηθῆναι μέλλοντα, μαρτυροῦσα τοῖς τοῦ C ἀγγέλου λόγοις, καὶ βεβαιοτέραν αὐτῇ πίστιν παρέχουσα.

Vers. 45. *Ecce enim — meo.* Præ gaudio, utpote sentiens jam hominum salutem, ac de ea gaudens.

Ἰδοὺ γὰρ — μου. Ἐν ἀγαλλιάσει, ὡς αἰσθόμενον ἤδη τῆς σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἀγαλλιώμενον ἐπ' αὐτῇ.

Vers. 45. *Et beata — Domino* Beatam prædicat Mariam, quæ his fidem habuerit quæ sibi a Domino per angelum dicta sunt. Præcognovit enim Elizabeth etiam ea, quæ dicta erant, et quod Virgo crediderat. Itaque aliæ quoque steriles genuerant, at nunquam earum infans prophetica gratia dignus habitus fuerat, cum adhuc in utero matris gestaretur. Facta sunt ergo circa hanc sterilem admiranda, ut etiam crederentur, quæ circa hanc facta sunt Virginem maxime supernaturalia.

Καὶ μακαρία — Κυρίου. Μακαρίζει τὴν Μαρίαν, ὡς πιστεύσασαν τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου διὰ τοῦ ἀγγέλου. Προέγνω γὰρ ἡ Ἐλισάβετ καὶ τὰ λελαλημένα, καὶ ὅτι πεπίστευκεν αὐτοῖς ἡ Παρθένος. Στεῖραι μὲν οὖν καὶ ἄλλαι γεγεννήκασι βρέφος δὲ οὐδέποτε προφητικοῦ χαρίσματος ἠξιώθη, ἔτι ἐν κοιλίᾳ μητρὸς αὐτοῦ (28) φερόμενον. Γέγονασιν οὖν τὰ κατὰ τὴν στεῖραν ταύτην παράδοξα, ἵνα πιστευθῶσι καὶ τὰ κατὰ τὴν παρθένον ταύτην ὑπερφυέστατα.

Vers. 46 *Et ait — Dominum. Magnificat*, hoc est, Benedicit, glorificat. Est autem hic sermo credentis ac gratias agentis.

D Καὶ εἶπε — Κύριον. Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου, τουτέστιν, Εὐφημεῖ, δοξάζει. Πιστεύουσης δὲ ὁ λόγος οὗτος, εὐχαριστήριος ὤν.

Vers. 47. *Et exsultavit — Salvatore meo.* Spiritum rursus animam intellige. Gavisa est, inquit, anima mea in Deo, qui me salvam fecit : jam enim salva facta sum, quæ digna habita sum ut fierem Mater Dei. Deinde etiam causam dicit, cur gratias agat.

Καὶ ἠγαλλίασε — Σωτῆρί μου. Πνεῦμα τὴν ψυχὴν, πάλιν νόησον. Ἐχάρη, φησὶν, ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σώσαντί με. Σέσωσμαι γὰρ ἔδει, ἀξιωθεῖσα γενέσθαι Μήτηρ Θεοῦ. Εἶτα λέγει καὶ τὴν αἰτίαν τῆς εὐχαριστίας.

Variæ lectiones et notæ.

(25) Ac si κυηθεῖσα legerit Hentenius. Male.
(26) Προφορίαν, sine sensu A. Hentenius haud dubie voluit, *certitudinem.*
(27) In alia omnia discedit interpres.
(28) Αὐτοῦ omittit B.

— αὐτοῦ. Ἐπὶ τὴν εὐτέλειαν. Ταπεινοῖ γὰρ A ὡς ἀναξίαν τηλικούτου πράγματος· ἢ καὶ ταπείνωσιν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ὡς πρὸς τῆς θείας.

— γενεαί. Αἱ τῶν πιστευόντων δηλονότι.

— δυνατός. Ὅτι ἐποίησεν εἰς ἐμὲ μεγάλα καὶ θαυμάσια ὁ δυνατὸς ποιεῖν τοιαῦτα.

γιον — αὐτοῦ. Ἐξαίρετον, μέγα.

τὸ ἔλεος — αὐτόν. Τὸ Εἰς γενεὰν καὶ γε- κὶ τὸ Εἰς γενεὰς γενεῶν, καὶ τὰ τοιαῦτα σημαίνουσι παρ' Ἑβραίοις. Λέγει τοίνυν, τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀεί ἐστιν ἐν τοῖς φοβουμένοις ὁμοια λέγουσα τῷ Δαυὶδ εἰρηκότι· Τὸ δὲ B οὐ Κυρίου ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν. Εἶτα κατα- ἰ ἄλλας δυνάμεις τοῦ Θεοῦ, ὡς ἔθος τοῖς τοῦσιν.

ησε — αὐτοῦ. Ἐποίησε μεγαλεῖον, ἐποί- ην ἐν δυνάμει αὐτοῦ. Ὁ βραχίων γὰρ ἐν- ὴν δύναμιν σημαίνει· διότι οἱ ἀγωνιζόμενοι ιαχίονι τὴν δύναμιν ἔχουσι.

ρπισεν — αὐτῶν. Τοὺς ὑπερηφάνους ἐν οίᾳ τῆς καρδίας αὐτῶν, τοὺς ὑπερηφάνους ς.

ε — κενούς. Ὅμοια ταῦτα τῶν τῆς Ἀν- ρὸς τοῦ Σαμουὴλ, εἰποῦσης· Κύριος πτω- ἰ πλουτίζει, ταπεινοῖ καὶ ἀνυψοῖ. Λοιπὸν C φητεύει καὶ περὶ τοῦ ἐλέους τοῦ εἰς τοὺς ους. Λέγει γάρ·

άβετο — αὐτοῦ. Ἐπεσκέψατο τὸν Ἰσρα- λαὸν, τὸν δοῦλον αὐτοῦ. Παῖδα γὰρ νῦν τὸν έγει.

θῆναι — αἰῶνα. Ἀντελάβετο δὲ καὶ ἐπε- , ἐν τῷ μνησθῆναι ἐλέους εἰς τὸν αἰῶνα, ἐλέους αἰωνίου, ἐλέους διηνεκοῦς, καθὼς καθὼς ἐπηγγείλατο πρὸς τοὺς πατέρας Εἶτα λέγει καὶ τίσιν ἐλάλησε περὶ τοῦ τοι- ίους, ὅτι τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐ- ουν τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῷ Ἰακώβ, ναὶ μὴν καὶ ίδ. Τούτοις γὰρ ὡς ἐπισημοτάτοις αἰνιγμα- ἐπηγγείλατο περὶ τούτου. Ἔλεος δὲ εἰς τὸν ἡ θεία ἐνανθρώπησις, ὡς δι' ἔλεον τῶν ἀν- D γεγενημένη, ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ καὶ ημένων υἱῶν καὶ ἐκγόνων αὐτοῦ, κατὰ τὴν τοὺς ἐπαγγελίαν.

ήσει δέ τις, πῶς ἀντελάβετο τοῦ Ἰσραηλι- αοῦ ὁ Θεὸς ἐν τῷ μνησθῆναι τοῦ ῥηθέντος τῶν Χριστιανῶν γὰρ μᾶλλον ἀντελάβετο, τῶν Ἰουδαίων. Πρὸς ὃν ἀποκρινόμεθα ὅτι μὲν Ἰσραὴλ ὁ παλαιὸς λαός· νέος δὲ Ἰσ- νέος λαός, ὁ ἀντεισαχθεὶς ἐκείνου, τουτέ- Χριστιανικός, ὁ ἐκ παντὸς ἔθνους συγκείμε- τον οὖν τὸν Ἰσραὴλ ἐνταῦθα νόησον. Εἰ δὲ παλαιὸν νοήσῃς, σώζεται καὶ οὕτως ὁ λό-

Vers. 48. *Quia — suæ.* Ad utilitatem : seipsam enim dejicit, quasi tanta re indignam : vel etiam propter abjectionem humanæ naturæ comparatæ ad sublimitatem divinæ.

Vers. 48. *Ecce — generationes.* Credentium videlicet.

Vers. 49. *Quia — qui potens est.* Quia fecit in me magna supernaturalia miracula, qui ad hujusmodi facienda potens est.

Vers. 49. *Et factum — ejus.* Eximium, magnum.

Vers. 50. *Et misericordia — eum.* Quod dicitur, *In progeniem et progeniem :* et, *In generationes generationum,* aliaque similia, idem significant quod Semper, apud Hebræos. Dicit ergo, quod etiam misericordia ejus semper est in his, qui timent ipsum ; similia loquens cum David, qui ait : *Misericordia Domini ab æterno et usque in æternum super timentes eum* [6]. Deinde recenset et alias Dei virtutes ut moris est his, qui gratias agunt.

Vers. 51. *Fecit — suum.* Fecit magnificentiam, fecit victoriam per fortitudinem suam. Nam brachium hoc in loco significat fortitudinem. Qui enim in certaminibus pugnant, in brachio fortitudinem habent.

Vers. 51. *Dispersit — sui.* Superbos in cogitatione cordis sui, superbos apud seipsos.

Vers. 52. *Detraxit* — Vers. 53. *inanes.* Similia sunt his, quæ dixit Anna, mater Samuelis : *Dominus pauperem facit et ditat ; humiliat et sublevat* [7]. Deinceps ergo vaticinatur et de misericordia erga Christianos. Dicit enim :

Vers. 54. *Auxiliatus est — suo.* Visitavit Israeliticum populum suum, servum suum ; puerum enim dicit nunc servum.

Vers. 55. *Ut memor esset — sæculum.* Auxiliatus est et visitavit, ut memor esset misericordiæ in sæculum : sive misericordiæ sempiternæ, continuæ. Sicut locutus est, sicut annuntiavit ad patres nostros. Deinde dicit etiam, quibus locutus est de hujusmodi misericordia, quod videlicet Abraham et semini ejus, scilicet Isaac et Jacob : profecto et David. His enim, utpote maxime insignibus, ænigmatice et de hoc annuntiavit. Misericordia vero dicitur, incarnatio divina, utpote per misericordiam, quia misertus est Deus, hominibus facta ex semine Abraham dictorumque filiorum, ac ab eo progenitorum, juxta promissionem ad eos factam.

Dubitabit aliquis, quomodo auxiliatus sit Deus Israelitico populo, ut memor esset dictæ misericordiæ ? Christianis namque potius auxiliatus est, quam Judæis. Cui respondemus, quod vetus Israel antiquus est populus ; novus autem Israel, novus populus pro illo inductus, hoc est, Christianus, qui ex omni gente consistit ; hunc ergo Israel hic intellige. Quodsi etiam veterem intellexeris, ita quoque sermo constabit : propter illum enim potissimum incarna-

cii, 17. [7] Reg. ii, 7.

tus est : deinde et ab eis matrem elegit, ac cognatus illorum nuncupatus est, et apud illos docuit, ac miracula operatus est : ideoque dicebat : *Non sum missus, nisi ad perditas oves domus Israel* [8]. Quia vero *In sua venit, et sui eum non receperunt* [9], ideo gentes misericordia dignæ habitæ sunt.

Vers. 56. *Mansit — tribus.* Per voluntatem videlicet sponsi : Joseph enim et Zachariam et Elizabeth sanctos esse sciebat, et animo lætissimo Virginem eis tradidit : non solum, quia cognati ejus erant, verum etiam, quia irreprehensibiles. Mansit autem usque ad partum Elizabeth apud illam, utpote cognoscentem, quod in se agebatur mysterium : et ob id amantem hanc, et ab hac amatam.

Vers. 56. *Et reversa est — suam.* Devitans eos, qui ob natum infantem ad domum Zachariæ concurrere debebant. Erat autem et moris, ut abscederent virgines, cum parituræ erant prægnantes.

Vers. 57. *Ipsi* — Vers. 59. *puerum.* Secundum legem.

Vers. 59. *Et vocabant — Zachariam.* Plurimi enim filii patrum nominibus vocati sunt.

Vers. 60. *Et respondens — Joannes.* A Spiritu sancto ipsa quoque nomen pueri didicerat ideo etiam conabatur, ut ipse vocaretur Joannes.

Vers. 61. *Et dixerunt* — Vers. 62. *eum.* Nutu illum interrogabant, ut qui etiam audire non posset, veluti superius manifestatum est. Aiunt enim, uno quodam nervo colligatis esse audenti loquendique vires : ideo neque audire posse eos, qui a nativitate muti sunt. Zachariæ ergo ita fuit ablata loquela, sicut iis, qui a Nativitate illa privati sunt.

Vers. 73. *Et postulatis — ejus.* Postulatis, non per vocem, sed similiter per nutum.

Vers. 63. *Et mirati sunt universi.* Mirati sunt, quomodo qui nec audire ab Elizabeth, nec ei dicere hoc potuerat, cum ea conveniebat. Verisimile est enim, Elisabeth certiores illos fecisse, quod non per scripturam hoc vel dixisset, vel audisset.

Vers. 64. *Apertum* — Deum. — *Apertum est*, hoc est in vocem solutum est. Manifestum est autem, quod et auditus pariter solutus est. Sicut enim pariter ablatus fuerat, ita quoque pariter solutus est.

Vers. 65. *Et factus est — eorum.* Timor præ admiratione.

Vers. 65. *Et in — hæc.* Quæ erant circa miracula, facta, in impositione nominis pueri, quomodo inopinate in eo parentes convenerant : et quo pacto a Zacharia mirabiliter ablata erat loquelæ carentia ; similiter et quæ a principio ad finem usque contigerant.

γος. Δι' αὐτὸν γὰρ μᾶλλον ἐνηνθρωπησεν, ἐκ ἐξ αὐτῶν ἐξελέξατο μητέρα, καὶ συγγενὴς ἐχρημάτισε, καὶ παρ' αὐτοῖς ἐδίδασκε, καὶ ἐθ τούργει · διὸ καὶ ἔλεγεν ὅτι Οὐκ ἀπεστάλην εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραήλ. δὲ εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέ λοιπὸν τὰ ἔθνη τοῦ ἐλέους ἠξιώθησαν.

Ἔμεινε — τρεῖς. Μετὰ γνώμης δηλονότι μνηστῆρος · ἐγίνωσκε γὰρ ὁ Ἰωσὴφ καὶ τὸ χαρίαν καὶ τὴν Ἐλισάβετ ἁγίους, καὶ περι αὐτοῖς κατεπίστευσε τὴν Παρθένον, οὐ μόν συγγενέσιν αὐτῆς, ἀλλὰ καὶ ὡς ἀνεπιλήπτοις. μεινε δὲ μέχρι τοῦ τοκετοῦ τῆς Ἐλισάβετ αὐτῇ ὡς γινωσούσῃ τὸ κατ' αὐτὴν μυστήριον διὰ τοῦτο φιλουσῃ ταύτην καὶ φιλουμένῃ.

Καὶ ὑπέστρεψεν — αὐτῆς. Εὐλαβουμένη διὰ τὸ τικτόμενον ὀφείλοντας συντρέχειν ἐπὶ οἶκον τοῦ Ζαχαρίου. Ἦν δὲ καὶ ἔθος ὑποχωρεῖ παρθένους, ὅτε μέλλοι (29) τίκτειν ἡ (30) ἔγκυος.

Τῇ — παιδίον. Κατὰ τὸν νόμον.

Καὶ ἐκάλουν — Ζαχαρίαν. Πολλοὶ γὰρ υἱοὶ τῶν πατέρων ὀνόμασιν ἐκλήθησαν.

Καὶ ἀποκριθεῖσα — Ἰωάννης. Ἐκ Πνεύμ ἁγίου καὶ αὐτὴ τὸ ὄνομα τοῦ παιδὸς μεμάθηκε. καὶ ἰσχυρίσατο Ἰωάννην ὀνομασθῆναι αὐτόν.

Καὶ ἔλεγον — αὐτόν. Διὰ νεύματος ἠρώτων, μηδ' ἀκούειν δυναμένου, καθως ἀνωτέρω δεδήλω Φασὶ γὰρ ἑνί τινι νεύρῳ συνδεδέσθαι τὰς τοῦ ἀ εἰν (31) καὶ τοῦ λαλεῖν δυνάμεις· διὸ καὶ τοὺς γενετῆς ἀλάλους μηδὲ ἀκούειν. Οὕτω γοῦν ἐσθ τὸ (32) φθέγμα Ζαχαρίας, ὡς οἱ ἐκ γενετῆς.

Καὶ αἰτήσας — αὐτοῦ. Αἰτήσας οὐ διὰ φω ἀλλ' ὁμοίως διὰ νεύματος.

Καὶ ἐθαύμασαν πάντες. Ἐθαύμασαν, πῶς ἠ ἀκοῦσαι τοῦτο παρὰ τῆς Ἐλισάβετ, μήτε εἰ αὐτῇ τοῦτο δυνάμενος, συνεφώνησεν. Εἰκὸς τὴν Ἐλισάβετ πληροφορεῖν τούτους, ὡς οὐ διὰ φῆς τοῦτο ἢ (33) εἶπεν, ἢ ἤκουσεν.

Ἀνεῴχθη — Θεόν. — Ἀνεῴχθη, ἀντὶ τοῦ, ἠ λύθη εἰς φωνήν. Δῆλον δὲ (34) ὅτι καὶ ἡ ἀκοὴ α ἀπελύθη. Ὥσπερ γὰρ συνεπεσχέθη, οὕτως ἅμα συναπελύθη.

Καὶ ἐγένετο — αὐτούς · Φόβος ἐκ τοῦ θ ματος.

Καὶ ἐν — ταῦτα. Τὰ περὶ τῶν γεγονότων θαυ των ἐπὶ τῇ κλήσει τοῦ παιδίου, πῶς τε παραδ συνεφώνησαν οἱ γεννήτορες ἐπὶ ταύτῃ, καὶ πῶς ἠ μασίως ἀπελύθη τῆς ἀφωνίας ὁ Ζαχαρίας· ἃ καὶ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους.

[8] Matth. xv, 24. [9] Joan. 1, 11.

Variæ lectiones et notæ.

(29) Μέλλει. B.
(30) Ἔγγυος, frequenti errore. A, B.
(31) Λαλεῖν καὶ τοῦ ἀκούειν, ordine inverso. B.
(32) Pro nominativo videtur accepisse interpres. Ergo *Zachariæ* dedit, Sed ita Ζαχαρίου et m τῶν, loco οἱ legendum esset.
(33) Ἤ, post τοῦτο, deest. B.
(34) Δέ omittit A.

ιτο — αὐτῶν. Ἔβαλον ταῦτα, ὡς ἀξιό- A
: — ἔσται ; Λέγοντες ἐπαπορητικῶς, ἢ λο-
ἐ ζητῆσαι, διατί οὐκ ἀπελύθη τῆς ἀφω-
ιχαρίας, ὅτε τὸ παιδίον ἐγεννήθη, ἀλλὰ
ε τὴν κλῆσιν τοῦ ὀνόματος ἔλαβε ; Λέγο-
διὰ τὴν τοῦ ἀγγέλου πρόρρησιν . εἶπε γὰρ
· Ἰδοὺ ἔσῃ σιωπῶν, καὶ μὴ δυνάμενος λα-
ι ἧς ἡμέρας γένηται ταῦτά. Εἰπὼν γάρ, ὅτι
δύο πάντως δεδήλωκε, τήν τε γέννησιν καὶ
ν τοῦ ὀνόματος, ἀλλ' οὐ μόνην τὴν γέννησιν,
θαῦμα γέγηται τῆς ἐπὶ τῷ ὀνόματι συμφω-

Vers. 66. *Et posuerunt — suo* Posuerunt hæc, tanquam admiranda.

Vers. 66. *Dicentes — erit?* Dicentes dubitantium more, aut cogitantes.

Operæ pretium est autem quærere, quare ablata non est a Zacharia loquelæ carentia, quando puer natus est, sed potius quando nomen accepit? Dicimus quod propter angeli vaticinium : dixerat enim : *Et ecce eris mutus, nec loqui poteris, usque ab diem, quo hæc fient* [10]. Siquidem dicens *Hæc*, duo utique manifestavit, nativitatem videlicet ac nominis impositionem, non autem solam nativitatem : ut convenientia in nomine fit etiam miraculum.

ρ — αὐτοῦ. Δύναμις, χάρις Θεοῦ. B
χαρίας · αὐτου. Περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως
του ταυτα προεφήτευσε. Διὰ ταύτης γὰρ
ο καὶ ἐλυτρώσατο τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐκ τῆς
ς, οὐ μόνον τῶν ὁρατῶν ἐχθρῶν, ἀλλὰ καὶ
ὧν, ὡς μὴ δυναμένων περιγενέσθαι τῆς πίσ-
ῦ. Λαὸν δὲ αὐτοῦ προηγουμένως μὲν, τὸν πα-
είνου δὲ ἀπειθήσαντος τὸν νέον λοιπόν. Ὡς
α δὲ λέγει τὰ γενησόμενα, νόμῳ προφη-

Vers. 66. *Et manus — illo.* Virtus ac gratia Dei.

Vers. 67. *Et Zacharias — suæ.* Hac de Christi incarnatione prophetat : per hanc enim visitavit ac redemit populum suum, non solum a tyrannide hostium invisibilium, sed etiam visibilium, ut videlicet fidem ejus superare non possint. Populum suum autem ; primo quidem veterem ; illo vero non credente, postmodum novum. Dicit autem ea quæ futura sunt, tanquam ea quæ facta sunt, more prophetiæ.

ἰῶς λέγεται Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ (36) μόνον ;
οὐ τῶν Ἰσραηλιτῶν μόνον ἐστὶ Θεὸς, ἀλλὰ
ν τῶν ἀνθρώπων, ὡς πάντων Ποιητής. Διότι
ἄλλων πάντων ἀνθρώπων ἀκόντων ἐστὶ Θεὸς
ηλιτῶν δὲ μόνων ἑκόντων κατ' ἐπίγνωσιν.
ηθῆς δὲ ἐπὶ τῇ δυσχερείᾳ τῶν τοῦ Ζαχαρίου C
οιαῦτα γὰρ τὰ προφητικά · Πειρασόμεθα δὲ
ι ταῦτα, κατὰ τὴν ἐπιχορηγουμένην ἡμῖν γνώ-

Verum quomodo dicitur Deus solius Israel, cum non tantum Iraelitarum Deus sit, sed et omnium hominum, utpote omnium creator ? Quia cæterorum quidem omnium hominum Deus erat, ipsis etiam nolentibus. Solorum autem Israelitorum, ultroneorum, et per cognitionem. Ne tuberis autem propter difficultatem eorum, quæ a Zacharia dicuntur ; nam hujusmodi sunt prophetica ; tentabimus tamen ea juxta datam nobis intelligentiam explanare.

ειρε — αὐτοῦ. Τὸ κέρας ἐνταῦθα ἡ βασιλείαν
οτι ἐν κέρατι οἱ βασιλεῖς ἐχρίοντο καὶ προε-
ο.
ναμιν σημαίνει · διότι ἐν κέρατι τὴν δύναμιν
άντα τὰ κερασφόρα ζῶα.

Vers. 69. *Et erexit* — Vers. 70. *suorum.* Per cornu, regnum hic intelligit : quia per cornu reges inungebantur ac designabantur.

Aut significat potentiam. In cornu enim fortitudinem habent omnes animantes cornua gerentes.

δὲ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ σωτηρίας, ἤγουν σω-
Βασιλείαν δὲ καὶ δύναμιν σωτήριον, λέγει
τὸν, ὡς βασιλέα τῶν βασιλευόντων καὶ δύνα-
Πατρὸς, καὶ Σωτῆρα τῶν πιστευόντων εἰς
ἔκον δὲ νοεῖ τὸ γένος τοῦ Δαυίδ. Φησὶν οὖν D
τησεν ἡμῖν τῷ λαῷ αὐτοῦ βασιλείαν ἢ
σωτήριον ἐκ γένους Δαυίδ, τοῦ δούλου αὐ-
σπέρματος γὰρ Δαυὶδ ἦν ἡ Παρθένος, ἀφ'
οιστὸς γεγέννηται. Τοῦτο δὲ πεποίηκεν, ὡς
ατο διὰ στόματος τῶν ἁγίων, δηλαδὴ τῶν
προφητῶν. Δι' αὐτῶν γὰρ ἐπηγγείλατο ἀνα-
Ὠργίσθη — εἰσελθεῖν. Σχηματίζει τοῦτον ἡ παραβολὴ νῦν ὀργιζόμενον, καὶ μὴ θέλοντα εἰσελθεῖν, οὐχ ὅτι ἐφθόνησε· λύπη γὰρ οὐδεμία τοῖς δικαίοις ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἀδελφῶν· ἀλλ' ἵνα παραστήσῃ τὴν ὑπερβολὴν τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος. Ἐμφαίνει γὰρ ἡ τοιαύτη ἀγανάκτησις, ὅτι τοσαύτην ἐνδείκνυται περὶ τοὺς μετανοοῦντας χάριν καὶ χαράν, ὡς ἑτέρους φθόνον κινῆσαι. Τοῦτο δὲ πεποίηκε καὶ ἡ παραβολὴ τῶν μισθουμένων ἐργατῶν ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ δευτέρῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον. καὶ ἐν ἐκείνῃ γὰρ οἱ πρῶτοι ἐγόγγυζον. C

Ὁ οὖν πατὴρ — αὐτόν. Ὡς φιλόπαις καὶ σοφὸς, καὶ τὸν ἐπιστρέψαντα τιμᾷ, καὶ τὸν μείναντα παρακαλεῖ.

Ὁ δὲ — εὐφρανθῶ. Οὐ τοιαῦτα λέγουσιν οἱ ἅγιοι πρὸς τὸν Θεὸν, ἀλλὰ ἀκολούθως τῇ ὀργῇ ἐσχημάτισται καὶ αὕτη ἡ δικαιολογία, διὰ τὴν αἰτίαν ἣν εἰρήκαμεν. Εἰώθασι γὰρ οἱ φθονοῦντες τοιαῦτα ἐγκαλεῖν. D

Τινὲς οὖν ἔριφον μὲν τὴν ἐλαχίστην ἡδονήν· φίλους δὲ, τὰ θελήματα νοοῦντες, φασὶν εἰπεῖν αὐτὸν, ὅτι ἐμοὶ οὐδέποτε παρεχώρησας, οὐδὲ Ἐλαχίστης ἡδονῆς, ἵνα μετὰ τῶν θελημάτων μου εὐφρανθῶ.

Vers. 23. *Et — mactate.* Vitulus saginatus sanctum Christi corpus est : vitulus quidem, tanquam non domatus jugo ac pondere peccati; saginatus vero, tanquam virtutibus impinguatus, ac servatus ut pro peccatoribus immoletur.

Vers. 23. *Ac epulantes lætemur.* Edere quoque ipse dicitur ad lætitiæ communicationem.

Vers. 24. *Quia — inventus est.* Mortificationem quidem ac perditionem dicit eam quæ a peccato procedit : vivificationem vero ac inventionem, eam quæ a pœnitentia.

Vers. 24. *Cæperuntque lætari.* Hoc manifestum est.

Vers. 25. *Erat — agro.* In agro virtutum, exercens ac colens illas.

Vers. 25. *Cumque — choros.* Talis quidem venit felicitate provectionis : perfectione autem appropinquat domui Dei, et audit musices concentum, propter filii erga patrem concordiam, qua per pœnitentiam concors factus est : choros vero, propter gaudium, quod inibi erat. Nam in domo Dei sonus est pure festa celebrantium.

Vers. 26. *Et — hæc.* Uno angelorum accersito. Per angelum enim revelantur divina mysteria. Παῖδας vocat nunc servos : nam angeli sunt servi Dei.

Vers. 27. *Isque — venit.* Adest conversus.

Vers. 27. *Et — recepit.* Abjecto morbo, per pœnitentiam.

Vers. 28. *Indignatus — introire.* Assimulat hunc parabola indignantem, nec intrare volentem : non quod inviderit : nullus enim mœror justis de salute fratrum : sed ut ob oculos ponat immensam Dei bonitatem. Ostendit siquidem hujusmodi indignatio, quod tantam demonstrat erga eos, qui resipiscunt, gratiam et gaudium, ut cæteris invidiam movere possit. Hoc autem fecit et parabola operariorum mercede conductorum, quadragesimo secundo juxta Matthæum capite : nam in illa quoque primi murmurabant.

Vers. 28. *Pater ergo — illum.* Utpote filiorum amator ac prudens : et eum qui conversus est, habens in honore, et eum qui permansit, rogans.

Vers. 29. *At ille — lætarer.* Non dicunt hæc aut similia sancti Deo, sed consequenter ad indignationem assimulata est et hæc causæ redditio, ob causam quam prædiximus. Solent enim invidi de similibus conqueri.

Quidam ergo per hœdum, minimam voluptatem intelligentes, per amicos vero voluntates aiunt illum dixisse : Mihi ne minimam quidam voluptatem unquam permisisti, ut cum voluntatibus meis lætarer.

Variæ lectiones et notæ.

(84) Hentenius videtur reperisse καθαρῶς, quod mihi valde probatur.

Nobis autem non est curiose scrutandum, quis sit hœdus, aut qui sint amici : nam periculosæ sunt in talibus subtiles quæstiones ac disputationes, sicut in multis parabolis protestati sumus.

Ἡμῖν δὲ οὐ περιεργαστέον, τίς ἐστιν ὁ ἔριφος, καὶ τίνες οἱ φίλοι. Ἐπισφαλὴς γὰρ ἡ ἐν τοῖς τοιούτοις λεπτολογία, καθὼς πολλαχοῦ τῶν παραβολῶν διεμαρτυράμεθα.

Vers. 30. *Sed cum — sagintum.* Etiam hæc ejusdem sunt consequentiæ, et similiter effecta sunt. Dei vero substantiam dicit dona vel gratiam. veluti superius significatum est : meretrices autem, voluptatum amores.

Ὅτε δὲ — σιτευτόν. Καὶ ταῦτα τῆς αὐτῆς εἰσιν ἀκολουθίας, καὶ ὁμοίως ἐσχηματίσθησαν. Βίον μὲν οὖν (85) τοῦ Θεοῦ λέγει τὸ χάρισμα, καθὼς ἀνωτέρω δεδήλωται· πόρνας δὲ, τὰς φιληδονίας.

Vers. 31. *Ac ille — es.* Nunquam a me discedendo, sed mandata mea semper implendo.

Ὁ δὲ εἶπεν — εἶ. Οὐδέποτέ μου ἀποφοιτῶν, ἀλλ' ἀεὶ τὰς ἐντολάς μου πληρῶν.

Vers. 31. *Et — sunt.* Cum enim tails sis, omnia mea hæreditario jure possidebis ; hujusmodi namque filii in hæreditatem accipiunt regnum Patris et Dei. Ne ergo tristeris, nam in nullo affectus es injuria. Et ita mansuete illum consolatus, deinceps etiam de his respondet, quæ in fratrem ejus facta sunt.

Καὶ — ἐστι. Τοιοῦτος γὰρ ὤν, πάντα τὰ ἐμὰ κληρονομήσεις. Οἱ τοιοῦτοι [γὰρ (86) υἱοὶ κληρονομοῦσι τὴν βασιλείαν τοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ. Μὴ λυποῦ τοίνυν, οὐδὲν γὰρ ἠδικήθης. Οὕτως ἐπιεικὼς παρηγορήσας αὐτὸν, ἀπολογεῖται λοιπὸν καὶ ὑπὲρ τῶν γεγενημένων εἰς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.

Vers. 32. *Lætari — inventus est.* Ostendit necessariam fuisse lætitiam et gaudium. Quis enim, quam mortuum viderit revixisse non lætatur ? et quis ubi id, quod perierat, invenerit, non gaudet ? Vidisti, quemadmodum et quando peregre profectus est patienter sustinuit et conversum immenso excepit gaudio : nec solum substantiæ rationem non repetiit, sed et donis illum dignatus est, nec solum non exprobravit, sed insuper pro eo respondit.

Εὐφρανθῆναι — καὶ εὑρέθη. Δείκνυσιν ἀναγκαίαν τὴν εὐφροσύνην καὶ χαράν. Τίς γὰρ ἰδὼν νεκρὸν ἀναζήσαντα, οὐκ εὐφραίνεται, καὶ τίς τὸ ἀπολωλὸς εὑρὼν, οὐ χαίρει ; Εἶδες, πῶς καὶ ἀποδημήσαντος ἐμακροθύμει, καὶ ἐπιστρέψαντα περιχαρὼς ὑπεδέξατο. Καὶ οὐ μόνον οὐκ ἀπῄτησε δίκην, ἀλλὰ καὶ χαρίτων ἠξίωσε. Καὶ οὐ μόνον οὐδ' ὠνείδισεν, ἀλλὰ καὶ ὑπεραπελογήσατο.

Vere magna est, Domine, benignitas tua, nec ullus explicare sufficiet sermo ad gratiarum actionem illius. Utinam autem et nos, qui æqualiter cum prodigo sumus peregre profecti, ac divitias consumpsimus, æqualem cum eo conversionem demonstremus, et æquali benignitate digni habeamur.

Ὄντως μεγάλη, Δέσποτα, ἡ φιλανθρωπία σου, καὶ οὐδεὶς ἐξαρκέσει λόγος πρὸς εὐχαριστίαν αὐτῆς. Εἴη δὲ καὶ ἡμᾶς, τοὺς ἐπίσης τῷ ἀσώτῳ ἀποδημήσαντας (87) καὶ διασκορπίσαντας τὸν πλοῦτον, ἴσην αὐτῷ καὶ τὴν ἐπιστροφὴν ἐνδείξασθαι, καὶ τῆς ἴσης ἀξιωθῆναι φιλανθρωπίας.

CAP. LVIII. *De dispensatore iniquo.*

ΚΕΦ. ΝΗ'. Περὶ τοῦ οἰκονόμου τῆς ἀδικίας.

Cap. XVI. Vers. 1. *Dicebat autem — bona illius* Parabola hæc Christianis attributa est, qui non volunt omnino possessiones ac pecunias despicere admonens illos, ut in pauperes sint benefici. Dicta est autem ad discipulos, quia et hi sunt dispensatores.

Ἔλεγε δὲ — ὑπάρχοντα αὐτοῦ. Ἡ παραβολὴ αὕτη πρὸς τοὺς Χριστιανοὺς ἀποτείνεται, τοὺς μὴ βουλομένους πάντη τῶν χρημάτων ὑπερορᾶν, νουθετοῦσα τούτους, ἵνα κἂν εὐεργετῶσι τοὺς πένητας. Εἴρηται δὲ πρὸς τοὺς μαθητὰς, διότι (88) μαθηταὶ καὶ οὗτοι.

Repræsentat etiam hominem divitem, puta, Deum humanum, nulloque indigentem : œconomum vero, sive dispensatorem, omnem, qui possidet divitias : tales enim non sunt domini, sed dispensatores. Dicit namque Deus : ***Meum est aurum, meum est argentum*** [18]. Delatus est autem apud Deum malus dispensator mala dispensatione, ut qui dissiparet, quæ Dei erant, in ea quæ non oportuit, nec superflua pauperibus distribueret.

Καὶ ἄνθρωπον μὲν πλούσιον ἐμφαίνει, τὸν φιλάνθρωπον καὶ ἀνενδεῆ Θεόν· οἰκονόμον δὲ, πάντα τὸν κεκτημένον πλοῦτον· οἱ τοιοῦτοι γὰρ οὐ κύριοι, ἀλλ' οἰκονόμοι εἰσί. Φησὶ γὰρ ὁ Θεός· Ἐμόν ἐστι τὸ χρυσίον, καὶ ἐμόν ἐστι τὸ ἀργύριον. Διεβλήθη δὲ τῷ Θεῷ ὁ κακὸς οἰκονόμος ὑπὸ τῆς κακῆς οἰκονομίας, ὡς διασκορπίζων τὰ τοῦ Θεοῦ, εἰς ἃ οὐκ ἔδει, καὶ μὴ διανέμων τὰ περιττὰ τοῖς πένησι.

Vers. 2. *Et vocavit — dispensationis tuæ.* Hæc illi per divinas dixit Scripturas, quæ de futuro docent judicio, et de redditione rationis.

Καὶ φωνήσας — οἰκονομίας σου. Εἶπεν αὐτῷ ταῦτα διὰ τῶν θείων Γραφῶν, αἵ διδάσκουσι περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως καὶ λογοθεσίας.

[18] Aggæi II, 9.

Variæ lectiones et notæ.

(85) Οὖν abest A.

(86) Quæ his signis [**] inclusimus, ea ex codice B. exciderant.

(87) Ita correxi pro ἐπιδημήσαντας, Nec aliter Hentenius.

(88) Hoc prorsus alienum est. Ex Hentenio colligas, legendum esse οἰκονόμοι aut διακτοί.

Οὐ γὰρ — οἰκονομεῖν. Τοῦ θανάτου ὅσον οὔπω μετακινοῦντός σε. A

Εἶπε δὲ — αἰσχύνομαι. Μετὰ τὸν θάνατον γὰρ ἐργάσασθαι οὐκ ἰσχύει τις. Ἐργασίας γὰρ ὁ παρὼν καιρός· ὁ δὲ μέλλων, ἀνταποδόσεως, καὶ τὸ παρακαλεῖν ἀνόνητον.

Ἔγνων τί ποιήσω. Ἔγνω τοῦτο συνετισθεὶς ὑπὸ τῶν Γραφῶν.

Ἵνα ὅταν — οἴκους αὐτῶν. Οὗτοι, περὶ ὧν ἔγνω, τουτέστιν οἱ ῥηθῆναι μέλλοντες.

Καὶ προσκαλεσάμενος — ὀγδοήκοντα. Τίς μὲν ὁ χρεώστης τοῦ ἐλαίου, καὶ τίς ὁ τοῦ σίτου, καὶ διατί ἀνὰ ἑκατὸν ὤφειλον, καὶ τί τὸ γράμμα τοῦ χρέους, καὶ διατί ὁ μὲν πεντήκοντα ἔγραψεν, ὁ δὲ ὀγδοήκοντα, καὶ τὰ τοιαῦτα τῆς προκειμένης παραβολῆς, περιττὸν ἐξετάζειν. Δι' οὐδὲν γὰρ ἕτερον B συνεπλάσθησαν, ἢ ἵνα δειχθῇ μόνον, ὅτι ὁ ῥηθεὶς οἰκονόμος, ἕως εἶχε καιρὸν οἰκονομίας, φρονίμως τοῖς τοῦ δεσπότου πράγμασιν εἰς τὸ οἰκεῖον συμφέρον ἀπεχρήσατο, καὶ δι' αὐτῶν εἰς τὸ μέλλον σωτηρίαν ἑαυτῷ περιεποιήσατο, ὡς ἐντεῦθεν μαθεῖν τοὺς ἔχοντας πλοῦτον, ὅτι χρὴ τούτους, οἰκονόμους αὐτοὺ καταστάντας, ἕως ἔχουσι καιρὸν ζωῆς, φρονίμως τοῖς τοῦ Θεοῦ πράγμασιν εἰς τὸ οἰκεῖον συμφέρον ἀποχρήσασθαι, καὶ δι' αὐτῶν εὐεργετοῦντας τοὺς πένητας, εἰς τὸ μέλλον σωτηρίαν ἑαυτοῖς πραγματεύσασθαι. Βάτος μὲν οὖν ἦν μέτρον ἐλαίου· κόρος δὲ, μέτρον σίτου.

Καὶ ἐπήνεσεν — φρονίμως ἐποιησε. Τὸ ἐξῆς, ὡς δῆλον, τοῖς ἀκροαταῖς ἀφῆκε συλλογίζεσθαι. Εἰ γὰρ ὁ ἠδικημένος δεσπότης ἐπήνεσε τὸν οἰκονόμον C τῆς ἀδικίας, ἦγουν τὸν τὴν οἰκείαν σωτηρίαν οἰκονομήσαντα ἐξ ἀδικίας, πολλῷ μᾶλλον ὁ ἀδικούμενος Θεὸς ἐπαινέσει τὸν οἰκονόμον τῆς δικαιοσύνης. Δικαιοσύνη γὰρ, τὸ τὰ περιττὰ τοῖς πένησι διανέμεσθαι.

Ὅτι — ἑαυτῶν εἰσιν. Υἱους μὲν τοῦ αἰῶνος τούτου καλεῖ τοὺς τῷ κόσμῳ προσκειμένους· αἰῶνα γὰρ νῦν, τὸν κόσμον τοῦτον ὠνόμασεν. Υἱοὺς φωτὸς λέγει τοὺς τοῦ κόσμου ἀποστάσαντας ἑαυτούς. Καὶ φησιν, ὅτι οὗτοι φρονιμώτεροί εἰσιν ἐκείνων, κατὰ τοῦτο δὲ μόνον, καθὸ φροντίζουσι τοῦ μέλλοντος, ὡς ἔδειξε τὸ παράδειγμα τοῦ ῥηθέντος οἰκονόμου. Ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς δὲ τοῦ φωτὸς τοὺς εἰς τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτῶν, ἤγουν τοὺς ἐκ τῆς γενεᾶς τῆς ἑαυτῶν υἱοὺς φωτὸς γενομένους. Ἐντρέπει δὲ ὁ λόγος τοὺς ἀμελοῦντας τοῦ μέλλοντος.

Κἀγὼ ὑμῖν — ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας. D Μαμωνᾶς (89) μὲν ὁ πλοῦτος λέγεται παρ' Ἑβραίοις· Τῆς ἀδικίας δὲ τοῦτον εἶπεν, ὡς ἐξ ἀδικίας θησαυρισθέντα τῆς ἐκ τοῦ μὴ διαμερίζεσθαι τὰ περιττὰ τούτου τοῖς πένησιν. Ἐπεί, φησὶν, ἄχρι τοῦ νῦν κακῶς ᾠκονομήσατε, καὶ τὰ ἐμπεπιστευμένα μαμωνᾶ ἀδικίας κατεστήσατε, κἂν γοῦν ὀχέ ποτε ποιή-

Vers. 2. *Neque enim — dispensare.* Morte propemodum te transferente.

Vers. 3. *Ait autem — erubesco.* Post mortem enim nemo poterit operari : nam præsens tempus operationis est, futurum vero retributionis, et deprecari erit inutile.

Vers. 4. *Scio, quid faciam.* Eruditus a Scripturis.

Vers. 4. *Ut cum — domos suas.* Hi, quos scio, et quos nunc dicturus est.

Vers. 5. *Et advocato* — Vers. 7. *Octoginta.* Quisnam debitor sit olei, et quis tritici, quisve unus quisque debitor, et quæ cautio debiti, et quare prior scripsit quinquaginta, posterior vero octoginta, ac similia, quæ in præsenti reperiuntur parabola, superfluum est inquirere : siquidem ad nihil aliud efficta sunt, quam ut ostendatur quod dictus dispensator, dum dispensationis tempus habuit, prudenter domini rebus ad suum commodum abusus est, et per eas in futurum suam salutem procuravit : ut hinc discant, qui habent divitias, quod oporteat eos, cum illarum dispensatores constituti sint, dum vitæ tempus habent, prudenter Dei rebus ad suum abuti commodum : et per illas, pauperibus benefaciendo, in futurum salutem sibi acquirere. Batus itaque mensura erat olei, corus vero tritici mensura.

Vers. 8. *Et laudavit — prudenter fecisset.* Quid manifeste consequatur, auditoribus reliquit cogitandum. Nam si Dominus injustitia affectus laudavit iniquum dispensatorem, qui videlicet suam ipsius salutem ex injustitia procuraverat : multo magis Deus, qui in nullo injustitia afficitur, laudabit justum sive justitiæ dispensatorem, qui videlicet suam ipsius salutem ex justitia dispensaverit : id enim habet justitia, ut superflua pauperibus dividantur.

Vers. 8. *Quia — sua sunt.* Filios hujus sæculi dicit, mundo adhærentes ; sæculum enim nunc, mundum appellavit ; filios autem lucis vocat eos qui se ipsos a mundo separaverunt. Et dicit illos prudentiores esse istis in hoc solo, quod de futuro illis cura est, sicut dicti dispensatoris exemplum demonstravit. Exhortatur autem sermo eos, qui de futuro negligentes sunt.

Vers. 9. *Et ego vobis — de iniquo mammona.* Mammona apud Hebræos divitiæ dicuntur. Iniquum autem dixit, sive *Iniquitatis*, quod ex iniquitate recondatur, quæ in hoc est, quia superflua pauperibus non dividuntur. Cum ergo, inquit, hactenus male dispensaveritis, et concreditas vobis iniquitatis divitias male expenderitis : vel tandem sero facite

Variæ lectiones et notæ.

(89) Hentenius duplici *μμ* edidit. Ego simplici reperi.

vobis ab ipsis amicos pauperes, ad imitationem modo dictæ parabolæ.

Vers. 9. *Ut cum — tabernacula.* Ut cum per mortem hinc demigraveritis, præparent vobis locum ad æterna tabernacula, ipsi prius hospites ibi facti (*r*).

Vers. 10. *Qui fidelis — iniquus est.* Qui fidelis est in minimo, etiam dignus est. Dicit autem minimum, terrenas divitias, multum vero, cœlestes.

Vers. 11. *Si ergo — fuistis.* Male videlicet dispensando.

Vers. 11. *Quod — credet?* Veras regni Dei divitias.

Vers. 12. *Et si — dabit?* Similiter et alienum nominat terrenas divitias, quippe quæ apud illum non permaneant, qui ipsas est assecutus: nostrum autem cœlestes, ut quæ apud illum permaneant, qui ipsas accipit.

Vers. 13. *Nullus — contemnet.* Hæc etiam dixit quinto capite Evangelii secundum Matthæum : et in eo lege dicti illius enarrationem : *Nemo potest duobus dominis servire* [14].

Vers. 13. *Non potestis — mammonæ.* Consequenter ibi et de hoc dictum est, et data interpretatio.

Vers. 14. *Audiebant — illum.* Vilipendebant eum, ipsi viles ac detestandi.

Vers. 15. *Etait — hominibus.* Qui vos ipsos justos putatis.

Vers. 15. *Deus autem — vestra.* Peccatis plena et exsecranda.

Vers. 15. *Quod Deo.* Siquidem, inquit, etiamsi in alio nullo deliqueritis, quam quod coram hominibus sublimiter sapere videmini, id abominatio est coram Deo, ac detestandos facit superbos.

Vers. 16. *Lex — Joannem.* Lex prophetandi et prophetæ, qui videlicet de me prophetaverunt, usque ad Joannem prophetaverunt [15] ; nam hoc addidit Matthæus. Posthac autem neque lex neque prophetæ, sed quid ?

Vers. 16. *Ab — annuntiatur.* Non obscure prophetatur, sed palam annuntiatur : ipse enim Joannes illud primum annuntiavit, dicens : *Resipiscite, instat enim regnum cœlorum* [16]. Regnum, vero Dei nunc dicit fidem, quæ in ipsum est, utpote arrhabonem regni cœlorum, sive fruitionis cœlestium bonorum.

Vers. 16. *Et — vim facit.* Omnis sapiens ad-

[14] Matth. VI 24. [15] Matth. XI, 13. [16] Matth. II, 2.

σατε ἑαυτοῖς, φίλους ἐξ αὐτοῦ τοὺς πένητας, κατὰ μίμησιν τῆς ἤδη ῥηθείσης παραβολῆς.

Ἵνα ὅταν — σκηνάς. Ἵνα, ὅταν τῷ θανάτῳ μεταστῆτε, παράσχωσιν ὑμῖν τόπον εἰς τὰς αἰωνίας σκηνάς, προξενοι τούτου γενόμενοι.

Ὁ πιστὸς — ἄδικός ἐστιν. Ὁ πιστὸς ἐν ὀλίγῳ, καὶ πολλοῦ ἄξιός ἐστιν· ὁ δὲ ἐν ὀλίγῳ ἄδικος, καὶ πολλοῦ ἀνάξιός ἐστι. Λέγει δὲ ἐλάχιστον μὲν τὸν γήϊνον πλοῦτον, πολὺν δὲ τὸν οὐράνιον.

Εἰ οὖν ἐγένεσθε· Ὡς κακῶς οἰκονομοῦντας.

Τὸ — πιστεύσει ; Τὸν ἀληθινὸν πλοῦτον τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ.

Καὶ εἰ — δώσει ; Ὁμοίως ἀλλότριον μὲν ὀνομάζει τὸν γήϊνον πλοῦτον, ὡς μὴ παραμένοντα τῷ κεκτημένῳ· ἡμέτερον (90) δὲ, τὸν οὐράνιον, ὡς παραμένοντα τῷ ἀξιωθέντι αὐτοῦ.

Οὐδεὶς — καταφρονήσει· Ταῦτα εἶπε καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον, καὶ ἀνάγνωθι ἐν ἐκείνῳ τὴν ἐξήγησιν τοῦ· Οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν.

Οὐ δύνασθε — μαμωνᾷ. Ἀκολούθως ἐκεῖ καὶ περὶ τούτου εἴρηται καὶ ἡρμήνευται.

Ἤκουον — αὐτόν. Ἐφαύλιζον αὐτὸν, οἱ φαῦλοι καὶ κατάπτυστοι.

Καὶ εἶπεν — ἀνθρώπων. Οἱ δικαίους ἑαυτοὺς οἰόμενοι.

Ὁ δὲ Θεὸς — ὑμῶν. Ἁμαρτωλὰς οὔσας καὶ βδελυράς.

Ὅτι — τοῦ Θεοῦ. Καὶ γάρ φησιν· Εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον ἡμαρτάνετε (91) ἡ ἐν ἀνθρώποις ὑψηλοφροσύνη βδελυρά ἐστι τῷ Θεῷ, καὶ βδελυροὺς ποιεῖ τοὺς οἰηματίας.

Ὁ νόμος — Ἰωάννου. Ὁ νόμος τοῦ προφητεύειν, καὶ οἱ προφῆται οἱ προφητεύοντες, ἀτέλεστοι, περὶ ἐμοῦ, μέχρις Ἰωάννου προεφήτευσαν. Τοῦτο γὰρ προσέθηκεν ὁ Ματθαῖος. Τοῦ λοιποῦ δὲ οὔτε νόμος οὔτε προφῆται, ἀλλὰ τί ;

Ἀπὸ — εὐαγγελίζεται. Οὐκέτι σκοτεινῶς προφητεύεται, ἀλλὰ φανερῶς καταγγέλλεται. Αὐτὸς γὰρ ὁ Ἰωάννης πρῶτος αὐτὴν εὐηγγελίσατο, λέγων· Μετανοεῖτε, ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Βασιλείαν δὲ τοῦ Θεοῦ λέγει νῦν, τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν, ὡς οὖσαν ἀρραβῶνα τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἤτοι τῆς ἀπολαύσεως τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν.

Καὶ — βιάζεται. Πᾶς συνετὸς εἰς αὐτὴν βιάζη-

Variæ lectiones et notæ

(90) In textu habent ὑμέτερον. Nihilominus tamen ἡμέτερον in explicatione locum habet. Theophylactus in editis in textu et in scholiis habet ἡμέτερον. Vid. p. 455. B. E. 456. A. Tertulliani meum, a Sabatiero notatum, etiam ad interpretationes referendum.

(91) Ἡμαρτάνετο. B.

(*r*) *Ipsi — facti* Τούτου refertur ad τόπον.. Πρόξενος vero non est hospes prior, sed is qui aliis alicujus rei auctor et adjutor est. Redde *Ejus rei facti adjutores.*

ἑαυτὸν, ἀνθελκόμενος ὑπὸ τῆς τοῦ κοσμου φιλίας καὶ τῆς ἀπιστίας· ὑμεῖς δὲ, ἀσύνετοι καὶ ῥᾳθυμοι ὄντες, εἰκότως ἀπιστεῖτε.

Εὐκοπώτερον — πεσεῖν. Νόμον ἐνταῦθα, πᾶσαν ὠνόμασε τὴν Παλαιὰν Γραφὴν, ἥτις διαφόρως προεῖπεν, ὅτι διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν ἐκπεσοῦνται τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειωσεως. Λέγει γοῦν, ὅτι εὐχερέστερον ἂν ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ ἀφανισθήσονται, ἢ τὸ ἐλάχιστον τῶν προηγορευμένων τῇ Γραφῇ περὶ τῆς διὰ τὴν ἀπιστίαν ἐκπτώσεως αὐτῶν διαπεσεῖται, εἴτουν, ἀπρακτήσει.

Πᾶς — μοιχεύει. Νῦν μὲν,μὴ ἐρωτηθεὶς,, εἶπε ταῦτα, πρός τινας ἀποτεινόμενος τοιαῦτα τότε πλημμελήσαντας· ἐν δὲ τῷ τεσσαρακοστῷ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τῶν Φαρισαίων, εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολύσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, πλατεῖαν τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσατο. Καὶ ἀνάγνωθι τὴν ὅλην ἐξήγησιν αὐτῆς.

ΚΕΦ. ΝΘ'. Περὶ τοῦ πλουσίου καὶ τοῦ Λαζάρου.

Ἄνθρωπος — πλούσιος. Πολλὰ πολλάκις περὶ φιλοπτωχίας διδάξας, νῦν διὰ παραβολῆς καὶ φόβον τοῖς σκληροκαρδίοις καὶ ἀμεταδότοις πλουσίοις ἐπικρεμᾷ, περὶ τῶν ἔτι μελλόντων, ὡς ἤδη γεγονότων διηγούμενος· οὕπω γὰρ τῶν βεβιωμένων ἀνταπόδοσις, ἐπεὶ οὔπω κρίσις· καὶ τρανῶς παριστῶν, οἷαι μὲν κολάσεις τοὺς ἀσυμπαθεῖς πλουσίους διαδέξονται μετὰ θάνατον, οἷαι δὲ ἀνέσεις τοὺς φιλοπόνους πένητας ὑποδέξονται. Καὶ ἄλλα δὲ ὠφέλιμα διὰ τῆς παραβολῆς ταύτης μανθάνομεν.

Καὶ — βύσσον. Ταῖς τιμιωτάταις καὶ (92) φαιδροτάταις στολαῖς κατεκόσμει τὸ σῶμα.

Εὐφραινόμενος — λαμπρῶς. Πολυτελῶς.

Πτωχὸς — Λάζαρος. Τοῦ πλουσίου μὲν οὐκ εἶπεν ὄνομα, ὡς μεμισημένου. Γέγραπται γὰρ περὶ τῶν πονηρῶν· Οὐ μὴ μνησθῶ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διὰ χειλέων μου· τοῦ πτωνοῦ δὲ τὴν κλῆσιν προσέθηκεν, ὡς ἠγαπημένου.

Φασὶ δέ τινες ἐκ παραδόσεως Ἑβραίων, ὅτι κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους καὶ ὁ πλούσιος ἐκεῖνος ἦν, Νινευὶς καλούμενος καὶ ὁ πτωχὸς οὗτος Λάζαρος. Τελευτησάντων δὲ αὐτῶν, παραβολὴν ὁ Χριστὸς (93) τὰ κατ' αὐτοὺς ἐποίησε, καὶ τὰς μελλούσας ἀνταποδόσεις αὐτῶν, ὡς γεγενημένας, ἱστόρησε, τοῖς μὲν κατὰ τὸν πλούσιον ἐκεῖνον, φόβον ἐμποιῶν, ὡς εἰρήκαμεν· τοῖς δὲ κατὰ τὸν πτωχὸν τοῦτον, παρηγορίαν καὶ τούτοις δὲ κἀκείνοις ὠφέλειαν.

Ὃς — ἕλκη αὐτοῦ. Τοσοῦτον γὰρ παρεῖτο τὸ σῶμα, ὡς μηδὲ τοὺς κύνας ἀποσοβεῖν δύνασθαι. Ὢ πολλῆς ὠμότητος καὶ ἀναλγησίας! ὅτι τὸν ἐν τοσούτοις κακοῖς, ὁ ἐν τοσούτοις ἀγαθοῖς περιεώρα, καὶ ταῦτα ἐῤῥιμμένον πρὸ τοῦ πυλῶνος αὐτοῦ. Καὶ αὖθις, ὦ πολ-

illud sibi ipsi vim infert, a mundi amore ac infidelitate abstractus : vos autem, cum insipientes sitis et segnes, merito increduli permanetis.

Vers. 17. *Facilius — cadere.* Legem hoc in loco appellavit, omne Vetus Testamentum, in quo frequenter prædictum est, quod illi a Dei familiaritate excidérent. Dicit ergo : Facilius cœlum ac terra corrumpentur, quam vel minima pars eorum quæ per Scripturam prænuntiata sunt de casu illorum ob infidelitatem, concidat aut irritum permaneat.

Vers. 18. *Quisquis — adulterium committit.* Nunc quidem non interrogatus hæc dixit, in quosdam invehens, qui in hujusmodi rebus delinquebant : quadragesimo vero capite Evangelii secundum Matthæum, interrogatus a Pharisæis, utrum licet homini divortium facere cum uxore sua qualibet ex causa, latiorem dedit responsionem. Lege ergo ibi totam ejus enarrationem [17].

CAP. LIX. *De divite et Lazaro.*

Vers. 19. *Homo — dives.* Cum multa frequenter de paupertatis amore docuerit, nunc per parabolam etiam timorem duris corde ac tenacibus divitibus incutit, de his quæ adhuc futura sunt, tanquam de præteritis narrans : nondum enim eorum, quæ in vita sunt peracta, datur retributio, cum nondum adsit judicium, aperte manifestans, quænam ultiones excipiant divites, qui nullo compassionis affectu moventur : et quæ refrigeria suscipiant pauperes, qui labores toleraverunt. Alia etiam utilia per hanc discimus parabolam.

Vers. 19. *Qui — bysso.* Pretiosissimis ac speciosissimis vestibus corpus ornabat.

Vers. 19. *Et epulabatur — splendide.* Pretiose.

Vers. 20. *Mendicus — Lazarus.* Divitis quidem nomen non edidit, utpote odio digni. Scriptum est enim : *Nec memor sim nominum eorum per labia mea* [18] : mendici vero nomen addidit, tanquam amore digni.

Aiunt autem quidam ex traditione Hebræorum quod juxta ea tempora dives ille fuerat Ninevis appellatus, et mendicus iste Lazarus : postquam autem uterque mortuus est, formavit Christus parabolam de rebus ab illis gestis, et futuras ipsorum retributiones, quasi jam factas, narravit timorem iis qui diviti illi adhæserant, immittens, ut diximus : eis vero, qui ad pauperem hunc attinebant, consolationem, et his autem et illis utilitatem.

Vers. 20. *Qui* — Vers. 21. *Ulcera ejus.* Adeo debili erat corpore, ut neque canes posset abigere. O crudelitatem ac præ stupore indolentiam, per. quam in tantis constitutus bonis, in tot malis ac calamitatibus positum despiceret, idque ad

[17] Matth. XIX, 3. [18] Psal. XV, 4.

Variæ lectiones et notæ.

(92) Φοδροτάτοις B. Male.

(93) Τά abest A.

januam suam jacentem ! Et rursum o egregiam fortitudinem ac tolerantiam, quod, cum ille ita se haberet, hic ita affectus non malediceret, neque murmuraret.

Vers. 22. *Accidit — Abrahæ.* Ut hospitem Lazarum apud hospitalem Abraham intuitus dives, osor hospitum, haberet hoc ad confutationem suæ inhospitalitatis. Observa etiam, quod peccatorum animæ violente ac dure repetuntur : *Stulte*, inquit, *hac nocte repetunt animam tuam a te* [19] ; justorum vero pie ac reverenter ab angelis, tanquam satellitibus, abducuntur.

Vers. 22. *Mortuus est — sepultus est.* De mendico non dixit, quod sepultus sit, eo quod vile esset pauperis sepulcrum, de divite vero maxime, propter pretiositatem sepulcri divitis.

Vers. 25. *Atque in — sinu ejus.* Infernum dicit locum supplicii. Ex hac autem parabola discimus, quod in futuro sæculo non solum peccatores vident justos et justi peccatores, sed et agnoscunt : et peccatores quidem justorum vident fruitiones, quo magis doleant videntes, quibus sint privati bonis : justi vero peccatorum vident supplicia, quo amplius gaudeant intuentes, quanta effugerunt tormenta. Agnoscunt autem se invicem, ut sciant, inter quos sunt hi, de quibus ante mortem ignorabant. Tunc autem Deum non obsecrant isti pro peccatoribus, scientes, quod cum diabolo et angelis ejus condemnati sunt. Et quemadmodum pro dæmonibus supplicare vanum esset et inutile : ita quoque et pro his sicut dixit Gregorius Dialogus. Non dolent autem quanquam compatientes sint : tunc enim fugit ab eis dolor, mœror ac gemitus, ut pure lætentur.

† Hæc quidem dicit Gregorius Dialogus. Alii vero Patres dicunt, neque a peccatoribus videri justos, neque a justis peccatores : illi siquidem in luce degunt, hi autem in tenebris ; longe autem distant a se invicem lux, et tenebræ. Præterea, cum illi sint omnino lux, nequaquam cupiunt ad tenebras prospicere ; hi vero, cum omnino sint tenebræ, non possunt lucem aspicere. Nam et peccatoribus doloris esset consolatio lux ipsa, et justis imminutionem voluptatis afferrent tenebræ. Dicunt itaque, in hac parabola proponi hoc lege parabolica, et ut terribilior ac magis persuadibilis fieret sermo. Oportet autem et hæc et illa scire ; sanctorum enim sunt, et nihil pietatem lædunt.

Vers. 24. *Et ispe — hac.* Vide, quantum eum sapere fecit cruciatus : quem enim prope jacentem despexerat, hunc eminus acute videt. Nec tamen La-

[19] Lucas. XII, 20.

λῆς ἀνδρείας (94) καὶ ὑπομονῆς, ὅτι ἐκείνου οὕτως ἔχοντος, αὐτὸς οὕτως ἔχων οὐκ ἐβλασφήμησεν οὐδ' ἐγόγγυσεν !

Ἐγένετο — Ἀβραάμ. Ἵνα τὸν ξένον Λάζαρον παρὰ τῷ φιλοξένῳ Ἀβραὰμ ἰδὼν ὁ μισοξενος πλούσιος ἔλεγχον ἔχοι τοῦτο (95) τῆς μισοξενίας αὐτοῦ. Παρατήρησον δὲ, ὅτι τῶν ἁμαρτωλῶν μὲν αἱ ψυχαὶ ἀποτόμως ἀπαιτοῦνται. Ἄφρον γὰρ, φησὶ, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ· τῶν δικαίων δὲ, εὐλαβῶς ἀπάγονται, ὑπὸ τῶν ἀγγέλων δορυφορούμεναι.

Ἀπέθανε — ἐτάφη. Ἐπὶ τοῦ πτωχοῦ μὲν, οὐκ εἶπεν, ὅτι ἐτάφη, διὰ τὸ ἀτημέλητον τῆς τῶν πτωχῶν ταφῆς· ἐπὶ τοῦ πλουσίου δὲ καὶ μάλα, διὰ τὸ πολυτελὲς τῆς τῶν πλουσίων ταφῆς.

Καὶ ἐν — κόλποις αὐτοῦ. Ἅδην λέγει, τὸν τόπον τῆς κολάσεως. Ἐκ τῆς παραβολῆς δὲ ταύτης μανθάνομεν, καὶ ὅτι ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι οὐ μόνον ὁρῶσι καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ τοὺς δικαίους, καὶ οἱ δίκαιοι τοὺς ἁμαρτωλούς, ἀλλὰ καὶ γνωρίζουσι. Καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ μὲν ὁρῶσι τὰς τῶν δικαίων ἀπολαύσεις, ἵνα μᾶλλον ἀνιῶνται, βλέποντες, οἵων ἀγαθῶν ἐστερήθησαν. οἱ δὲ δίκαιοι, ὁρῶσι τὰς τῶν ἁμαρτωλῶν κολάσεις, ἵνα μᾶλλον χαίρωσι, βλέποντες οἷα (96) βάσανα διέφυγον. Γνωρίζουσι δὲ ἀλλήλους, ἵνα γνῶσιν ἐν ποίοις εἰσὶν οὗτοι, περὶ ὧν ἠγνόουν πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν· οὐ παρακαλοῦσι δὲ τότε τὸν Θεὸν οἱ δίκαιοι ὑπὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν, γινώσκοντες, ὅτι τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ συγκατεδικάσθησαν (97). Καὶ ὥσπερ τὸ ὑπὲρ τῶν δαιμόνων ἐκτενὲς μάταιόν ἐστι καὶ ἀπρόσδεκτον, οὕτω καὶ τὸ ὑπὲρ τούτων, ὡς εἶπε Γρηγόριος ὁ Διάλογος · οὐκ ἀλγοῦσι δὲ, καίτοι συμπαθεῖς ὄντες. Ἀπέδρα γὰρ τότε ἀπ' αὐτῶν ὀδύνη, καὶ λύπη, καὶ στεναγμὸς, ἵνα καθαρῶς εὐφραίνωνται.

[Ταῦτα (98) μέν φησι Γρηγόριος ὁ Διάλογος· ἕτεροι δὲ Πατέρες λέγουσι, μήτε ὑπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν ὁρᾶσθαι τοὺς δικαίους, μήτε ὑπὸ τῶν δικαίων τοὺς ἁμαρτωλούς. Οἱ μὲν γὰρ ἐν τῷ φωτί· οἱ δὲ ἐν τῷ σκότῳ · πόρρω δὲ ἀλλήλων τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος. Καὶ οἱ μὲν ὅλοι φῶς ὄντες, οὐκ ἂν βούλοιντο ἀπιδεῖν εἰς τὸ σκότος · οἱ δὲ ὅλοι σκότος ὑπάρχοντες, οὐκ ἂν δύναιντο ἀπιδεῖν εἰς τὸ φῶς. Ἡ γὰρ ἂν καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ τῇ ὀδύνῃ παραλύσιν ἔμελλον ἔχειν τὸ φῶς· καὶ οἱ δίκαιοι, τῇ ἡδονῇ ὑφεῖσιν τὸ σκότος· τὴν μέντοι παραβολὴν ὑποθεῖσθαι τοῦτο, κατὰ παραβολικὴν αὐτονομίαν, καὶ ἵνα φοβερώτερος καὶ πιθανώτερος ὁ λόγος γένηται. Χρὴ δὲ καὶ ταῦτα κἀκεῖνα γινώσκειν · ἁγίων γάρ εἰσι, καὶ οὐδὲν τῇ εὐσεβείᾳ λυμαίνονται.]

Καὶ αὐτὸς — ταύτῃ. Ὅρα, πόσον αὐτὸν ἡ βάσανος ἐσωφρόνισεν. Ὃν γὰρ ἐγγὺς κείμενον παρεῶρα, τοῦτον πόρρωθεν ὀξέως ὁρᾷ· Οὐ παρεκάλεσε δὲ τὸν

Variæ lectiones et notæ.

(94) Ἀνδρίας A.

(95) Τοῦτο expressit etiam Henteniius. Τοῦτό nimirum τὸ ἰδεῖν. In mentem tamen veniebat τοῦτον, id est τὸν Λάζαρον..

(96) Forte, οἷαν βασανον. Ita mox. Nam τὰ βάσανα non memini legere.

(97) κατεδικάσθησαν A.

(98) Hæc uterque in margine.

Λάζαρον, ὑπολαμβάνων, ὅτι μνησικακεῖ αὐτῷ· τὸν Ἀβραὰμ δὲ ἱκέτευσε, νομίζων ὅτι ἀγνοεῖ τὰ κατ' αὐτόν. Ὥσπερ δὲ τῷ Λαζάρῳ πρότερον, ἐν τοσούτοις ὄντι κακοῖς προσθήκη συμφορῶν ἦν, τὸ βλέπειν τὸν πλούσιον ἐν τοσούτοις ἀγαθοῖς· οὕτω καὶ τῷ πλουσίῳ νῦν ἐν τοσούτοις ὄντι δεινοῖς, προσθήκη τιμωριῶν ἐστι, τὸ βλέπειν τὸν Λάζαρον ἐν τοσούτοις ἀγαθοῖς.

A zarum deprecabatur, suspicabatur namque, quod malorum ipsi inflictorum, adversus se memor esset: sed Abraham obsecrat, opinatus, quod hunc lateret, quæ circa se contigerant. Quemadmodum autem Lazaro, cum in tot malis positus esset, calamitatum erat augmentum intueri divitem in tot bonis : ita nunc diviti, in tantis degenti miseriis additio suppliciorum est, videre Lazarum in tantis bonis.

Εἶπε — ὀδυνᾶσαι. Οὐκ ὀνειδίζει τούτῳ τὴν ἀπανθρωπίαν, ἀλλ' ἐπιεικῶς (99) ἀποκρίνεται· γέγραπται γάρ, ὅτι Ψυχὴν τεταπεινωμένην (1) μὴ προσταράξῃς· καὶ τέκνον ὀνομάζει τοῦτον, ὡς πατριάρχης, αὐτοῦ καὶ ὡς πρεσβύτης. Οὐκ εἶπε δέ, ὅτι Ἔλαβες, ἀλλ' ὅτι Ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ Λάζαρος ὁμοίως τὰ κακά. Τὸ γὰρ ἀπολαμβάνειν ἐπὶ τῶν χρεωστουμένων τάττεται, καὶ δηλοῦται πάντως ἐντεῦθεν, ὅτι καὶ ὁ πλούσιος, εἰ καὶ ἁμαρτωλὸς ἦν, ὅμως εἶχέ τινα ἀρετὴν, ὑπὲρ ἧς ἀπέλαβε ζῶν ἔτι τὰ ὀφειλόμενα ἀγαθά· καὶ ὁ Λάζαρος, εἰ καὶ δίκαιος ἦν, ὅμως εἶχέ τινα κακίαν, δί ἣν καί αὐτὸς ἀπέλαβε ζῶν ἔτι τὰ ὀφειλόμενα κακά. Τῶν ἀνθρώπων γάρ οὐδεὶς ἄμοιρος ἀρετῆς, οὐδ' ὁ πάνυ πονηρός· καὶ οὐδεὶς ἄμοιρος κακίας, οὐδ' ὁ πάνυ ἀγαθός. Διὸ καὶ τελευτήσαντες ἀπῆλθον, ὁ μὲν ἄκρατον ἔχων τὴν κακίαν· ὁ δὲ ἄκρατον κεκτημένος τὴν ἀρετήν.

Vers. 25. *Dixit — cruciaris.* Inhumanitem huic non improperat, sed mansuete respondet. Scriptum est enim: *Animam humiliatam ne turbaveris*[20]. Et hunc nominat filium, utpote patriarcha, seu progenitor ipsius, et tanquam senex. Non dixit autem : Accepisti bona tua, sed Recepisti. Nam recipere ob ea ponitur, quæ debentur : et hinc omnino significatur B quod et dives quanquam peccator erat, aliquam tamen habebat virtutem, pro qua bona debita adhuc vivens receperat; et Lazarus, quanquam justus erat, aliquod tamen vitium habebat, propter quod adhuc vivens debita mala receperat. Siquidem nullus hominum expers est virtutis, aut omnino malus : nullusque expers est vitii, aut omnino bonus; ideoque jam morientes discesserunt, ille quidem meram habens malitiam, hic autem puram habens virtutem.

Καὶ ἐπὶ — διαπερῶσι. Χάσμα μέγα λέγει, τὸ ἀνεπιχείρητον πρόσταγμα τοῦ Θεοῦ· ὡς δίκην χάσματος κωλύων τὴν ἐπιμιξίαν τούτων κἀκείνων.

Vers. 26. *Et super — transcendere.* Hiatum magnum dicit, firmissimum Dei præceptum, tanquam ad modum hiatus prohibens horum et illorum commistionem.

Εἶπε — πάτερ. Παρακαλῶ σε.

Vers. 27. *Ait — pater.* Etiam hic ponitur ἐρωτῶ, C pro Obsecro.

Ἵνα — βασάνου. Ἀποτυχὼν τῆς ὑπὲρ ἑαυτοῦ δεήσεως, ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν δυσωπεῖ, ἐμφαίνων, ὅτι ὥσπερ αὐτὸς πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν, οὕτω καὶ αὐτοὶ λῆρον ἡγοῦνται τὰς ἐν ταῖς Γραφαῖς ἀπειλὰς τῶν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος κολάσεων, καὶ διὰ τοῦτο, μόνην τὴν φιληδονίαν μεταδιώκουσι.

Vers. 27. *Ut* — Vers. 28. *Cruciatus.* — Repulsam passus in eo, quod pro se orabat, pro fratribus supplicat, insinuans quod sicut ipse ante mortem, ita et illi pro fabulis ducunt minas, quæ in Scripturis habentur de futuri sæculi suppliciis, et propterea solam voluptuosam vitam insequuntur.

Λέγει — προφήτας. Τὰς Μωσαϊκὰς βίβλους καὶ τὰς προφητικάς. Οὐ γὰρ οὕτω σὺ κήδῃ τῶν ἀδελφῶν, ὡς ὁ ποιήσας αὐτοὺς Θεὸς, ὃς καὶ μυρίους ἐπέστησεν αὐτοῖς διδασκάλους.

Vers. 29. *Dicit — prophetas.* Mosaicos libros ac prophetias : neque enim ita tibi curæ sunt fratres, ut Deo, qui fecit illos, et sexcentos eis adhibuit præceptores.

Ἀκουσάτωσαν αὐτῶν. Ὑποτιθεμένων βίον ἐνάρετον.

Vers. 29. *Audiant illos.* — Cum vitam suadeant virtuti conformem.

Ὁ δὲ — Ἀβραάμ. Οὐκ ἀκούουσιν αὐτῶν.

Vers. 30. *At ille — Abraham.* Non audiunt illos.

Ἀλλ' — μετανοήσουσι. Ταῖς βίβλοις μὲν ἀπιστοῦσιν, ὡς παρὰ ζώντων γραφείσαις, μήπω θεασαμένων τὰ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος· ἐάν τις δὲ ἀπὸ νεκρῶν πορευθῇ πρὸς αὐτοὺς, πιστεύσουσιν, ὡς ἰδόντι πάντα.

Vers. 30. *Sed — resipiscent.* Libris quidem non habent fidem, utpote scriptis ab his qui vivebant, D et necdum ea viderant, quæ in futuro sunt sæculo : si quis autem ex mortuis ierit ad illos, credent, tanquam ei, qui viderit universa.

Εἶπε — πεισθήσονται. Καὶ οἱ Ἰουδαῖοι γάρ, ἐπειδὴ Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν οὐκ ἤκουον, οὐδὲ τοῖς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσιν ἐπίσθησαν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀδελφὸν Μάρθας καὶ Μαρίας Λάζαρον, ἐκ

Vers. 31. *Ait — credent.* Siquidem Judæi, quia Mosem et prophetas non audiebant, neque iis qui a mortuis resurrexerant, credebant : quin et Lazarum, Marthæ et Mariæ fratrem, qui a mortuis surrexerat,

[20] Eccli. IV, 3.

Variæ lectiones et notæ.

(99) Ἀποκρύπτεται B.

(1) L. l. legitur καρδίαν παρωργισμένην. Hunc ipsum locum tractans Joannes Xiphilinus eodem modo laudat. Vide editionem nostram Mosquensem pag. 20.

et de rebus, quæ inferno erant, loquebatur, potius occidere volebant.

CAP. XVII. Vers. 1. *Ait — veniunt.* Hoc est, necesse est, ut veniant. Dixit enim tricesimo septimo etiam juxta Matthæum capite : *Væ mundo ab offendiculis: necesse est enim, ut veniant offendicula, verumtamen væ homini illi, per quem venit offendiculum*[21] ; et in eo lege interpretationem, quæ pulchre posita est.

Vers. 2. *Expedit — istis.* Ibi etiam hæc paulo ante dicta sunt et aperte declarata.

Vers. 3. *Cavete vobis ipsis.* Cavete, ne quo modo cuiquam sitis offendiculo, aut a quoquam offendiculum patiamini.

Vers. 3. *Quod si — illum.* Fraterne illum increpa, et more ejus, qui corrigit.

Vers. 3. *Et sit — illi.* Pœnitentia enim promeretur, ut veniam impetret.

Vers. 4. *Et si — remittes illi.* Oportet enim nos, qui infirmi sumus et affectionibus vincimur, condolere his qui similiter affecti sunt. Hic autem *Septies*, idem significat quod Frequenter ; hoc est : Quoties in die post peccatum pœnituerit eum, toties remitte illi ; et ita idem indicat, quod *Septuagies septies*. Aliter etiam : *Septies* quidem de unoquoque die dictum est, *Septuagies septies* autem, de omnibus simul.

Vers. 5. *Et — fidem.* Appone ei, quam habemus deficientem : sive perfice in nobis fidem quæ est in te est. Fides siquidem partim a nobis inducitur juxta id, quod dicitur : *Fides tua te salvam fecit*[22]; partim vero a Deo datur. Ait enim apostolus Paulus : *Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ; alii sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum ; alii vero fides per eumdem Spiritum*[23]. Hoc ergo scientes petunt eam fidem, quæ a Deo datur, quam etiam acceperunt post superventionem Spiritus sancti in specie ignitarum linguarum. Ideo priusquam hanc accepissent, exprobrabatur illis quod pusilli essent fide : imperfecti enim ad fidem erant : addita vero a Deo fides, perfectio eratet confirmatio fidei prius illatæ.

Vers. 6. *Ait — vobis.* Si haberetis fidem adeo acutam, vehementem ac ferventem, sicut est granum sinapis (nam illud talis est qualitatis) moveretis sane et arbores, illasque in mare plantaretis. Hoc autem dixit, laudans perfectam fidem, et magnam ejus significans potentiam. Dixit autem de fide et grano sinapis etiam tricesimo quinto juxta Matthæum capite: alio tamen intellectu.

νεκρῶν ἀναστάντα καὶ περὶ τῶν ἐν τῷ ᾅδῃ λέγοντα, μᾶλλον ἀνελεῖν ἐβούλοντο.

Εἶπε — ἔρχεται. Ἀνένδεκτόν ἐστιν, ὥστε μὴ ἐλθεῖν, ἤγουν, ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐλθεῖν. Ἔφη γὰρ καὶ ἐν τῷ τριακοστῷ ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον· ὅτι Οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων. Ἀνάγκη γάρ ἐστιν ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα· πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι' οὗ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται. Καὶ ἀνάγνωθι ἐν ἐκείνῳ τὴν ἑρμηνείαν, ἣν ἔχουσαν.

Λυσιτελεῖ — τούτων. Ἐνταῦθα καὶ ταῦτα εἴρηται μικρὸν ἀνωτέρω, καὶ σαφῶς διηρμήνευται.

Προσέχετε ἑαυτοῖς. Προσέχετε, μήποτε σκανδαλίσητέ τινας, ἢ σκανδαλισθῆτε ὑπό τινων.

Ἐὰν δὲ — αὐτῷ. Ἐπίπληξον ἀδελφικῶς τε καὶ διορθωτικῶς.

Καὶ ἐὰν — αὐτῷ. Ἡ μετάνοια γὰρ ἀξίαν συγγνώμης.

Καὶ ἐὰν — ἀφήσεις αὐτῷ. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς, ἐν ἀσθενείαις ὄντας καὶ ἡττωμένους παθῶν, ἐπικάμπτεσθαι τοῖς ὁμοίως πάσχουσι. Τὸ δὲ Ἑπτάκις ἐνταῦθα, τὸ Πολλάκις δηλοῖ, τουτέστιν, Ὁσάκις τῆς ἡμέρας ἁμαρτήσας μετανοήσῃ, τοσαυτάκις ἄφες αὐτῷ. Καὶ οὕτω συνᾴδει τὸ Ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. Ἄλλως τε, τὸ μὲν ἑπτάκις, ἐφ' Ἑκάστης ἡμέρας εἴρηται· τὸ δὲ Ἑβδομηκοντάκις ἑπτά, πρὸς πάσας.

Καὶ — πίστιν. Πρόσθες, ἣ ἔχομεν, τὴν λείπουσαν, ἤγουν τελείωσον ἡμῶν τὴν πίστιν τὴν πρὸς σέ. Τῆς πίστεως γὰρ τὸ μὲν παρ' ἡμῶν εἰσάγεται, καθὸ λέγεται, τό· Ἡ πίστις σου σέσωκέ σε· τὸ δὲ, παρὰ τοῦ Θεοῦ δίδοται. Φησὶ γὰρ ὁ ἀπόστολος Παῦλος· Ὧ μὲν διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας· ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως, κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα· ἑτέρῳ δὲ πίστις, ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι. Τοῦτο οὖν εἰδότες, αἰτοῦσι τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ διδομένην πίστιν, ἣν καὶ ἔλαβον μετὰ τὴν ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Διὸ πρὸ τοῦ ταύτην λαβεῖν, ὀλιγοπιστίαν ὠνειδίζοντο, καὶ ἀτελεῖς ἦσαν πρὸς τὴν πίστιν. Ἔστι δὲ ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ προστιθεμένη πίστις, τελείωσις τῆς προεισενεχθείσης πίστεως καὶ βεβαίωσις.

Εἶπε — ὑμῖν. Εἰ ἔχετε (2) πίστιν, οὕτω ἀριμείαν, καὶ σφοδρὰν, καὶ θερμὴν, ὡς κόκκον σινάπεως· νοιαύτης γὰρ ποιότητος οὔτος μετακινεῖτι ἂν καὶ τὰ δένδρα, καὶ τῇ θαλάσσῃ ταῦτα ἐμφυτεύετε. Τοῦτο δέ εἶπεν, ἐπαινῶν τὴν τελείαν πίστιν, καὶ δηλῶν τὸ μεγαλοδύναμον αὐτῆς. Εἰρηκε δὲ περὶ πίστεως καὶ κόκκου σινάπεως καὶ ἐν τῷ τριακοστῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον, πλὴν καθ' ἑτέραν ἔννοια.

[21] Matth. XVIII, 7. [22] Matth. IX, 22. [23] I. Cor. XII. 8

Variæ lectiones et notæ.

(2) Εἴχετε. A. Ita dissentiunt etiam in contextu.

; — πεποιήκαμεν. Διὰ τῶν προλαβόντων λό- A
εἰς ἀγαθοεργίαν (3) παραθήξας τοὺς μαθητὰς,
ιὰ τοῦ παραδείγματος τούτου κατασπᾷ τὸ παρ-
ινον ταύτῃ πάθος τῆς οἰήσεως, διδάσκων,
ὥσπερ οὐδεὶς τὸν ἀποτριῶντα ἢ ποιμαίνοντα
ν αὐτοῦ, καὶ ἐξ ἀγροῦ εἰσελθόντα, τιμῆς ἀξιοῖ,
τὸν τοιοῦτον κόπον, ἀλλὰ πάλιν ἐπιτάττει, καὶ
προσοφειλομένην ἀπαιτεῖ δουλείαν, καὶ οὐδ'
; αὐτῷ χάριν ἔχει· τὸν αὐτὸν ἄρα τρόπον καὶ
ὁς. Ὥστε κατὰ τὸν τοῦ δικαίου λόγον, τοῖς μὲν
πληροῦσι τὰ προστεταγμένα κίνδυνος ἀπόκειται·
δὲ πληροῦσιν αὐτὰ, χάρις οὐδεμία. Καὶ οὐ
διὰ τοῦτο μέγα φρονεῖν, ὅπερ καλῶς εἰδὼς ὁ
τολος Παῦλος ἔλεγεν ὅτι, Ἐὰν εὐαγγελίζωμαι,
ἔστι μοι καύχημα· ἀνάγκη γάρ μοι ἐπί- B
ι· οὐαὶ γάρ μοι ἐστὶν, ἐὰν μὴ εὐαγγελί-
ι. Πλὴν ἀγαθὸς ὢν ὁ Θεὸς, καὶ τοῖς δούλοις,
σθίοις, προσφέρεται, καὶ τὴν δουλείαν αὐτῶν
ὰ ἀμείβεται, καὶ τὴν ὀφειλομένην λατρείαν, ὡς
θωμα δέχεται, καὶ γέρα δίδωσιν ὑπερβαίνοντα
καμάτους. Νικᾷ γὰρ ἡ ἀγαθότης αὐτοῦ τὸ
ον.

ΚΕΦ. Ξ'. Περὶ τῶν δέκα λεπρῶν.

ι ἐγένετο — λεπροὶ ἄνδρες. Οἱ ἐννέα μὲν,
κῖοι ἦσαν· ὁ δὲ εἷς Σαμαρειτης. Ἡ κοινωνία δὲ
νόσου τότε συνήθροισεν αὐτοὺς, ἀκούσαντας, ὅτι
εται ὁ Χριστός.
ἔστησαν πόρρωθεν. Ὡς ἀκάθαρτοι.
ι — ἡμᾶς. Ἐπιστάτα, ἤτοι, Κύριε ἢ διδά-
. C
ι ἰδὼν — ἱερεῦσι. Μήπω καθαρίσας αὐτοὺς
ι ἐμφανισθησομένους τοῖς ἱερεῦσιν, ὡς ἐν τῷ
εσθαι μέλλοντας καθαρισθῆναι. Τοῦτο δὲ πε-
ι, δοκιμάζων τὴν πίστιν αὐτῶν. Οἱ δὲ πιστεύ-
;, ὅτι δύναται πορευομένους αὐτοὺς καθαρίσαι,
άκτως ἐβάδιζον. Ἐνεφανίζοντο δὲ τοῖς ἱερεῦ-
ί καθαρισθέντες, ἵνα παρ' αὐτῶν ὀνομασθῶσι
οἱ, καὶ λοιπὸν προσενέγκωσι θυσίαν, κατὰ τὸν

ἐγένετο — τὸν Θεόν. Μέγαν μὲν γάρ τινα, καὶ
δύναμον, τὸν Χριστὸν ἐπίστευον εἶναι, οὔπω δὲ
σει Θεόν.
ἔπεσεν — αὐτῷ. Καθαρισθεὶς γάρ, ἐπλη-

αὐτὸς — ὁ ἀλλογενὴς οὗτος. Ἐντεῦθεν D
, ὅτι εὐγνωμονέστεροι τῶν Ἰουδαίων εἰσὶν
θνῶν. Ἐκεῖνοι γὰρ αὐτίκα τῆς εὐεργεσίας λήθην
ες, ἀχάριστοι καὶ περὶ τὸν Πατέρα καὶ περὶ τὸν
ράνησαν.
εἶπεν — σέσωκέ σε. Καὶ μὴν κἀκείνους ἡ πίστις
σέσωκεν. Ἀλλὰ πιστοὶ μὲν οἱ δέκα, μόνος δὲ
εὐγνώμων.
ρωτηθεὶς — τοῦ Θεοῦ. Ἐπειδὴ πολλάκις
εν, ὅτι ἤγγικεν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, περὶ

Vers. 7. *Quis* — Vers. 10. *Fecimus.* Postquam præcedentibus sermonibus ad boni operationem discipulos exacuit: hoc nunc exemplo, jactationis affectum, qui hanc consequitur, avellit, docens, quod sicut nullus servum suum arantem aut pascentem, et ex agro domum revertentem, honore dignum ducit ob hujusmodi laborem, sed rursum jubet, ac debitam adhuc exigit servitutem, et nec sic illi gratiam habet; ad eumdum sane modum et Deus. Itaque secundum justitiæ sermonem his qui præcepta non adimplent, periculum imminet: ipsa vero implentibus, gratia nulla, nec propterea extolli oportet. Quod bene sciens Paulus apostolus dicebat: *Si Evangelium prædico, non est, quod inde glorier; necessitas siquidem mihi incumbit! væ enim mihi est, si Evangelium non prædicavero* [24]: Attamen cum bonus sit Deus, servis, tanquam mercenariis, utitur, et servitutem illorum mercede rependit: ac debitum obsequium, tanquam facinus egregium, suscipit, et præmium tribuit, quod labores etiam excedat. Vincit namque bonitas ejus id, quod justum est et æquum.

CAP. LX. *De decem leprosis.*

Vers. 11. *Et factum est* — Vers. 12. *Leprosi.* Novem quidem erant Judæi, unus autem Samaritanus; morbi vero communicatio tunc eos adunaverat, audito quod pertransiret Christus.

Vers. 12. *Qui steterunt procul.* Tanquam immundi.

Vers. 13. *Et — nostri.* Ἐπιστάτα, hoc est, domine, præceptor aut magister.

Vers. 14. *Quos ut vidit — sacerdotibus.* Nondum mundavit eos, sed mittit sacerdotibus manifestandos, ut inter eundum mundarentur. Hoc autem fecit probans fidem illorum. Illi vero credendo, quod eundo posset ilios mundare, ibant non dijudicantes de ejus præcepto. Manifestabantur autem sacerdotibus, qui mundati erant, ut ab illis mundi dicerentur; et tunc juxta legem hostiam offerebant.

Vers. 14. *Et accidit* — Vers. 15. *Deum* Magnum quemdam ac magnæ potentiæ credens esse Christum, nondum tamen natura Deum.

Vers. 16. *Et procidit — illi.* Cum enim mandatus esset, jam appropinquabat.

Vers. 16. *Et hic* — Vers. 18. *Hic alienigena.* Hinc ostendit, quod magis grati sunt gentiles, quam Judæi: hi enim beneficium continuo oblivioni tradentes, ingrati et erga Patrem et erga Filium apparebant.

Vers. 19. *Et ait — te salvum fecit.* Atqui etiam illos fides eorum salvos effecerat: sed fideles quidem decem fuerunt, solus autem hic gratus fuit.

Vers. 20. *Interrogatus — Dei.* Quia frequenter docuerat, instare regnum Dei de ipso hoc dicens; nunc

[24] Cor. IX, 16.

Variæ lectiones et notæ.

Ἀγαθοεργίας A.

(4) Φωνηθησομένους. B. Sic.

nterrogant eum, quando regnaturus esset ? irridentes eum, ut qui vilis appareret, et in proximo ab eis interficiendus esset.

Ἰδίου — ἀναιρεθῆναι παρ' αὐτῶν μέλλοντα.

Vers. 20. *Respondit — observatione.* Cum prospectu humano.

Ἀπεκρίθη — παρατηρήσεως. Μετὰ περιφανείας ἀνθρωπίνης.

Vers. 21. *Neque — illic.* Quod faciunt in terrenis regibus.

Οὐδὲ — ἐκεῖ. Ὅπερ ποιοῦσιν ἐπὶ τῶν γηΐνων βασιλέων.

Vers. 21. *Ecce — est.* Regnum Dei dicit, seipsum, utpote regem ac Deum. Intra ipsos autem erat, tanquam in medio eorum conversans ; de quo et præcursor dixit illis : *Medius vestrum stetit, quem vos non nostis* [25].

Ἰδοὺ — ἐστίν. Βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ἑαυτὸν λέγει, ὡς βασιλέα καὶ Θεόν. Ἐντὸς δὲ αὐτῶν ἦν, ὡς ἐν μέσῳ αὐτῶν ἀναστρεφόμενος, περὶ οὗ καὶ ὁ Πρόδρομος εἶπεν αὐτοῖς, ὅτι Μέσος ὑμῶν ἕστηκεν, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε.

† † In vobis positum est, consequi regnum Dei, in vestro studio, aut via in regnum Dei, quæ in id ducit, aut facta, quæ id largiuntur, aut lætitia, quam habituri sunt, qui eo digni sunt, judicati. Datur his (*z*) quoque dignis, ut pignus futuri.

[Ἡ (5) ἐπιτυχία τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ ἐν ὑμῖν κεῖται, ἐν τῇ προαιρέσει ὑμῶν, ἢ ἡ ὁδὸς τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, ἡ ἄγουσα εἰς αὐτὴν, ἢ ἡ ἐργασία, ἡ προξενοῦσα αὐτὴν, ἢ ἡ ἀγαλλίασις, ἣν μέλλουσιν ἔχειν οἱ ἀξιούμενοι ταύτης. Δίδοται γὰρ αὕτη κἀνταῦθα τοῖς ἀξίοις, εἰς ἀῤῥαβῶνα τοῦ μέλλοντος.]

Vers. 22. *Ait — videbitis.* Pharisæis, licet irrisorie interrogantibus, mansuete tamen, consuetaque respondit clementia : discipulis vero jam prænuntiat, quod brevi occidendus, non esset amplius cum eis conversaturus : nam hoc indicat, quod ait, futurum esse ut concupiscant unum ex diebus vitæ ipsius.

Εἶπε — ὄψεσθε. Τοῖς Φαρισαίοις μὲν, καίτοι χλευαστικῶς ἐρωτήσασιν, ὅμως πράως ἀπεκρίθη, καὶ μετὰ τῆς συνήθους ἀνεξικακίας· τοῖς μαθηταῖς δὲ λοιπὸν προμηνύει, ὅτι ὅσον οὔπω ἀναιρεθείς, οὐκέτι συμπολιτευθήσεται τούτοις. Τοῦτο γὰρ ἐμφαίνει τὸ μέλλειν αὐτοὺς ἐπιθυμῆσαι μιᾶς τῶν ἡμερῶν τῆς ζωῆς αὐτοῦ.

Vers. 23. *Et dicent — sectari.* De his manifestius scripsit Matthæus quinquagesimo septimo capite, dicens : *Tunc si quis vobis dixerit : Ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere Surgent enim pseudochristi et pseudoprophetæ* [26] et cætera. Lege ergo ibi etiam horum interpretationem.

Καὶ ἐροῦσιν — διώξητε. Περὶ τούτων φανερώτερον ἔγραψεν ὁ Ματθαῖος ἐν τῷ πεντηκοστῷ ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ, λέγων ὅτι Τότε, ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ. Ἰδοὺ ὧδε ὁ Χριστὸς, ἢ ὧδε, μὴ πιστεύσητε. Ἐγερθήσονται (26) γὰρ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ἀνάγνωθι τὴν τούτων ἐξήγησιν.

Vers. 24. *Sicut — fulget.* Ab Orientis parte, quæ sub cœlo est, in Occidentem, quæ sub cœlo est fulget. Ait enim Matthæus in illo capite : *Sicut enim fulgur exit a partibus orientis, et apparet usque ad partes occidentis* [27], et cætera : lege ergo ibi interpretationem, et disce, quid significet hujusmodi exemplum.

Ὥσπερ — λάμπει. Ἐκ τῆς ὑπ' οὐρανὸν ἀνατολῆς εἰς τὴν ὑπ' οὐρανὸν δύσιν λάμπει. Φησὶ γὰρ ὁ Ματθαῖος ἐν ἐκείνῳ τῷ κεφαλαίῳ ὅτι, Ὥσπερ (27) ἡ ἀστραπὴ ἐξέρχεται ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ φαίνεται ἕως δυσμῶν. Ἀνάγνωθι οὖν ἐκεῖ τὴν ἑρμηνείαν, καὶ μαθήσῃ, τί θέλει τοῦτο τὸ παράδειγμα.

Vers. 24. *Ita — suo.* Ita erit et ipse orbi universo manifestus. Diem vero suum, dicit diem secundi adventus sui. Illud autem caput etiam de his manifeste disserit.

Οὕτως — αὐτοῦ. Οὕτως ἔσται καὶ αὐτὸς φανερὸς πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ. Ἡμέραν δὲ αὐτοῦ λέγει, τὴν τῆς δευτέρας παρουσίας αὐτοῦ. Ἐκεῖνο δὲ τὸ κεφάλαιον καὶ περὶ τούτων διαλαμβάνει σαφῶς.

Ners. 25. *Primum — hac* Pravorum Judæorum.

Πρῶτον — ταύτης. Τῶν πονηρῶν Ἰουδαίων.

Vers. 26. *Et sicut* — Vers. 27. *Universos.* Manifestius scripsit exemplum hoc Matthæus quinquagesimo octavo capite : et ibi quære hujus intellectum.

Καὶ καθὼς — ἅπαντας. Φανερώτερον ἔγραψε τὸ παράδειγμα τοῦτο Ματθαῖος ἐν τῷ τεντηκοστῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ, καὶ ζήτησον ἐκεῖ τὴν τούτου διάγνωσιν.

Vers. 28. *Similiter* — Vers. 30. *Revelabitur.* Quem-

Ὁμοίως — ἀποκαλύπτεται. Ὥσπερ τοὺς ἐπὶ

[25] Joan. I, 26. [26] Matth. XXIV, 23, 24. [27] Matth. XXIV, 27.

Variæ lectiones et notæ.

(5) Hæc uterque in margine. Non habet Hentenius.

(6) Loco συμπολιτεύσεται.

(7) Γὰρ omittit. B.

(*z*) Datur his. Redde : *Datur enim id (regnum Dei) his quoque.*

ιὶ ἐπὶ Λώτ, τρυφῶντας καὶ ἀμεριμνοῦντας, A admodum eos, qui fuerunt temporibus Noe et
ν κατακλυσμός, τοὺς δὲ πῦρ καὶ θεῖον διέ- Lot, in deliciis agentes ac securos perdidit, illos
οὐρανόθεν αἰφνίδιον κατενεχθέντα· οὕτω quidem diluvium, hos vero ignis et sulphur, cœli-
ὶ τῆς δευτέρας παρουσίας τρυφῶντας καὶ tus repente demissa : ita et eos, qui tempore se-
οῦντας ὄλεθρος αἰφνίδιος καταλήψεται. Θεῖον cundi adventus erunt, in deliciis agentes ac securos,
, τὸ λεγόμενον θειάφιον, λιπαρὰ τροφὴ τοῦ perditio repentina deprehendet. Θεῖον autem, sive
θειάφιον (quod nos *sulphur* dicimus) egregium est
ignis nutrimentum.

– ἆραι αὐτά. Ὁ τῆς κάτω διατριβῆς ὑπερ- Vers. 31. *In — ad tollendum ea.* Qui a terrena
καὶ ὑψηλος τῷ βίῳ γενόμενος, οὗ τὰ πάθη conversatione sublevatus, et sublimis vita fuerit
κόσμῳ κατελείφθησαν, οἷς ἐκέχρητο πρὸς effectus, cujus affectus in mundo relicti sunt, qui-
ν τῆς ἁμαρτίας, μὴ καταβάτω ἆραι αὐτά· ἀλλὰ bus ad peccati operationem utebatur, ne descendat,
ἐπὶ τῆς ὑψηλότητος, καὶ περιμενέτω τὸν κατε- ut tollat eos, sed maneat in celsitudine, et exspe-
Κύριον. ctet descendentem Dominum.

ὁ — ὀπίσω. Ὁ ἐν τῷ (10) ἀνακεχωρημένῳ Vers. 31. *Et qui — a tergo.* — Qui in vita sunt
ῦτα δὲ παραγγέλλει διὰ τὴν τηνικαῦτα πολλὴν B anachoretica, sive segregata, aut separata. Hæc
τῶν ψευδοπροφητῶν τοῦ Ἀντιχρίστου, καὶ τὴν autem præcipit propter seductiones pseudoprophe-
ν πλάνην αὐτοῦ. tarum Antichristi, quæ tunc frequenter erunt, et
vehementem ipsius Antichristi deceptionem.

ονεύετε τῆς γυναικὸς τοῦ Λώτ. Ἤτοι Vers. 32. *Memores estote uxoris Lot.* Quid videli-
θους αὐτῆς. Τοῦ Θεοῦ γὰρ τῷ Λὼτ μηνύ- cet illi acciderit. Cum enim Deus ipsi Lot signifi
φυγεῖν ἀπὸ τῶν Σοδόμων παγγενῆ, διὰ τὸν casset ut a Sodomis omnino fugeret, propter in-
κ καταλαβεῖν αὐτὰ θεήλατον ἐμπρησμόν, καὶ cendium divinitus immittendum, quod illa oppres-
εἰλαντος ἀμεταστρεπτὶ βαδίζειν, ἐπέβλεψεν ἡ surum erat, ac præcepisset ut nec in tergum
ὐτοῦ εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ἐγένετο στήλη ἁλός· respiciendo progrederetur, respexit uxor ejus in
ἐν, εἰς παράδειγμα τῶν στρεφομένων ἀπὸ τῆς tergum, et facta est statua salis : statua quidem,
ὁδους ὁδοῦ ἐπὶ τὰ πρότερα ἤθη· ἄλλος δὲ, διὰ in exemplum eorum qui a salutari via ad priores
τῆς ἁμαρτίας πικρίαν. mores revertuntur ; salis autem, propter peccati
acerbitatem.

– αὐτήν. Ὃς ἂν ζητήσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ Vers. 33. *Quicunque – eam.* Quicunque quæsierit
ισαι ἀπὸ τῶν ἐπαγομένων αὐτῷ διὰ τὴν εὐσέβειαν C animam suam liberare ab inductis illi propter re-
ν ὑπὸ τοῦ Ἀντιχρίστου, τῇ ἀπωλείᾳ τῆς ligionem ab Antichristo periculis, perditioni futuri
ης κολάσεως παραδώσει αὐτὴν, ὡς προδεδω- supplicii trade illam, ut quæ fidem prodidit.
ὴν πίστιν.

ὃς — αὐτήν. Ὃς ἂν ἀφαιρεθῇ αὐτὴν διὰ Vers. 33. *Et quicunque — Eam.* Quisquis per
κοῦ θανάτου, ζωογονήσει αὐτὴν, ἤτοι, σώσει martyrii mortem ipsa fuerit privatus, hic vitam
ν μέλλοντα αἰῶνα. illi parabit, sive servabit eam in futuro sæculo.

— ἀφεθήσεται (11). Ταύτῃ τῇ νυκτὶ Vers. 34. *Dico* — Vers. 33. *Relinquetur.* In illa
ῇ τοῦ καιροῦ τῆς δευτέρας παρουσίας. Περὶ nocte, qua ? In ea, quæ erit tempore secundi ad-
ν τῷ ἀγρῷ καὶ τῶν ἀληθουσῶν εἴρηται σαφῶς ventus ipsius. De his autem, qui erunt in agro
ντηκοστῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον, et quæ erunt molentes : manifeste dictum est quin-
ηστον ἐκεῖ τὴν ἐξήγησιν τοῦ· Τότε δύο ἔσονται quagesimo octavo juxta Matthæum capite : et ibi
ρῷ. quære dicti illius enarrationem : *Tunc duo erunt in agro* [28].

ποκριθέντε — ποῦ, Κύριε ; Ποῦ παραλαμβά- Vers. 37. *Et respondentes — quo, Domine ?* Quo
D assumentur ?

– ἀετοί. Τουτέστιν, εἰς ἀπάντησίν μου, Vers. 37. *At — aquilæ.* Hoc est, in occursum mei,
υφορίαν καὶ προπομπήν. Ἀετοὺς μὲν γὰρ ad satellitium ac præmissionem. Aquilas siquidem
τοὺς δικαίους, ὡς ὑψηλοὺς ταῖς ἀρεταῖς nominavit justos, tanquam virtutibus sublimes et
τιλικούς· σῶμα δὲ, ἑαυτὸν, ὡς συναγωγὸν regios : corpus vero, se ipsum, tanquam hujus-
ούτων ἀετῶν. Πτῶμα δὲ τὸ σῶμα ἔγραψεν ὁ modi aquilas congregantem. Quod autem hic ha-
ς. betur σῶμα corpus, Matthæus scripsit πτῶμα, hoc
est *cadaver.*

tth. XXIV, 40,

Variæ lectiones et notæ.

ἐπὶ τοὺς τῆς B. Corrigendum videtur, καὶ τῆς.

esychius et alii θειάφιον.

Ἀναχωρεῖν frequenter occurrit de monachis, eparant a commercio hominum. Comparari potest Herodian. p. 39, ἐν τοῖς ἀνακεχωρηκόσι τόποις.

(11) Versus 36, prætermissus est etiam ab Hentenio. Ergo nec is in suo Euthymii codice reperit.

CAP. LXI. *De judice iniquo.*

CAP. XLIII. Vers. 1. *Dicebat — orare.* Die videlicet et nocte, congruis et ordinatis temporibus.

Vers. 1. *Nec defatigari.* Non deficere orantes.

Vers. 2. *Dicens* — Vers. 4. *Aliquandiu.* Neque Deum timebat jubentem eos vindicare, qui injuria affecti sunt : neque hominem reverebatur, qui judicibus indignatur oppressos despicientibus.

Ἀπεκρίθη — ἐχορτάσθητε. Τὸ προσηνὲς καὶ ὁμαλὸν οὐ πανταχοῦ χρήσιμον, ἀλλ' ὅταν ὁ μαθητὴς παχὺς εἴη καὶ νωθὴς, τότε κέντρου χρεία τῷ διδασκάλῳ, καὶ λόγου πληκτικωτέρου πρὸς τὸ καθικέσθαι καὶ διεγεῖραι αὐτὸν, ὅπερ ὁ Ἰησοῦς ἐνταῦθα πεποίηκεν, ἅμα μὲν ἐπιπλήττων αὐτοῖς ὡς κόλαξιν, ἅμα δὲ καὶ τὴν γνώμην αὐτῶν ἀνακαλύπτων καὶ ἀμφοτέρωθεν αὐτοὺς διορθούμενος. Λέγει γὰρ, ὅτι

D Vers. 26. *Respondit — saturati estis*. Non expedit, ubique mansuetum esse ac lenem, sed cum discipulus crassus ac segnis fuerit, tunc præceptori opus est stimulo ac sermone objurgatorio ad tangendum et excitandum illum, quod hic fecit Jesus : simul quidem increpans eos tanquam assentatores, simul etiam mentem eorum detegens, et utrinque illos corrigens. Ait enim : Quæritis

[13] Matth. XIV, 27. [14] Ibid. 28.

Variæ lectiones et notæ.

(39) Ἰησοῦ, pro Κυρίου, A.

40) Οὖν abest A.

(*rr*) *Cæteris omnibus*. Et reliqua omnia secunda, (id est) inferiora censebant. Nec tamen omnes.

me, non quod signa vobis ostenderim, sed quod vos paverim ac saturaverim : non, ut visis signis credatis, sed ut cibos edentes saturemini, quod est mancipiorum ventris ac gulosorum. Leniter autem et parce illos arguit, nec in reprehensione instat, sed statim doctrinam adjungit.

Vers. 27. *Operemini — æternam.* Curam habete, non cibi corruptibilis, sed incorruptibilis ; non qui carnem pascat, sed animam nutriat : hic autem est fides, ut in progressu dicturus est. Operationem vero pereuntis cibi hoc in loco appellat eam, quæ necessaria non est sed superflua, sive permanentem et continuam sollicitudinem cibi sensibilis ; nam quæ necessaria est, non prohibetur. Ideo etiam permisit propriis operari manibus, verum etiam Paulus in multis Epistolarum locis non solum præcepit dicens : *Si quis non vult operari, is nec edat*[15].

Sicut ergo de Martha dicens Christus : *Martha, Martha, sollicita es ac tumultuaris circa multa, atqui unum est necessarium*[16], non prohibuit hospitalitatem, sed præposuit divinorum sermonum auditionem ; ita et nunc dicens : *Operemini non cibum qui perit, sed qui manet in vitam æternam*, non præcipit tantum operari cibum animæ, quanquam sit magis necessarius, sed admonuit corporalem cibum obiter curare, animæ vero toto studio. Operemini, inquit, toto animo, omni cura, continue : non jam hoc, jam illud, sed hoc amplius, illud vero minus.

Vers 27. *Quem — dabit.* Quem ego dabo vobis ad operandum, quem ipse demonstrabo acquirendum. Ne autem jactare se videatur, rursum ad Patrem recurrit, dicens :

Vert. 27. *Hunc — Deus.* Consignavit, sive in hoc apposuit (*ss*), ut hunc cibum daret vobis. Vel, demonstravit, suoque testimonio manifestavit. Nam et ostendere quoque dicitur signare[17] ac si videlicet (*tt*), suo testimonio signaverit verum esse Deum.

Vers. 28. *Dixerunt — Dei* ? Opera Dei vocant, quæ Deo accepta sunt. Interrogant autem, non ut ea operentur, sed ut etiam ipsi videantur discipuli, et ita ad cibi suppeditationem attrahant.

Vers. 29. *Respondit — ille.* Nam prius variis in locis docuit, quod ad Deo missus esset.

Vers. 30. *Dixerunt — operaris* ? Considera magnam dementiam : paulo ante cibo saturavit illos,

Ζητεῖτέ με, οὐχ ὡς σημεῖα δείξαντα ὑμῖν, ἀλλ' ὡς θρέψαντα καὶ χορτάσαντα ὑμᾶς· οὐχ ἵνα σημεῖα βλέποντες πιστεύητε, ἀλλ' ἵνα βρώματα ἐσθίοντες χορτάζησθε, ὅπερ ἐστὶ κοιλιοδούλων καὶ γαστριμάργων. Προσηνῶς δὲ καὶ μετὰ φειδοῦς ἐλέγχει, καὶ οὐχ ἵσταται μέχρι τῶν ἐλέγχων, ἀλλὰ καὶ διδασκαλίαν προστίθησιν.

Ἐργάζεσθε — αἰώνιον. Φροντίζετε μὴ τῆς βρώσεως τῆς φθειρομένης, ἀλλὰ τῆς ἀφθάρτου μὴ τῆς τρεφούσης τὴν σάρκα, ἀλλὰ τῆς τρεφούσης τὴν ψυχήν. Αὕτη δὲ ἐστιν ἡ πίστις, ὡς προϊὼν ἐρεῖ. Ἐργασίαν γὰρ νῦν λέγει οὐ τὴν ἀναγκαίαν, ἀλλὰ τὴν περιττήν, ἤτοι τὴν ἔμμονον καὶ διηνεκῆ φροντίδα τῆς βρώσεως τῆς αἰσθητῆς· ἡ ἀναγκαία γὰρ ἀκώλυτος. Διὸ καὶ ὁ Παῦλος πολλαχοῦ τῶν Ἐπιστολῶν, οὐ μόνον ἐπέτρεψεν ἐργάζεσθαι ταῖς ἰδίαις χερσὶν, ἀλλὰ καὶ διαῤῥήδην ἐνετείλατο, ὅτι Εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω.

Ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῆς Μάρθας εἰπὼν ὁ Χριστός· Μάρθα, Μάρθα, μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά· ἑνὸς δέ ἐστι χρεία· οὐκ ἐκώλυσε τὴν φιλοξενίαν, ἀλλὰ προετίμησε τὴν τῶν θείων λογίων ἀκρόασιν· οὕτω καὶ νῦν εἰπών· Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον· οὐκ ἐκώλυσε τὸ ἐργάζεσθαι τὴν βρῶσιν τῆς σαρκός· ἀναγκαία γάρ· ἀλλὰ προετίμησε τὸ ἐργάζεσθαι τὴν τῆς ψυχῆς· ἀναγκαιοτέρα γάρ· καὶ παρῄνεσεν ἔχειν πάρεργον μὲν τὴν σωματικὴν βρῶσιν, ἔργον δὲ τὴν ψυχικήν. Ἐργάζεσθε, φησὶν, ὁλοψύχως, παντοιοτρόπως, διηνεκῶς, μὴ τόδε, ἀλλὰ τόδε· μᾶλλον μὲν οὖν (41) τοῦτο, ἔλαττον δὲ ἐκεῖνο.

Ἣν — δώσει. Ἣν ἐγὼ δώσω ὑμῖν ἐργάζεσθαι, ἣν αὐτὸς ὑποδείξω κτᾶσθαι. Ἵνα δὲ μὴ δόξῃ κομπάζειν, ἐπὶ τὸν Πατέρα πάλιν ἀνατρέχει, λέγων·

Τοῦτον — Θεός. — Ἐσφράγισεν, ἤγουν προεχειρίσατο εἰς τοῦτο, εἰς τὸ διδόναι ταύτην ὑμῖν. Ἢ ἀπέδειξεν, ἐφανέρωσε διὰ τῆς ἑαυτοῦ μαρτυρίας. Σφραγίζειν γὰρ λέγεται καὶ τὸ ἀποδεικνύειν, ὡς τό· Ὁ λαβὼν αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν ἐσφράγισεν, ὅτι ὁ Θεὸς (42) ἀληθής ἐστι.

Εἶπον — Θεοῦ ; Ἔργα τοῦ Θεοῦ καλοῦσι τὴν εὐαρίστησιν τοῦ Θεοῦ. Ἐρωτῶσι δὲ, οὐχ ἵνα ἐργάσωνται αὐτὰ, ἀλλὰ κολακεύοντες ἵνα δόξωσι μαθηταὶ καὶ αὐτοὶ, καὶ οὕτως ἐπισπάσωνται (43) πρὸς χορηγίαν τροφῆς.

Ἀπεκρίθη — ἐκεῖνος. Προεδίδαξε γὰρ διαφόρως ὅτι παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀπέσταλται.

Εἶπον — ἐργάζῃ ; Ὅρα πολλὴν ἄνοιαν. Πρὸ βραχέος ἐχόρτασεν αὐτοὺς τροφῆς, καὶ τοῦ τοιούτου

[15] II Thess. III, 10. [16] Luc. X, 41. [17] Joan. III, 33.

Variæ lectiones et notæ

(41) Οὖν abest A.
(42) Ὁ Θεός abest A.
(43) Τὸν Χριστόν.

(*ss*) *Apposuit.* Imo, elegit, dedit ad hoc, ut.
(*tt*) *Ac si videlicet*, etc. Ut illud : qui ejus testimonium accepit, ostendit (confirmavit) Deum esse veracem.

τος αὐτίκα ἐπιλαθόμενοι σημεῖον ἐπιζητοῦ- A et protinus obliti tanti miraculi signum requirunt, εἶτα καὶ τὸ εἶδος λέγουσι τοῦ ἐπιζητουμένου ου.

πατέρες — φαγεῖν. Γέγραπται ἐν τῇ βίβλῳ ᾽αλμῶν· Πολλῶν δὲ σημείων γεγονότων ἐπὶ τατέρων αὐτῶν, τούτου μάλιστα μνημονεύουσι ἐν τῇ γαστρὸς τυραννίδα, νομίζοντες ἐρεθίζειν εἰς τὸ ποιῆσαι καὶ αὐτὸν τοιοῦτον σημεῖον, ἔμελλεν ἐμπλήσειν αὐτοὺς τροφῆς. Ἀλλ', ὦ ονες καὶ ἀχάριστοι! οὐ καὶ αὐτοὶ πρὸ μικροῦ ; καὶ ἰχθύας εἰς κόρον ἐφάγετε ἐν ἐρήμῳ

παρατήρει μοι κἀνταῦθα τὴν κολακείαν αὐ- ἀλλὰ καὶ πονηρίαν. Οὐκ εἶπον γὰρ οὔτε ὅτι Μωϋσῆς ἐποίησε τὸ σημεῖον, οἰόμενοι πλήξειν . εἰ τὸν Μωϋσέα τούτῳ συγκρινοῦσιν, οὔτε ὅτι B ; αὐτὸ πεποίηκεν, ἵνα μὴ δόξωσιν ἐξισοῦν αὐ- Θεῷ. Διὰ τοῦτο ἀπολύτως εἶπον· Οἱ πατέρες τὸ μάννα ἔφαγον (45) ἐν τῇ ἐρήμῳ. Τί οὖν ονομῶν τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐν κρίσει; Οὐκ ι τούτους, ἀλλ' ὁμαλῶς ἀποκρίνεται. Χρὴ γάρ, ὡς ηται, ποτὲ μὲν ἐλέγχειν, ποτὲ δὲ ἀνεξικακεῖν μικῶς.

ν — οὐρανοῦ. Ἐπεὶ ὑπελάμβανον τὸ μάννα εἶναι ἐκ τοῦ κυρίως οὐρανοῦ διὰ τὸ γεγράφθαι· ν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· διορθοῦται τὴν ἐσφαλμένην ψιν αὐτῶν. Οὐρανὸν γὰρ ἐκεῖ τὸν ἀέρα εἶπε ρηστικῶς ἡ Γραφή· ὡς καὶ ὅταν λέγῃ τὰ πε- τοῦ οὐρανοῦ· καὶ πάλιν, Καὶ ἐβρόντησεν ἐξ οῦ ὁ Κύριος.

ἶν οὖν, ὅτι Οὐ Μωϋσῆς δέδωκε τότε τῷ γένει C τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ κυρίως οὐρανοῦ (46)· ἀλλ' ὁ μου νῦν (47) δίδωσιν ὑμῖν τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ ς οὐρανοῦ. Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ οὐράνιος, οὕτω Υἱὸς οὐράνιος, καὶ κυρίως ἄρτος [ὡς (48) στηρί- καρδίαν ἀνθρώπου.

ἀληθινόν. Ἐκεῖνος γὰρ ὁ ἄρτος] τυπικὸς ἦν, πῶν, φησὶν, ἐμὲ τὸν αὐτοαλήθειαν (49) ὄντα. τερ γὰρ ἐκεῖνος ἄνωθεν καταβὰς ἔτρεφε καὶ ιε τοὺς μεταλαμβάνοντας, οὕτω κἀγώ. Ἀλλ' ; μὲν [ἐκ (50) τοῦ ἀέρος, ἐγὼ δὲ ἐκ τοῦ ὄντως οῦ. Κἀκεῖνος μὲν] ἔτρεφε καὶ ἐῤῥώννυε σώ- ἐγὼ δὲ ψυχάς. Προϊὼν δὲ λέγει καὶ τὴν κα- τέραν διαφορὰν τοῦ τε τυπικοῦ ἄρτου καὶ τοῦ ου.

γὰρ ἄρτος — κόσμῳ. Ὁ κυρίως ἄρτος τοῦ εἴτουν ὁ θεῖος ἄρτος ἐστὶν ὁ ἐκ τοῦ ὄντως D ου καταβὰς καὶ ζωὴν αἰώνιον διδοὺς τῷ κόσμῳ ιστεύοντι. Ἐκεῖνος γὰρ ζωὴν πρόσκαιρον ἐδί- καὶ οὐ τῷ κόσμῳ, ἀλλὰ μόνοις τοῖς Ἑβραίοις. δὲ αἰώνιον νόει μὴ τὴν ἁπλῶς ἣν ζήσουσι κοινῶς ; ἄνθρωποι, ἀλλὰ τὴν μακαρίαν, τὴν ἐν ἀπολαύσει ιεῖ.

et deinde genus etiam requisiti signi addunt.

Vers. 31. *Patres — ad edendum.* Scriptum est in libro Psalmorum [18]. Cum autem multa signa coram patribus ipsorum facta essent, hujus maxime meminerunt propter ventris tyrannidem, existimantes fore ut ipsum quoque ad simile signum faciendum irritarent, puta ut et se cibo satiaret. Sed, o obliviosi ac ingrati! nonne paulo ante panes et pisces ad satietatem in loco deserto edistis?

Simul quoque mihi hic observa et adulationem ipsorum et invidam malitiam. Neque enim dixerunt, quod Moses illud fecisset signum, ne hunc deprimere viderentur, si Mosem ei compararent: neque, quod Deus ipsum edidisset, ne hunc Deo æquarent; sed absolute dixerunt: *Patres nostri comederunt manna in deserto.* Quid ergo is, qui *disponit sermones suos in judicio* [19]? Non arguit eos, sed blande respondet. Oportet enim, ut prædictum est, interdum quidem arguere, interdum vero dispensative clementem esse.

Vers. 32. *Dixit — cœlo.* Quia putabant, manna esse panem ab eo quod proprie cœlum appellatur, eo quod scriptum esset: *Panem de cœlo dedit eis* [20]: corrigit erroneam eorum opinionem. Nam ibi Scriptura aerem improprie vocavit cœlum: quemadmodum etiam dicuntur volucres cœli. Et rursum: *Intonuit de cœlo Dominus* [21].

Ait ergo: Non Moses dedit tunc nationi vestræ panem qui proprie de cœlo sit, sed Pater meus nunc dat vobis panem ab eo quod proprie cœlum appellatur. Nam sicut Pater proprie dicitur cœlestis, ita et Filius cœlestis, et proprie panis, utpote cor hominis confirmans.

Vers. 32. *Eum qui verus est.* Siquidem ille panis figurativus erat, me, inquit, præfigurans qui sum ipsa Veritas. Quemadmodum enim ille desuper descendens, eos qui participabant, pascebat ac roborabat, ita et ego. Sed ille ab aere, ego autem a vero cœlo: ille quidem corpora pascebat ac roborabat, ego vero animas. In sequentibus autem ponit generaliorem differentiam inter figurativum panem, et eum qui verus est.

Vers. 33. *Panis enim — mundo.* Proprie panis Dei, sive divinus est, qui vere de cœlo descendit, et vitam æternam dat mundo credenti: cum ille vitam ad tempus daret, non mundo, sed solis Hebræis. Vitam autem æternam intellige, non simpliciter, qua vivent communiter omnes homines, sed beatam, quæ erit in continua requie (*uu*).

[18] Psal. LXXVII, 24. [19] Psal. CVI, 5. [20] Psal. LXXVII, 24, [21] Psal. XVII, 14.

Variæ lectiones et notæ.

) Ὁ abest A.
) Ἔφαγον τὸ μάννα A.
) Οὐρανοῦ κυρίως A.
) Οὖν pro νῦν, B.
(48) Inclusa omittit A.
(49) Τὸν αὐτὸν ἀλήθειαν A.
(50) Inclusa absunt A.

u) *Requie.* Sic hic. Infra ad vers. 39 reddidit ἀπόλαυσιν *fruitionem* nisi ἀνάπαυσιν legerit.

Vers. 34. *Dixerunt — ipsum.* Adhuc sensibilem A intelligentes hujusmodi panem præ ventris ingluvie hunc petebant, non semel, sed semper accipere.

Vers. 35. *Ait — vitæ.* Panis vivificans, et qui, ut dictum est, dat vitam æternam ; nam ea proprie dicitur vita, quæ æterna est ; quæ enim ad tempus durat, non vita est, sed vitæ imago. Panem autem vitæ suam vocat divinitatem : siquidem ipsa panis est, qui de cœlo descendit. Tandem vero etiam corpus suum vocat panem.

Vers. 35. *Qui — unquam.* Venit quispiam ad eum per fidem ; ipsa enim est via ad illum. Non esuriet, inquit, fame quæ ab infidelitate procedit, et non sitiet unquam siti, quæ ab incredulitate nascitur, sed gratia divina repletus, et ipse deinceps nullius indigebit, sed aliis potius necessaria subministra- B bit, docens ac erudiens illos.

Vers. 36. *Sed — credidistis.* Vidistis me, sive cognovistis quis ego sim, et a testimonio Joannis, et a signis quæ edidi, et a testimonio Scripturarum, quas vobis aperui, sed voluntarie malum operantes non creditis. Quando autem hoc illis dixit ? Verisimile quidem est hoc dictum esse, etsi scriptum non sit.

Vers. 37. *Omne — veniet.* Hoc sermone demonstrat, quod Pater adducit ei credentes : siquidem dicit et Paulus : *Per quem vocati estis in societatem Filii ejus* [22]. Ait ergo : *Omne illud ad me veniet quod dat mihi Pater*, hoc est, Omnis qui datus fuerit mihi a Patre, omnis qui deductus ab eo fuerit, hic veniet ad me, hic credet in me, et non C quilibet simpliciter. Inde autem confirmat, quod vult Pater ut credant in eum. Itaque, qui in eum non credit, adversatur Dei voluntati. Dat autem et Pater Filio, ducens eos ad fidem ejus ; et Filius Patri, adducens eos ad illum per fidem.

Verum, si venit is ad Filium, qui datur a Patre, culpa ergo carebit, qui non venit, utpote non datus a Patre. Sed Pater illos dat, in quibus præcedit bona voluntas : neque enim hæc per se facere potest, ut credant, absente Dei adminiculo, neque illud auxilium, nisi præsens sit et bona voluntas.

Vers. 37. *Et — foras.* Neque hic, a mea familiaritate, neque ibi, a regno cœlorum : eum, qui non utcunque, sed recto animo ad me venit. D

Vers. 38. *Quia — me. — Non ut faciam voluntatem* quæ mea est, sive propriam, neque enim habeo propriam, *sed voluntatem ejus qui misit me*, hoc est, communem, quæ et mea est et illius, quorum sicut est una divinitas, ita est et una voluntas. Descendit autem de cœlo secundum divinitatem.

[22] I Cor. I, 9.

Εἶπον — τοῦτον. Ἔτι αἰσθητὸν νομίζοντες τὸν τοιοῦτον ἄρτον (51), ὑπὸ λαιμαργίας ἐζήτησαν αὐτὸν, οὐχ ἅπασλαβεῖν, ἀλλὰ πάντοτε.

Εἶπε — ζωῆς. Ὁ ἄρτος ὁ ζωηρὸς, ὁ ζωὴν αἰώνιον διδοὺς, ὡς εἴρηται. Ζωὴ γὰρ κυρίως ἡ αἰώνιος· ἡ γὰρ πρόσκαιρος οὐ κυρίως ζωὴ, ἀλλ' εἰκὼν ζωῆς. Ἄρτον δὲ (52) ζωῆς τὴν θεότητα ἑαυτοῦ λέγει νῦν· αὕτη γὰρ ἄρτος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. Πρὸς τῷ τέλει δὲ καὶ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἄρτον καλεῖ.

Ὁ — πώποτε. Ἔρχεταί τις πρὸς αὐτὸν διὰ τῆς πίστεως· αὕτη γὰρ ἡ (53) ὁδὸς πρὸς αὐτόν. Οὐ μὴ πεινάσῃ, φησὶ, τὴν ἀπὸ τῆς ἀπιστίας πεῖναν· καὶ οὐ μὴ διψήσῃ πώποτε τὴν ἀπὸ τῆς ἀπιστίας δίψαν· ἀλλὰ πλησθεὶς τῆς θείας χάριτος αὐτός τε ἀπροσδεὴς ἔσται λοιπὸν, καὶ ἑτέροις μᾶλλον ἐπαρκέσει, διδάσκων καὶ κατηχῶν αὐτούς.

Ἀλλ' — πιστεύετε. Ἑωράκατέ με, ἤγουν ἐγνώκατε τίς εἰμι ἀπό τε τῆς μαρτυρίας Ἰωάννου, ἀπό τε τῶν σημείων ὧν ἐποίησα, καὶ ἀπὸ τῆς μαρτυρίας τῶν Γραφῶν, ἃς ὑμῖν ἀνέπτυξα· ἀλλ' ἐθελοκακοῦντες οὐ πιστεύετε. Πότε δὲ τοῦτο εἶπεν αὐτοῖς ; Εἰκὸς τοῦτο ῥηθῆναι μὲν, μὴ γραφῆναι δέ.

Πᾶν — ἥξει. Τοῦτο παρίστησιν ὁ λόγος, ὅτι ὁ Πατὴρ προσάγει αὐτῷ τοὺς πιστεύοντας. Φησὶ γὰρ καὶ Παῦλος· Δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. Λέγει τοίνυν, ὅτι Πᾶν ἐκεῖνο πρὸς ἐμὲ ἥξει, ὃ δίδωσί μοι ὁ Πατὴρ, τουτέστι, πᾶς ὃς δοθῇ μοι παρὰ τοῦ Θεοῦ (54), ὃς ὁδηγηθῇ παρ' αὐτοῦ (55), οὗτος ἥξει πρός με, οὗτος πιστεύσει μοι, καὶ οὐχ ἁπλῶς ὁ τυχών. Ἐντεῦθεν δὲ κατασκευάζει ὅτι θέλει ὁ Πατὴρ ἵνα πιστεύσωσιν εἰς αὐτὸν, καὶ λοιπὸν ὁ μὴ πιστεύων εἰς αὐτὸν ἐναντιοῦται τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ. Δίδωσι δὲ καὶ ὁ Πατὴρ τῷ Υἱῷ, ὁδηγῶν αὐτοὺς εἰς τὴν πίστιν αὐτοῦ· καὶ ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, προσάγων αὐτοὺς αὐτῷ διὰ τῆς πίστεως.

Ἀλλ' εἰ ἐκεῖνος ἔρχεται πρὸς τὸν Υἱὸν, ὁ δοθεὶς παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἀναίτιος ἄρα ὁ μὴ ἐλθὼν, ὡς μὴ δοθεὶς παρὰ τοῦ Πατρός· ἀλλ' ὁ Πατὴρ ἐκείνους δίδωσιν ὧν ἡ προαίρεσις ἀγαθή. Οὔτε γὰρ αὐτὴ δύναται ποιῆσαι πιστὸν, ἀπούσης τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ χειραγωγίας· οὔτε μὴν ἐκείνη συνεργεῖ, μὴ παρούσης ἀγαθῆς προαιρέσεως.

Καὶ — ἔξω. Οὔτ' ἐνταῦθα, ἔξω τῆς ἐμῆς οἰκειώσεως, οὔτε ἐκεῖ, ἔξω τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Τὸν ἐρχόμενον δὲ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὀρθῶς.

Ὅτι — με. — Οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἤτοι τὸ ἴδιον· οὐδὲ γὰρ (56) ἔχω ἴδιον· ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, τουτέστι τὸ κοινὸν ἐκείνου τε καὶ ἐμοῦ, ὧν ὡς μία θεότης, οὕτω καὶ ἓν θέλημα. Καταβέβηκε δὲ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τῇ θεότητι.

Variæ lectiones et notæ.

(51) Τοῦτον τὸν ἄρτον A.
(52) Δέ omittit A.
(53) Ἡ abest A.
(54) Πατρὸς, pro Θεοῦ A.
(55) Παρὰ τοῦ Πατρός A.
(56) Ἐγὼ addit A.

Τοῦτο — ἡμέρᾳ. Καὶ μὴν πάντας ἀναστήσει τότε, καὶ τοὺς σωθέντας καὶ τοὺς ἀπολωλότας, καὶ τοὺς πιστοὺς καὶ τοὺς ἀπίστους· ἀλλ' ἀνάστασιν ἐνταῦθα λέγει τὴν ἐπὶ ἀπολαύσει, οὐ τὴν ἐπὶ κολάσει. Ἀφ' ὧν δέ φησιν, δείκνυσιν ὅτι κοινὸν θέλημα καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ σωθῆναι πάντας. Διὰ τοῦτο γὰρ ὁ μὲν ἀπέστειλεν, ὁ δὲ παρεγένετο· καὶ ὁ μὲν δίδωσι τοὺς πιστεύοντας, ὁ δὲ παραλαμβάνων σώζει. A

Vers. 39. *Hæc — die.* Atqui omnes tunc resuscitabit, et qui salvi erunt, et qui peribunt, tam fideles quam infideles. Sed resurrectionem hoc in loco appellant eam, quæ erit ad requiem, non quæ ad supplicium. Et ex his ostendit, communem esse Patris et Filii voluntatem ut omnes salvi fiant; ob id namque et ille misit, et hic advenit; ille dat credentes, et hic servat acceptos.

[Ἵνα (57) μὴ ἀπολέσω, τουτέστιν, ἵνα μὴ ἐξ ἐμῆς αἰτίας ἀπόληταί τις. Καὶ ἀνωτέρω γὰρ εἶπεν, ὅτι Τὸν ἐρχόμενον πρός με οὐ μὴ ἐκβάλω ἔξω. Λοιπὸν οὖν, εἴ τις ἂν ἑκουσίως ἐξέλθῃ καὶ ἑκουσίως ἀπόληται, παρὰ τὴν ἑαυτοῦ αἰτίαν τοῦτο πάσχει. Οὐδένα γὰρ ὁ Θεὸς πρὸς ἀνάγκην ἕλκει.]

†† Ne perdam, hoc est, ne mea culpa aliquis pereat. Nam et superius dixit: *Venientem ad me non expellam foras.* Relinquitur ergo ut si quis voluntarie exeat et voluntarie pereat, sua culpa hoc patiatur. Neminem enim Deus vi trahit.

Τοῦτο — ἡμέρᾳ. Τὸν αὐτὸν λόγον σαφηνίζει, συνεχέστερον αὐτὸν ἐνηχῶν ἵνα μὴ εὐαπόβλητος γένηται, καὶ ἵνα βεβαιότερον μάθωσιν ὅτι ἀνάστασίς ἐστι, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως ἀμοιβὴ, καὶ τῶν ἐνταῦθα πνευματικῶν ἀγώνων ἀνταπόδοσις, καὶ εἰ μὴ κατὰ τὸν παρόντα βίον ἀπολαύσουσιν, ἀλλά γε κατὰ τὸν μέλλοντα. Πᾶς δὲ ὁ θεωρῶν τὸν Υἱὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς ψυχῆς, ὅ ἐστιν, ὁ πιστεύων εἰς αὐτόν. B

Vers. 40. *Hæc — die.* Eumdem declarat sermonem, frequentius eum inducens, ne facile rejiciatur, et ut firmius discant futuram esse resurrectionem ac fidei, quæ in ipsum est, repensionem, spiritualiumque certaminum, quæ hic tolerantur retributionem, qua si non sunt fruituri in præsenti vita, at saltem in futura. Omnis autem qui videt Filium, oculis videlicet fidei, hoc est, qui credit in eum.

Ἐγόγγυζον — καταβέβηκα; Ὅτε μὲν ἄρτον ἔδωκεν αὐτοῖς καὶ τὴν γαστέρα ἐνέπλησε, καὶ προφήτην ἔλεγον εἶναι, καὶ βασιλέα ποιῆσαι ἤθελον· ὅτε δὲ περὶ τοῦ οὐρανίου ἄρτου καὶ (58) πνευματικῆς τροφῆς καὶ ζωῆς αἰωνίου διελέγετο, ἐταράσσοντο καὶ ἐξηντέλιζον τὸ γένος αὐτοῦ, Ἵλιν Θεὸς ἡ κοιλία (59) καλῶς εἶπε Παῦλος. Καὶ προσεποιοῦντο μὲν ἀγαναχτεῖν, διότι εἶπεν, ὅτι Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκα· τὸ δὲ ἀληθὲς ἠγανάκτουν, διότι οὐκ ἔθρεψε πάλιν αὐτοὺς, ὡς προσεδόκων. Εἰ γὰρ δι' ἐκεῖνο ἐγόγγυζον, ἠρώτησαν ἄν, πῶς ἄρτος ἐστὶ, πῶς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκεν; C

Vers. 41. *Murmurabant* — Vers. 42. *descendi?* Quando panem dedit eis implevitque ventrem, et prophetam esse dicebant, et regem creare volebant: ubi vero de cœlesti pane et spirituali cibo, vitaque æterna disseruit, turbabantur ac genus ipsius attenuabant, de quibus bene dixit Paulus; *Quorum Deus venter est*[23]. Nam fingebant se indignari, quod dixisset: *De cœlo descendi*, cum verius indignarentur, quod rursum eos non pavisset, sicut speraverant. Si enim ob illud indignati fuissent, interrogassent utique, quomodo panis esset, quomodo de cœlo descendisset?

Ὁ δὲ Χριστὸς οὐκ εἶπεν, ὅτι Οὐκ εἰμὶ υἱὸς Ἰωσὴφ, οὐδὲ ἐδίδαξέ τι περὶ τοῦ γένους αὐτοῦ, γινώσκων αὐτοὺς οὔπω δυναμένους ἀκοῦσαι τὸν θαυμαστὸν τόκον αὐτοῦ, καὶ πολλῷ μᾶλλον τὴν προαιώνιον αὐτοῦ γέννησιν. Οἰκονομικῶς οὖν παρίδραμε τὸν περὶ τούτου λόγον, ἵνα μὴ ἕτερον σκάνδαλον ἀνοιρῶν ἕτερον ἐμβάλῃ.

Christus autem non dixit: Non sum filius Joseph, neque quidquam de genere suo docuit, sciens, quod illi nondum audire poterant admirandum sui partum, et multo minus æternam sui generationem ac nativitatem; ideo dispensatorie de his rebus sermonem prætermisit, ne uno offendiculo sublato aliud excitaret.

Ἀπεκρίθη — αὐτόν. Ἔλεγεν πρὸς ἑαυτὸν φησιν οὐ τὴν ἁπλῶς· ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ καὶ ἄλλοι πολλοὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτόν· ἀλλὰ τὴν ἐκ πίστεως. Ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· Εἰκότως οὐ πιστεύετέ μοι, οὐ γὰρ εἰλκύσθητε παρὰ τοῦ Πατρὸς, ὡς ἀνάξιοι. Οὐδεὶς γὰρ δύναται ἐλθεῖν πρός ἐμὲ, ἤτοι πιστεῦσαι εἰς ἐμὲ, ἐὰν μὴ ὁ Πατὴρ ὁ πέμψας με ἑλκύσῃ αὐτόν. Εἴρηκε γὰρ καὶ ἀνωτέρω, ὅτι Πᾶν, ὃ δίδωσί μοι ὁ Πατὴρ, πρός ἐμὲ ἥξει· καὶ ἀνάγνωθι τοῦ τοιούτου ῥητοῦ τὴν ἐξήγησιν συμβαλλομένην εἰς τὸ προκείμενον. D

Vers. 43. *Respondit* — Vers. 44. *eum.* Accessum ad se dicit, non qualemcunque, siquidem et illi, et multi alii ad ipsum veniebant: sed eum, qui ex fide est. Quod autem dicit, hoc est: Merito non creditis mihi, neque enim attracti estis a Patre, utpote indigni: *Nemo enim potest venire ad me,* sive credere in me, *nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.* Nam et superius dixit: *Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet*[24]: et illius dicti lege enarrationem, cum etiam ad propositum verbum conferat.

[23] Philippe. III, 19. [24] Joan. VI, 37.

Variæ lectiones et notæ.

(57) Inclusa codex uterque in margine exhibet. Bentenius non habet.

(58) Τῆς addendum, aut τοῦ paulo ante omittendum.

(59) Forte, ὡς καλῶς, aut, ὧν Θεὸν τὴν κοιλίαν.

Vers. 44. *Et — die.* Eum videlicet, qui ad me venerit, vel in me crediderit. Rursum ergo repetens (*vv*): *Et ego resuscitabo eum*, propriam demonstrat dignitatem, et per talium sermonum frequentiam carpit illorum insensibilitatem.

Vers. 45. *Scriptum est — Deo.* Addidit hoc confirmans, quod Pater illos attrahat, qui ad se veniunt. *Omnes*, inquit, puta ad eum venientes et in eum credentes ac volentes; siquidem nullum attrahit nolentem.

Vers. 45. *Omnis — me.* Qui audivit intellectuali modo. Ne enim suspicarentur, ipsi rudes et crassi, quod sensuali modo audiat quisquam a Patre, videns eum humano modo, ait :

Vers. 46. *Non — viderit.* Ut sensibiliter ab eo audire possit : *Deum enim nemo vidit unquam* [25]:

Vers. 46. *Nisi — Deo.* Nisi is qui natus est a Deo. Hoc enim nunc significat, esse a Deo. Et quare id non posuit manifestius? Propter illorum insensibilitatem ; si enim cum dixisset, *De cœlo descendi*, offendiculum passi sunt, qui luam illis accidisset, si id etiam planius dixisset?

Vers. 46. *Hic vidit Patrem.* Utpote ejusdem naturæ, substantiæ, et scientiæ, et qui est in sinu patris. Atqui etiam Spiritus sanctus videt eum, tanquam et ipse ejusdem naturæ, substantiæ et scientiæ, et qui est in Patre ; sed nondum tempus erat ut de Spiritu sancto doceret : nam qui de filio adhuc non crediderant, nequaquam de Spiritu sancto credidissent.

Καὶ — ἡμέρᾳ. Τὸν ἐλθόντα δηλαδὴ πρὸς ἐμε, εἴτουν τὸν πιστεύσαντα εἰς ἐμέ. Πάλιν οὖν τὸ, Καὶ ἐλὼ ἀναστήσω αὐτόν. Παραδεικνύει γὰρ τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα, καὶ τῇ συνεχείᾳ τῶν τοιούτων λογων καθικνεῖται τῆς ἀναισθησίας αὐτῶν.

Ἔστι γεγραμμένον — Θεοῦ. Τοῦτο τέθεικε βεβαιῶν ὅτι ὁ Πατὴρ ἑλκύει τοὺς ἐρχομένους πρὸς αὐτόν. Πῶτις δὲ οἱ ἐρχόμενοι δηλονότι πρὸς αὐτὸν, οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτὸν ἢ οἱ βουλόμενοι · [οὐδένα γὰρ (60) μὴ βουλόμενον] ἑλκύει.

Πᾶς — με · Ὁ ἀκούων νοερῶς περὶ ἐμοῦ. Ἵνα γὰρ μὴ ὑπολάβωσι, παχεῖς ὄντες, ὅτι αἰσθητῶς ἀκούει τις παρὰ τοῦ Πατρὸς, ὁρῶν αὐτον ἀνθρωποπρεπῶς φησίν ·

Οὐκ — ἑώρακεν. Ἵνα καὶ αἰσθητῶς ἀκούῃ παρ' αὐτοῦ · Θεὸν γὰρ οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε.

Εἰ μὴ — Θεοῦ Εἰ μὴ ὁ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ Θεοῦ. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ νῦν τὸ Ὁ (61) ὢν παρὰ τοῦ Θεοῦ. Καὶ διατί μὴ τρανότερον αὐτὸ τέθεικε ; Διὰ τὴν ἐκείνων ἀσθένειαν. Εἰ γὰρ εἰπόντος, ὅτι Καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἐσκανδαλίσθησαν, τί οὐκ ἂν ἐποίησαν, εἰ καὶ τοῦτο φανερῶς εἶπεν ;

Αὐτὸς ἑώρακε τὸν Πατέρα. Ὡς τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ φύσεως καὶ γνώσεως, καὶ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρός. Καὶ μὴν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁρᾷ αὐτὸν ὡς καὶ αὐτὸ τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ φύσεως καὶ γνώσεως, καὶ ὢν (62) ἐν τῷ Πατρί. Ἀλλ' οὔπω καιρὸς ἦν διδάσκειν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. [Οἱ γὰρ (63) μήπω περὶ τοῦ Υἱοῦ πιστεύσαντες οὐκ ἂν ἐπίστευσαν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ·]

Vers. 47. *Amen — æternam.* Hoc etiam superius dixit cum ait: *Ut omnis qui videt Filium, et credit in eum habeat vitam æternam* [26].

Vers. 48. *Ego. — vitæ.* Præterea et hoc in superioribus dixit. Est autem panis vitæ, tanquam doctrina nutriens animas, vitamque conservans, et hanc æternam. Paulatim autem hos adducit, ac leniter, quæ ad divinitatem suam spectant, aperit.

Vers. 49. *Patres — mortui sunt.* Quia in superioribus dixerant: *Patres nostri manna comederunt in deserto* [27], nunc comparationem facit inter illud manna et hunc panem, qui videlicet de cœlo descendit, et est panis vitæ.

Vers. 50. *Hic — moriatur.* Qui de cœlo descendit ut nutriat, ac immortales reddat. Deinde sermonem explanat, et docet quis sit panis quem dicit.

Ἀμὴν — αἰώνιον. Καὶ ἀνωτέρω εἴτε τοῦτο, λέγων. Ἵνα πᾶς ὁ θεωρῶν τὸν Υἱὸν καὶ πιστεύων εἰς αὐτὸν, ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.

Ἐγὼ — ζωῆς. Ἔτι ἀνωτέρω εἶπε καὶ τοῦτο. Ἄρτος δέ ἐστι τῆς ζωῆς, ὡς τρέφων τῇ διδασκαλίᾳ τὰς ψυχὰς, καὶ συγκρατῶν τὴν ζωὴν, καὶ ταύτην καὶ τὴν αἰώνιον. Κατὰ μικρὸν δὲ ἀνάγει τούτους, καὶ ὁμαλῶς ἀποκλίνει τὰ περὶ τῆς ἑαυτοῦ θεότητος.

Οἱ πατέρες — ἀπέθανον. Ἐπεὶ προλαβόντες εἶπον αὐτῷ, ὅτι Οἱ πατέρες ἡμῶν τὸ μάννα ἔφαγον ἐν τῇ ἐρήμῳ · ποιεῖται νῦν σύγκρισιν ἐκείνου τε τοῦ μάννα καὶ τούτου τοῦ ἄρτου τοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάντος, ἤτοι τοῦ ἄρτου τῆς ζωῆς.

Οὗτός — ἀποθάνῃ. Ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβαίνων ἕνεκεν τοῦ θρέψαι καὶ ἀθανατίσαι. Εἶτα περινίζει τὸν λόγον, καὶ διδάσκει τίς ἐστιν ὁ ἄρτος ὃν λέγει.

Vers. 51. *Ego — vitæ.* Semper vivens ac vitam præbens.

Vers. 51. *Qui — descendit.* Quoad divinitatem.

Ἐγὼ — ὁ ζῶν. Ὁ ζῶν ἀεὶ καὶ ζωὴν παρέχων.

Ὁ — καταβάς. Τῇ θεότητι. Καὶ ἀνωτέρω δὲ

[25] Joan. I, 18. [26] Joan. VI, 40 [27] ibid. 31.

Variæ lectiones et notæ.

(60) Inclusa absunt A.
(61) Ὁ omittit A.
(62) Ὃν, pro ὢν, B.
(63) Inclusa absunt A.

(*vv*) *Repetens.* Hoc de suo videtur addidisse interpres.

ταῦτα περὶ ἑαυτοῦ διαφόρως εἶπε, τῇ συνεχείᾳ διεγείρων αὐτοὺς εἰς τὸ ἐρωτῆσαι πῶς ἄρτος ἐστὶ ζωηρός, καὶ πῶς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατεβέβηκεν· ἀλλ' ἐκεῖνοι πρὸς μόνην ὁρῶντες τὴν ἀπόλαυσιν τῆς γαστρός, πάντα τἄλλα περιττὰ ἐνόμιζον, ὡς προειρήκαμεν.

Ἐάν — αἰῶνα. Ἐάν τις μεταστῇ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ. Ἐσθίει γὰρ ἐξ αὐτοῦ ὁ μεταλαμβάνων ταύτης· βρῶσις γὰρ καὶ αὕτη, τρέφουσα τὴν ψυχήν. Ζήσεται δὲ εἰς τὸν αἰῶνα, εἴτουν ἀεί, ὡς μηδέποτε ἀποθνήσκων τὸν ψυχικὸν θάνατον. Ψυχικὸς δὲ θάνατος ὁ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ χωρισμός· ὥσπερ καὶ σωματικὸς θάνατος ὁ ἀπὸ τῆς ψυχῆς χωρισμός. Ζωοῖ γὰρ τὸ σῶμα μὲν ἡ ψυχή· τὴν ψυχὴν δὲ ὁ Θεός.

Καὶ μὴν πολλοὶ μετέλαβον τῆς διδασκαλίας τοῦ Χριστοῦ καὶ (64) ἀπώλοντο. ἀλλὰ κακῶς ἐχρήσαντο τῇ μεταλήψει· νῦν δὲ περὶ τῶν καλῶς αὐτῇ (65) χρωμένων ὁ λόγος, οὐ περὶ τῶν διαφθειρόντων αὐτὴν ἐπιμιξίᾳ δογμάτων πονηρῶν ἢ φαυλότητι πολιτείας. Ἔδειξεν οὖν ὅτι κρείττονα ἄρτον τούτοις δίδωσι παρὰ τὸ μάννα ὃ ἔφαγον οἱ πατέρες αὐτῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ οἱ φαγόντες ἀπέθανον. ἐκ τούτου δὲ οἱ τρώγοντες ζήσονται εἰς τὸν αἰῶνα.

Καὶ — ἐστί· Κατὰ δύο τρόπους ἄρτος ἐστὶν ὁ Χριστός, κατά τε τὴν θεότητα καὶ κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Διδάξας οὖν περὶ τοῦ κατὰ τὴν θεότητα, νῦν διδάσκει καὶ περὶ τοῦ κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα.

Οὐκ εἶπε δέ, ὅτι Ὃν δίδωμι, ἀλλ', ὅτι Ὃν δώσω. Ἔμελλε γὰρ αὐτὸν δώσειν ἐν τῷ τελευταίῳ δείπνῳ, ὅτε λαβὼν τὸν ἄρτον καὶ εὐχαριστήσας (66) ἔκλασε καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς καὶ εἶπε· Λάβετε, φάγετε· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου.

Ζήτησον οὖν τὸ ἑξηκοστὸν τέταρτον κεφάλαιον τοῦ κατὰ Ματθαῖον, καὶ (67) ἔνθα κεῖται τὸ Εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ἀνάγνωθι τὴν ἐξήγησιν ὅλην, καὶ εὑρήσεις πῶς ἐστι τὸ σῶμα αὐτοῦ ἄρτος.

Ἣν — ζωῆς. Δώσω, εἰς θάνατον. Ἐνταῦθα γὰρ τὴν σταύρωσιν αὐτοῦ προσημαίνει. Τὸ δὲ, Ἣν ἐγὼ δώσω, τὸ ἑκούσιον ἐμφαίνει τοῦ τοιούτου πάθους.

Ἐμάχοντο — φαγεῖν; Ἐταράττοντο μὴ δυνάμενοι πιστεύειν τῷ λόγῳ διὰ τὸ δοκεῖν ἀδύνατον. Πάντα γὰρ κατὰ φύσιν ἐξετάζοντες, οὐδὲν ὑπερφυὲς παρεδέχοντο (68).

Εἶπεν — ἑαυτοῖς. Ἐκεῖνοι μὲν ἀδύνατον τοῦτο ὑπελάμβανον· αὐτὸς δὲ δείκνυσιν αὐτὸ καὶ σφόδρα δυνατὸν (69)· καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖον, ὅπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Νικοδήμου πεποίηκε. Προσ-

Superius quoque idem de seipso variis in locis dixit, iteratione excitans eos, ut interrogarent, quomodo esset panis vivus seu vivificans, et quonam modo de cœlo descendisset. Verum illi solam ventris curam spectantes, cætera omnia superflua ducebant, quemadmodum prædiximus.

Vers. 51. *Si — æternum.* Si quis doctrinæ illius particeps fuerit. Nam qui eam participat, ex eo comedit : siquidem et ipsa cibus est animam nutriens. *Vivet in æternum*, sive semper, utpote nunquam moriturus morte animæ ; mors autem animæ est separatio a Deo, quemadmodum etiam mors corporis est ipsius ab anima separatio. Nam ipsa anima corpus vivificat, animam vero Deus.

Atqui plures perierunt, qui doctrinæ Christi fuerunt participes, sed illi tali participatione male usi sunt ; nunc autem de his est sermo, qui ea bene usi sunt, non de illis qui eam pravorum commistione dogmatum, aut conversationis pravitate corruperunt. Ostendit ergo, quod præstantiorem illis cibum tribuat, quam fuerit manna, quod comederunt patres eorum in deserto : illi siquidem, postquam comederunt, mortui sunt, qui vero ex hoc edunt, vivent in æternum.

Vers. 51. *Et — est.* Duobus modis Christus dicitur esse panis, secundum divinitatem videlicet et humanitatem. Postquam ergo docuit de modo qui secundum divinitatem est, nunc etiam docet de modo qui est secundum humanitatem.

Non autem dixit : Quem do, sed *quem dabo* datus namque erat in ultima cœna, quando sumptum panem actis gratiis fregit, deditque discipulis, et ait: *Accipite comedite ; hoc est corpus meum*[28].

Quære ergo sexagesimum quartum caput Evangelii secundum Matthæum ; et ubi positum est, *in remissionem peccatorum* [29], lege totam enarrationem, ac invenies quomodo corpus ejus sit panis.

Vers. 51. *Quam — vita.* Dabo in mortem. Hic enim crucifixionem suam præsignat. Dicens autem: *Quam ego dabo*, ultroneam fuisse significat hujusmodi passionem.

Vers. 52. *Decertabant — ad comedendum ?* Turbabantur, non potentes sermoni credere, quod hoc impossibile videretur. Nam cum omnia secundum naturam inquirerent, nihil quod supra naturam erat, admittebant.

Vers. 53. *Dixit — vobis.* Illi quidem hoc impossibile judicabant, ipse vero omnino possibile ostendit ; neque id tantum, sed etiam necessarium : quod etiam fecit ad Nicodemum. Addit autem : *Et de*

[28] Matth. xxvi, 26.. [29] ibid. 28.

Variæ lectiones et notæ.

(64) Πολλοὶ μὲν ἔλαβον A.
(65) Forte χρησαμένων, ut antea, et mox διαφθειράντων.
(66) Etenim εὐχαριστήσας illo in loco, non εὐλογήσας habent codd. Euthym. et alii permulti.
(67) Καὶ abest A.
(68) Ὑπερφυῶς παραδέχονται A.
(69) Σφόδρα ἀδύνατον B.

sanguine, **significans de pane ac poculo, quæ, ut dictum est, daturus erat discipulis in ultima cœna. Rursus autem vitam dicit æternam sive beatam.**

Vers. 54. *Qui — æternam.* Continue in sermone de sacramentis immoratur, rei necessitatem ostendens, puta quod hoc omnino fieri oporteat.

Vers. 54. *Et — die.* Crebro sermonem de vita et resurrectione repetit, cupiens eum menti auditorum imprimi. Quæ ergo variis in locis præmisimus, ea nunc in summam colligenda sunt. Ex quo omnes homines resuscitandi sunt, omnesque perpetuo victuri, intelligere convenit resurrectionem justorum quidem, eam quæ erit in fruitione; peccatorum vero, quæ in supplicio. Rursum vitam æternam justorum, eam quæ erit in requie : peccatorum autem, quæ in tormentis.

Vers. 55. *Caro enim — potus. — Verus est cibus*, sive aptissimus, utpote animam, quæ propriissima hominis pars est, nutriens : et similiter de sanguine. Aut hoc dixit confirmans quod non ænigmatice, neque parabolice lequeretur.

Vers. 56. *Qui — illo. — In me manet*, unitur mihi per transsumptionem(*xx*)et communicationem meæ carnis meique sanguinis, et unum corpus mecum efficitur, ac particeps vitæ quæ in me est; quod si ille in me est, utique et ego in illo.

Vers. 57. *Sicut — Patrem.* Sicut, qui semper vivit Pater, misit me, ita et ego immutabiliter vivo, eo quod a vivente Patre natus sum.

† In cognitionem nos inducit, quod principium habeat, et non sit absque principio sicut Pater. Aut etiam alio modo *propter Patrem*, id est : Quia Pater vivit ; nisi enim ille viveret, neque ego viverem. Quia vero ille vivit et ego vivo. Et nisi ille haberet, quæcunque habet, neque ego haberem, quæcunque habeo. Siquidem nobis omnia sunt eadem, exceptis personalibus proprietatibus.

Vers. 57. *Et — me.* Quemadmodum ego vivo, quia natus sum a vivente Patre, ita et qui edit me, ipse quoque vivet, eo quod me qui vita sum, ederit, vitamque participaverit.

Vers. 58. *Hic — qui descendit.* Hic, puta, qui vitam præstat sempiternam.

Vers. 58. *Non — mortui sunt.* Non mortui sunt, qui illum ederunt, videlicet. *Sicut patres vestri comederunt manna et mortui sunt*; verum sicut hi, qui manna illud comederunt, carne moriuntur, ita et qui panem hunc edunt, carne moriuntur. Sed hi soli, cum in spe vitæ æternæ moriuntur, non videntur mori, sed obdormire.

A τίθησι δὲ Καὶ περὶ τοῦ αἵματος, σημαίνων (70) περὶ τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ ποτηρίου ἃ ἔμελλεν, ὡς εἴρηται, δοῦναι τοῖς μαθηταῖς ἐν τῷ τελευταίῳ δείπνῳ. Ζωὴν δὲ πάλιν λέγει τὴν αἰώνιον, ἤτοι τὴν μακαρίαν.

Ὁ — αἰώνιον. Συνεχῶς στρέφει τὸν περὶ τῶν μυστηρίων λόγον, δεικνὺς τὸ ἀναγκαῖον τοῦ πράγματος, ὅτι πάντως γενέσθαι τοῦτο χρή.

Καὶ — ἡμέρα. Πυκνῶς ἐλίττει (71) καὶ τὸν περὶ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀναστάσεως λόγον, βουλόμενος αὐτὸν ἐντυπῶσαι τῇ διανοίᾳ τῶν ἀκουόντων. Ἃ δὲ διαφόρως προεστειλάμεθα, ταῦτα νῦν συλλήβδην ἀνακεφαλαιωτέον· ὅτι, ἐπεὶ πάντες ἄνθρωποι ἀναστήσονται, καὶ πάντες ζήσονται αἰωνίως, προσήκει νοεῖν ἀνάστασιν, ἐπὶ τῶν δικαίων μὲν τὴν ἐπὶ ἀπολαύσει, B ἐπὶ τῶν ἁμαρτωλῶν δὲ τὴν ἐπὶ κολάσει· καὶ αὖ ζωὴν μὲν αἰώνιον ἐπὶ τῶν δικαίων τὴν ἐν ἀπολαύσει, ἐπὶ δὲ τῶν ἁμαρτωλῶν τὴν ἐν κολάσει.

Ἡ γὰρ σὰρξ — πόσις. — Ἀληθής (72) ἐστι βρῶσις, ἤτοι κυριωτάτη, ὡς τὸ κυριώτατον μέρος τοῦ ἀνθρώπου τρέφουσα τὴν ψυχήν· καὶ τὸ αἷμα δὲ ὁμοίως. Ἢ ταῦτα εἶπε βεβαιῶν ὅτι οὐκ αἰνιγμα λέγει οὐδὲ παραβολήν.

Ὁ — αὐτῷ. — Ἐν ἐμοὶ μένει, ἑνοῦταί μοι διὰ τῆς μεταλήψεως καὶ κοινωνίας τῆς ἐμῆς σαρκὸς καὶ τοῦ ἐμοῦ αἵματος, καὶ σύσσωμός μοι γίνεται καὶ μέτοχος τῆς ἐν ἐμοὶ ζωῆς· εἰ δ' ἐκεῖνος ἐν ἐμοί, πάντως κἀγὼ ἐν αὐτῷ.

Καθὼς — Πατέρα· Καθὼς ζῶν ἀπέστειλέ με ὁ (73) ζῶν Πατήρ, οὕτω κἀγὼ ζῶ ἀπαραλλάκτως διὰ τὸ γεC νηθῆναι ἐκ ζῶντος Πατρός.

[Γνῶσιν (74) ἡμῖν (75) εἰσάγει τοῦ ἔχειν ἀρχήν, καὶ μὴ εἶναι ἄναρχος ὥσπερ ὁ Πατήρ. Ἢ καὶ ἑτέρως. Διὰ τὸ ζῆν τὸν Πατέρα (76). Εἰ μὴ γὰρ ἐκεῖνος ἔζη, οὐδὲ ἐγὼ ἔζων· ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος ζῇ, ζῶ κἀγώ. Καὶ εἰ μὴ ἐκεῖνος εἶχεν ὅσα ἔχει, οὐδὲ ἐγὼ εἶχον ὅσα ἔχω. Ἴσα γὰρ ἡμῖν πάντα, χωρὶς τῶν προσωπικῶν ἰδιοτήτων.]

Καὶ — ἐμέ. Ὥσπερ ἐγὼ ζῶν διὰ τὸ γεννηθῆναι ἐκ ζῶντος Πατρός, οὕτω καὶ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζήσεται, διὰ τὸ τρώγειν ἐμὲ τὴν ζωὴν καὶ μεταλαμβάνειν τῆς ζωῆς.

Οὗτος — καταβάς. Οὗτος, ὁ ζωὴν αἰώνιον χορηγῶν.

D Οὐ — ἀπέθανον. Οὐκ ἀποθανοῦνται οἱ τρώγοντες αὐτὸν δηλονότι. Καθὼς ἔφαγον οἱ πατέρες ὑμῶν τὸ μάννα καὶ ἀπέθανον. Καὶ μὲν, ὥσπερ οἱ τὸ μάννα ἐκεῖνο φαγόντες ἀπέθανον τῇ σαρκὶ, οὕτω καὶ οἱ τὸν ἄρτον τοῦτον τρώγοντες ἀποθνήσκουσι τῇ σαρκί· ἀλλ' οὗτοι μόνοι ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου ἀποθνήσκοντες, οὐ δοκοῦσιν ἀποθανεῖν, ἀλλ' ὑπνοῦν.

Variæ lectiones et notæ.

(70) Malim προσμ αίνων.

(71) Plerumque spiritu leni scribunt Codices, ut hic uterque.

(72) Ἀληθής enim, non ἀληθῶς legit.

(73) Ζῶν omittit A. Malim tollere prius ζῶν.

(74) Hæc in margine habent codices.

(75) Hentenius reddidit, ac si legerit : Εἰς γνῶσιν ἡμᾶς εἰσάγει.

(76) Intellige, ζῶ κἀγώ.

(*xx*) *Transsumptionem.* Ad verbum, *participationem*. Μεταλαμβάνειν est participem esse alicujus rei.

Ὁ — αἰῶνα. Ἱκανῶς ἐνδιέτριψε τῷ περὶ τοῦ ἄρτου καὶ περὶ τῆς ζωῆς λόγῳ, γινώσκων τὸν μὲν ἀναγκαῖον, τὴν δὲ γλυκεῖαν τοῖς ἀνθρώποις· τὸν μὲν σωματικὸν ἄρτον τοῖς σωματικοῖς, τὸν δὲ πνευματικὸν τοῖς πνευματικοῖς· καὶ τὴν μὲν σωματικὴν ζωὴν τοῖς σωματικοῖς, τὴν δὲ πνευματικὴν τοῖς πνευματικοῖς. A

Ταῦτα — ἀκούειν; — Σκληρός ἐστιν, ἤτοι δυσπαράδεκτος οὗτος ὁ λόγος ὁ τοῦ τρώγειν αὐτόν· Τίς δύναται αὐτὸν παραδέχεσθαι; Οἱ τοῦτο δὲ εἰπόντες μαθηταὶ μὲν αὐτοῦ ἦσαν, οὐκ ἐκ τῶν δώδεκα δὲ, ἀλλ' ἐκ τῶν ἑβδομήκοντα.

Τινὲς δὲ φασιν ὅτι ἐκ τῶν ἄλλως (77) μαθητευομένων αὐτῷ. Πολλοὶ γὰρ καὶ ἕτεροι ἠκολούθουν αὐτῷ πολλάκις. Μέλλοντες οὖν ἀποπηδᾷν ὑπεραπελογοῦνται ἀῤῥθεν ἑαυτῶν. Ἔδει δὲ αὐτοὺς ἀναμεῖναι τὸν προσ- B ἥκοντα καιρὸν, καὶ πυθέσθαι περὶ τοῦ δοκοῦντος δυσχεροὺς καὶ μὴ ἀπαγορεύειν· οὕτω γὰρ οἱ δώδεκα μαθηταὶ πεποιήκασι. Μαθητοῦ γὰρ εὐγνώμονος ἀπειρέργως πάντα δέχεσθαι τὰ του διδασκάλου, καὶ καιροῦ καλοῦντος, εὐλαβῶς ἐρωτᾷν περὶ τῶν ὑπερβαινόντων τὴν αὐτοῦ διάνοιαν.

Εἰδὼς — σκανδαλίζει; Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς αὐτοῦ θεότητος ἀποδειξις, τὸ τὰ ἀπόῤῥητα αὐτοῖς φέρειν εἰς μέσον. Καθ' ἑαυτοὺς γὰρ ἀπορῥήτως ἐγόγγυζον.

Ἐὰν — πρότερον; Λείπει τὸ, Τί ἐρεῖτε; Ἔλεγε δὲ περὶ τῆς εἰς ὕστερον εἰς οὐρανὸν ἀναλήψεως αὐτοῦ. Ἀναβαίνοντα, τῇ ἀνθρωποτητι. Ὅπου ἦν τὸ πρότερον, τῇ θεότητι. Ὁ γὰρ δυνάμενος τὴν σάρκα ταύτην οὐράνιον ποιῆσαι, δύναται πάντως αὐτὴν καὶ τροφὴν ἀνθρωπων ἀπεργάσασθαι.

Τὸ πνεῦμα — οὐδέν. Πνεῦμα λέγει νῦν τὸ πνευ- C ματικῶς νοεῖν τὰ ῥηθέντα. Ὁμοίως δὲ καὶ σάρκα τὸ σαρκικῶς νοεῖν αὐτά· οὐ γὰρ περὶ τῆς ζωοποιοῦ σαρκὸς αὐτοῦ νῦν ὁ λόγος. Φησὶ τοίνυν ὅτι τὸ μὲν πνευματικῶς νοεῖν ταῦτα ζωὴν παρέχει τὴν ἀνωτέρω λεχθεῖσαν· τὸ δὲ σαρκικῶς νοεῖν αὐτὰ οὐδὲν ὠφελεῖ.

Τὰ ῥήματα — ἐστι. Πνευματικά ἐστι καὶ ζωηρά ἐστι· διὸ χρὴ μὴ ἁπλῶς εἰς αὐτὰ βλέπειν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ σαρκικῶς νοεῖν· ἀλλ' ὑψηλότερόν τι φαντάζεσθαι, καὶ τοῖς ἔνδον ὀφθαλμοῖς αὐτὰ κατοπτεύειν ὡς μυστήρια· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ πνευματικῶς νοεῖν.

Ἀλλ' — αὐτόν. Οὐ μόνον τὴν πρόγνωσιν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀνεξίκακον αὐτοῦ δείκνυσιν, ὅτι οὐκ ἀπὸ τοῦ γογγύσαι, D ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς καὶ ἄνωθεν ἐγίνωσκε, καὶ τοὺς πιστεύοντας καὶ τοὺς μὴ πιστεύοντας, καὶ ὅμως κοινῶς πάντας ἐδίδασκε.

Καὶ — μου. Διὰ τοῦτο, ποῖον; Διὰ τὸ εἶναί τινας οἳ οὐ πιστεύουσι. Συνεχῶς δὲ Πατέρα ἑαυτοῦ τὸν Θεον ὀνομάζει, διδάσκων ὅτι οὐκ ἐστιν υἱὸς τοῦ Ἰωσὴφ, ὡς ἐκεῖνοι φοντο.

Vers. 58. *Qui — æternum.* Merito sermoni de pane ac de vita immoratus est, sciens illum quidem necessarium, hanc vero dulcem hominibus : panem sanem corporalem corporalibus, spiritualem autem spiritualibus : similiter et vitam corporalem corporalibus, spiritualem vero spiritualibus.

Vers. 59. *Hæc* — Vers. 60. *audire ? — Durus est,* hoc est, ægre admitti potest, *hic sermo,* puta, de ipso comedendo ; *quis illum potest admittere ?* Qui vero hoc dicebant, e discipulis quidem ejus erant, non tamen e duodecim, sed e septuaginta.

Quidam vero ex his fuisse aiunt, qui alias ab eo edocti erant : nam et alii multi frequenter sequebantur illum. Qui ergo discessuri erant, sibi scilicet patrocinabantur, cum potius convenienti tempore remansisse (*yy*) oportuerit ac obedisse in eo, quod difficile videbatur et non desperasse : nam ita duodecim illi fecerunt. Candidi siquidem discipuli est, omnia quæ jubet præceptor absque curiositate excipere, et ubi sese offert opportunitas, verecunde de his interrogare, quæ ejus excedunt intelligentiam.

Vers. 61. *Sciens — offendiculo ?* Sane et hoc divinitatem ejus demonstrabat, puta quæ apud illos occulta erant ferre in medium : nam occulta apud se murmuraverant.

Vers. 62. *Si — erat ?* Deficit, Quid dicetis ? Loquitur autem de futura sui in cœlum assumptione *Ascendentem,* quoad humanitatem : *ubi prius erat,* quoad divinitatem. Qui enim potest hanc carnem reddere cœlestem, potest utique et ipsam cibum hominum efficere.

Vers. 63. *Spiritus — quidquam.* Spiritum nunc vocat intellectum spiritualem eorum quæ dicta sunt ; similiter et carnem, intelligere ea carnaliter : non enim de carne ipsius, quæ vivificat, nunc sermo est. Ait ergo : Hæc spiritualiter intelligere, vitam præbet, quam supra dixi : carnaliter vero ea intelligere non prodest quidquam.

Vers. 63. *Verba — sunt.* Spiritualia et vivifica sunt : oportet namque non simpliciter ea intueri, id enim est carnaliter intelligere, sed aliud quid piam imaginari, et interioribus oculis ea aspicere, tanquam mysteria, nam hoc est spiritualiter intelligere.

Vers. 64. *Sed — ipsum.* Non solum præscientiam, sed et clementiam suam ostendit : quia non a tempore quo murmurare cœperunt, verum etiam ab initio cognoscebat credentes et tamen omnes pariter docebat.

Vers. 65. *Et — meo.* Propterea, quia videlicet sunt quidam, qui non credunt. Continue autem Deum Patrem suum nominat, docens, quod non sit filius Joseph, sicut illi putabant.

Variæ lectiones et notæ.

(77) Extra numerum duodecim et septuaginta, οἱ ἐν τάξει μαθητῶν ἠκολούθησαν αὐτῷ.

(*yy*) ***Convenienti tempore remansisse.*** Conveniens tempus exspectare.

Vers. 66. *Ex — ambulabant. — Ex hoc*, id est, ab eo tempore, *abierunt retrorsum*, hoc est, Abscissi sunt ab eo, qui videlicet antea murmurabant. Retrorsum autem intellige mihi, ad vitam priorem, ad quam reversi sunt.

Vers. 67. *Ait — abire?* Non dixit : Abite et vos ; nam id repellentis esse, sed blande interrogavit, ostendens sibi opus non esse ministerio illorum, neque se circumducere illos ad ostentationem, quodque nullum velit invitum retinere. Sed neque ægre tulit aut redarguit illos, qui retrorsum abierant, veluti facere solemus, ducentes hujusmodi factum, contempium aut injuriam : quia omnia gloriæ amore facimus.

Vers. 68. *Respondit — abibimus?* Petrus fratrum amator, pro fratribus omnibus respondet : *Domine*, demonstrans, quod videlicet neminem habeant, *ad quem abibimus?* vehementem erga illum amorem quem ei præponant, non parentes, non cognatos, non amicos, et, ut semel dicam, neminem inter omnes. Deinde ne hoc dixisse videatur, quasi non sit, qui eos suscipiat, subjunxit :

Vers. 68. *Verba — habes.* Verba, quæ vitam concilient æternam. Vides, quod verba non erant quæ præbuerant offendiculum, sed auditorum segnities, et quia carnaliter ea intelligebant, non spiritualiter. Consequens etenim ac necessarium fuerat ut illa dicerentur propter Judæorum de manna sermonem. Oportuit autem auditores aut spiritualiter ea intelligere, aut, si id necdum poterant, his primum susceptis, postmodum de his diligenter interrogare.

Vers. 69. *Et — vivi.* Tricesimo tertio juxta Matthæum capite dixit idem : *Tu es Christus Filius Dei vivi* [30]. Sed tunc quidem Christus illum beatum prædicavit propter causam ibi dictam : nunc vero, quia communiter dixit : Nos credidimus et cognovimus, separat ab illis Iscariotem, tanquam jam fluctuantem.

Vers. 70. *Respondit — elegi?* Hoc interrogative legendum est.

Vers. 70. *Et* — Vers. 71. *duodecim. — Nonne ego vos*, inquit, *duodecim elegi? et* tamen *unus ex vobis* in nullo mea adjutus electione, utpote liberum habens arbitrium ad virtutem et vitium, *diabolus est*, sive diabolicus, et diaboli minister. Significat itaque in voluntate ac electione hominis situm esse ut salvetur. aut pereat.

Quidam vero diabolum hoc in loco intellexerunt insidiatorem. Nihil ergo novum, quod Judas cum eligeretur bonam habuerit voluntatem, postea autem sit immutatus, tanquam libero usus arbitrio.

Cap. VII. Vers. 1. *Et — interficere.* Non enim poterat, id est, non erat securus, ut versaretur in Judæa : tanquam de homine enim hoc dixit

[30] Matth. xvi, 16.

A Ἐκ — περιεπάτουν. — Ἐκ τούτου, ἀντὶ τοῦ ἔκτοτε · ἀπῆλθον δὲ εἰς τὰ ὀπίσω, εἶτουν ἀπεσχίσθησαν οἱ ἀνωτέρω γογγύσαντες. Ὀπίσω δὲ νόει μοι καὶ τὸν πρότερον βίον αὐτῶν, εἰς ὃν πάλιν ὑπέστρι-ψαν.

Εἶπεν — ὑπάγειν ; Οὐκ εἶπεν · Ἀπέλθετε καὶ ὑμεῖς · τοῦτο γὰρ ἀπωθουμένου ἦν · ἀλλ' ὁμαλῶς ἠρώτησε, δεικνὺς ὅτι οὐ δεῖται τῆς διακονίας αὐτῶν, οὐδὲ περιάγει τούτους, ἐπιδεικνύμενος, καὶ ὅτι οὐδέ-να μὴ βουλόμενον βούλεται κατέχειν. Οὔτε δὲ ἐδεινο-πάθησεν, οὔτε κατηγόρησε τῶν ἀπελθόντων εἰς τὰ ὀπίσω, ὅπερ ποιεῖν εἰώθαμεν ἡμεῖς, καταφρόνησιν καὶ ὕβριν τὸ πρᾶγμα κρίνοντες · διότι μετὰ φιλοδοξίας ἅπαντα πράττομεν.

Ἀπεκρίθη — ἀπελευσόμεθα ; Ὁ Πέτρος ὁ φιλάδελφος B ὑπεραπολογεῖται πάντων τῶν ἀδελφῶν · Κύριε, πρὸς τίνα ἀπελευσόμεθα ; Τὸ πρὸς αὐτὸν φιλόστοργον ἐμφαί-νων ὅτι οὐκ ἔχουσι ἕτερον τιμιώτερον αὐτοῦ, οὐ γονεῖς, οὐ συγγενεῖς, οὐ φίλους, οὐχ ἁπλῶς τινα τῶν ἁπάντων. Εἶτα ἵνα μὴ δοκῇ τοῦτο εἰπεῖν, ὡς οὐκ ὄντος τοῦ ὑποδε-ξομένου αὐτούς, ἐπήγαγε.

Ῥήματα — ἔχεις. Ῥήματα ζωὴν αἰώνιον προ-ξενοῦντα. Ὁρᾷς ὅτι οὐ τὰ ῥήματα ἦν τὰ σκανδαλίζοντα, ἀλλ' ἡ ἀπροσεξία τῶν ἀκουόντων, καὶ τὸ σαρκικῶς νοεῖν αὐτὰ, καὶ μὴ πνευματικῶς. Ἀκολουθον μὲν γὰρ καὶ ἀναγκαῖον ἦν ἐκεῖνα ῥηθῆναι διὰ τὸν περὶ τοῦ μάννα λόγον τῶν Ἰουδαίων · ἔδει δὲ τοὺς ἀκούοντας ἢ πνευματικῶς ἀκούειν αὐτὰ, ἢ μὴ τοῦτο δυναμένους, δέχεσθαι μὲν ταῦτα, ὕστερον δὲ φιλομαθῶς ἐρωτᾷν C περὶ τούτων.

Καὶ — ζῶντος. Καὶ ἐν τῷ τριακοστῷ τρίτῳ κεφα-λαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον τὸ αὐτὸ εἶπε · Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος · ἀλλὰ τότε μὲν ἐμακάρι-σεν αὐτὸν ὁ Χριστὸς διὰ τὴν ἐκεῖ ῥηθεῖσαν αἰτίαν · νῦν δὲ, ἐπειδὴ κοινῷ εἶπεν ὅτι Πεπιστεύκαμεν καὶ ἐγνώκαμεν, διαστέλλει τὸν Ἰσκαριώτην ἀπ' αὐτῶν ἤδη σαλευόμενον.

Ἀπεκρίθη — ἐξελεξάμην ; Τοῦτο κατ' ἐρώτεσιν ἀναγνωστέον.

Καὶ — δώδεκα. — Οὐκ ἐγὼ, φησὶν, ὑμᾶς τοὺς δώδεκα ἐξελεξάμην ; καὶ ὅμως ἐξ ὑμῶν εἷς, οὐδὲν τῆς παρ' ἐμοῦ ἐκλογῆς ἀπονάμενος, ὡς αὐτεξούσιος (78) πρὸς ἀρετὴν καὶ κακίαν, διάβολός ἐστιν, ἤγουν διαβολι-κὸς, τοῦ διαβόλου ὑπουργός. Δῆλον οὖν ὅτι ἐν τῇ προαι-ρέσει τοῦ ἀνθρώπου κεῖται τὸ σώζεσθαι ἢ ἀπόλλυ-σθαι.

Τινὲς δὲ διάβολον νῦν τὸν ἐπίβουλον ἐνόησαν. Οὐδὲ (79) οὖν καινὸν ἐν τῷ ἐκλέγεσθαι μὲν ἀγαθὴν προαίρεσιν ἔχειν τὸν Ἰούδαν, ὕστερον δὲ μεταβληθῆναι τοῦτον ὡς αὐτεξούσιον.

Καὶ — ἀποκτεῖναι. Οὐ γὰρ εἶχεν (80) ἐξουσίαν, ἤγουν οὐκ εἶχεν ἄδειαν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ περιπατεῖν · ὡς περὶ ἀνθρώπου γὰρ τοῦτο εἶπεν ὁ εὐαγγελιστής · ὡς

Variæ lectiones et notæ.

(78) Εἰς ἀρετήν A.
(79) Δέ, interponit A.
(80) Interpretatur ergo lectionem Chrysostomi εἶχεν ἐξουσίαν, pro ἤθελε, quam recte hoc loco re-

γὰρ ἄνθρωπος ὑπεστέλλετο νῦν, οὐ φεύγων τὸν θάνατον, ἀλλὰ φειδόμενος τῶν φονέων, καὶ ὅτι οὔπω καιρὸς ἦν τοῦ πάθους αὐτοῦ. Ἔδει γὰρ αὐτὸν ποτὲ μὲν ὡς Θεὸν μένειν ἀχείρωτον, ποτὲ δὲ ὡς ἄνθρωπον ὑποχωρεῖν οἰκονομικῶς.

Ἦν — Σκηνοπηγία. Αὕτη ἑορτάζετο εἰς μνήμην τῆς ἡμέρας, καθ' ἣν ὁ Μωϋσῆς ἔπηξε πρῶτον τὴν κατασκευασθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Βεσελεὴλ θείαν σκηνήν.

Εἶπον — αὐτοῦ. Οἱ τοῦ Ἰωσὴφ υἱοί, τοῦ θέσει πατρὸς αὐτοῦ.

Μετάβηθι — ποιεῖς. Προσποιοῦνται μὲν ἐπ' ἀγαθῷ συμβουλεύειν, ὡς συγγενεῖς δῆθεν καὶ οἰκειότατοι· σκοπὸς δὲ αὐτοῖς πονηρὸς, ἐκ φθόνου τεχθείς. Πειρώμενοι γὰρ μεταγαγεῖν τοῦτον εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἵνα ἀναιρεθῇ παρὰ τῶν ζητούντων ἀποκτεῖναι αὐτὸν, προβάλλονται τὸ δεῖν καὶ τοὺς ἐκεῖσε ὄντας μαθητὰς αὐτοῦ, ἤτοι τοὺς ὄχλους, τοὺς ἐν Ἰουδαίᾳ παρεπομένους αὐτῷ, θεωρεῖν τὰ σημεῖα ἃ ποιεῖ.

Οὐδεὶς — εἶναι. Κατὰ μὲν τὸ προχείρως νοούμενον δοκοῦσι παρακινίζειν αὐτὸν ἵνα μεταβῇ· κατὰ δὲ τὸ βαθύτερον ἀποσκώπτουσιν, ὡς δειλὸν ἅμα καὶ φιλόδοξον. Τὸ μὲν γὰρ ἐν κρυπτῷ τι ποιεῖν δειλοῦ, τὸ δὲ ζητεῖν ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι, ἤτοι φανερὸν, ἀπόβλητον, φιλοδόξου.

Εἰ — κόσμῳ. Εἰ ταῦτα τὰ σημεῖα ποιεῖς, καὶ οὐ φαντάζεις, φανέρωσον σεαυτὸν πᾶσιν Ἰουδαίοις. Ὑπώπτευον γὰρ καὶ (81) τὰ σημεῖα ὡς φαντασίαν.

Ἄξιλον οὖν ἐντεῦθεν ὅτι σημεῖα ἐποίησε κἀκεῖ, ἃ πάντα παρέδραμεν ὁ Ἰωάννης, ὥσπερ καὶ ἄλλα πολλὰ, σπεύδων μᾶλλον ἐπὶ τὰ φέροντα ξένην τινὰ διήγησιν, καὶ ὧν οἱ ἄλλοι οὐκ ἐπεμνήσθησαν. Εἶτα λέγει καὶ τὸ αἴτιον τῆς τοιαύτης ὑποψίας.

Οὐδὲ — αὐτόν. Οὐδ' αὐτοὶ ἐπίστευον εἰς αὐτὸν, ὡς εἰς Θεόν. Ἀλλ' ὅμως οἱ νῦν τοιοῦτοι μεγάλοι γεγόνασιν ὕστερον, καὶ πολλὰ παρὰ πολλῶν ὑπὲρ αὐτοῦ πεπόνθασιν, Ἰάκωβος καὶ Ἰούδας. Τί οὖν ὁ τὰς καρδίας αὐτῶν εἰδὼς; Οὐκ ἤλεγξεν αὐτοὺς πονηροὺς καὶ ἐπιβούλους, ἀλλὰ μακροθύμως ἀποκρίνεται πρὸς τὸν σκοπὸν αὐτῶν.

Λέγει — πάρεστιν. Ὁ καιρὸς ὁ ἐμὸς, ὁ τοῦ ἀπελθεῖν με εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀναιρεθησόμενον, ὡς σπουδάζετε, οὔπω πάρεστι· τί με κατεπείγετε πρὸ τοῦ τοιούτου καιροῦ;

Ὁ δὲ καιρὸς — ἕτοιμος. Ὁ καιρὸς ὁ ὑμέτερος ὁ τοῦ ἀπελθεῖν ὑμᾶς εἰς τὴν Ἰουδαίαν πάντοτέ ἐστιν εὐχερής. Ἐμοὶ μὲν γὰρ ἐμποδίζει τὸ μήπω παρεῖναι αὐτόν· ὑμῖν δὲ οὐδὲν, συμφρονοῦσιν ἤδη τοῖς Ἰουδαίοις.

A evangelista: nam sicut homo nunc formidat, non mortem fugiens, sed homicidis parcens, et quia tempus suæ passionis nondum advenerat. Siquidem oportebat eum interdum quidem manere inexpugnabilem, utpote Deum, quandoque vero tanquam hominem dispensatorie cedere.

Vers. 2. *Erat — Scenopegia.* Hæc celebrabatur in memoriam diei, quo primum Moses divinum fixit tentorium, quod a Beseleel fabricatum est.

Vers. 3. *Dixerunt — ejus.* Filii Joseph, qui adoptione pater ejus erat.

Vers. 3. *Transi — facis.* Fingunt quidem utiliter suadere tanquam cognati et amici familiares, finis vero eorum pravus erat, ab invidia procedens : B conabantur siquidem illum in Judæam pellicere, ut ab illis occideretur, qui eum quærebant interficere. Causam autem prætexebant, quod oporteret discipulos quoque ejus, qui ibi erant, sive turbas, quæ illum in Judæa sequebantur, intueri signa, quæ ipse ederet.

Vers. 4. *Nemo — esse.* Juxta faciliorem intellectum et qui in promptu est, videntur illum incitare ut transeat ; juxta profundiorem vero, scommata in eum jaciebant, tanquam in timidum simul et gloriæ cupidum. Siquidem in occulto quidem quidpiam facere, timidi est : quærere autem palam esse, sive manifestum et gloriosum, gloriæ cupidi est.

Vers. 4. *Si — mundo.* Si hæc signa vere et non apparenter facis, manifesta teipsum omnibus C Judæis. Suspicabantur namque signa hæc phantastice fieri.

Hinc ergo manifestum est, quod etiam ibi miracula ediderit, quæ omnia prætercurrit Joannes, quemadmodum alia multa, festinans magis ad ea quæ novam aliquam afferebant narrationem, et quorum alii nullam fecerant mentionem. Deinde causam etiam dicit talis suspicionis.

Vers. 5. *Neque — eum.* Neque ipsi credebant in eum, tanquam in Deum. Attamen hi qui tunc tales erant, magni postmodum effecti sunt, multaque a multis pro illo passi sunt, Jacobus videlicet et Judas. Quid ergo is, qui eorum corda noverat ? Non reprehendit illos, tanquam malos et insidiatores, sed patienter respondet ad intentionem ipsorum.

D Vers. 6. *Ait — adest.* Tempus, quo convenit, ut ego in Judæam vadam occidendus, ad quod vos laboratis, nondum adest : quid me urgetis ante hujusmodi tempus ?

Vers. 6. *Tempus autem — paratum.* Tempus quo vos in Judæam abeatis, semper in promptu est, mihi impedimento est tempus, quod nondum adest : vobis autem nihil est impedimento, cum jam una cum Judæis sentiatis.

Variæ lectiones et notæ.

pudiavit Theophylactus. Flumen orationis hic abripuit Chrysostomum, deceptum fortasse loco simili Marc. VI, 5. Largior certe erat dicendi materia, explicandis illis, οὐκ εἶχεν ἐξουσίαν.

(81) Καὶ γὰρ B.

Vers. 7. *Non — vos.* Utpote amicos suos et una secum sentientes : quia vos ad eum acceditis. Mundum autem dicit, Judæos mundana sapientes.

Alio tamen modo Patrem dixit Patrem suum, et alio discipulorum : suum quidem natura, tanquam ejusdem substantiæ ; discipulorum vero, ratione creationis ac providentiæ, tanquam creaturarum ac providentia dignorum. Deum autem et suum et discipulorum, utpote hominum.

Ἑτέρως δὲ Πατέρα ἑαυτοῦ τὸν Πατέρα εἶπε, καὶ ἑτέρως τῶν μαθητῶν· ἑαυτοῦ μὲν φύσει ὡς ὁμοουσίου, τῶν μαθητῶν δὲ τῷ λόγῳ τῆς δημιουργίας καὶ προνοίας ὡς δημιουργημάτων καὶ προνοίας ἀξιουμένων· [Θεὸν (11) δὲ καὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν μαθητῶν, ὡς ἀνθρώπων.

Et quare non simpliciter dixit : Et Deum nostrum, sed etiam hic distinxit ? Quia, licet homo factus est et frater eorum, natura humanitatis : honore tamen plurimum ab eis differebat, et divinitatis unione ac impeccabilitate.

Καὶ πῶς οὐχ ἁπλῶς εἶπε, Καὶ Θεὸν ἡμῶν, ἀλλὰ κἀνταῦθα διέστειλεν ἑαυτόν ; Διότι, εἰ καὶ ἄνθρωπος γέγονε καὶ ἀδελφὸς αὐτῶν τῇ φύσει τῆς ἀνθρωπότητος, ἀλλὰ πολὺ διέφερεν αὐτῶν τῇ τιμῇ διά τε τὴν ἕνωσιν τῆς θεότητος καὶ διὰ τὸ ἀναμάρτητον.]

Vers. 18. *Venit — sibi.* Et quod ea sibi dixisset, quæ videlicet ei locutus fuerat, et quia verisimile erat discipulos, cum hæc audissent, aut non credere mulieri, sicut nec prius : aut credentes (nempe cum narraret conformia his quæ viderant Petrus et Joannes (*cc*), dolore, quod ipse hujusmodi aspectu digni habiti non fuissent : eodem die etiam illis apparet. Primo namque desiderium eorum exacuit : deinde eis desiderabilius sese præbuit, jam videre concupiscentibus.

Ἔρχεται — αὐτῇ. Καὶ ὅτι ταῦτα εἶπεν αὐτῇ ἃ δηλονότι λελάληκεν αὐτῇ. [Ἐπεὶ (12) δὲ εἰκὸς, τοὺς μαθητὰς ἀκούσαντας ταῦτα ἢ διαπιστεῖν τῇ γυναικὶ, καθάπερ καὶ πρότερον, ἢ πιστεύσαντας, οἷα καὶ τοῦ Πέτρου καὶ Ἰωάννου συντιθεμένων, ἀφ' ὧν εἶδον ἀλγεῖν, ὅτι αὐτοὶ οὐκ ἠξιώθησαν ὄψεως αὐτοῦ, αὐθημερὸν ἐμφανίζεται καὶ αὐτοῖς. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐγύμνασε τὸν πόθον αὐτῶν, εἶτα ποθεινότερον ἑαυτὸν παρέσχεν αὐτοῖς, διψῶσιν ἤδη αὐτόν.]

Vers. 19. *Cum ergo esset — medio.* Ad vesperam venit, quando magis timebant et cum simul essent congregati, et quidem januas non pulsavit, ne turbarentur, sed clausis illis introivit, tanquam Deus, et quasi corpore suo levi jam et subtili ac immortali effecto. Stetit autem in medio, ut omnibus esset conspicuus.

Οὔσης οὖν ὀψίας — μέσον. Ἑσπέρας ἦλθεν, ὅτε μᾶλλον ἐφοβοῦντο καὶ ὅτε συνήγοντο. Καὶ τὰς μὲν θύρας οὐ ἐπάταξεν, ἵνα μὴ θορυβηθῶσιν, κεκλεισμένων δὲ εἰσῆλθεν ὡς Θεὸς, καὶ ὡς λεπτοῦ ἤδη καὶ κούφου καὶ ἀκηράτου γενομένου τοῦ σώματος αὐτοῦ. Ἔστη δὲ εἰς τὸ μέσον, ἵνα πᾶσιν εἴη θεατός.

Vers. 19. *Et — vobis.* Hoc est, ne turbemini. Etiam moriens pacem illis reliquerat : *Pacem*, inquit, *meam relinquo vobis* [93]. Mulieribus ergo, quæ discipulæ erant, gaudium ante omnem sermonem

Καὶ — ὑμῖν. [Τουτέστι, (13) μὴ ταράχθητε. Καὶ ἀποθνήσκων δὲ εἰρήνην ἀφῆκεν αὐτοῖς· Εἰρήνην γὰρ, φησὶν, ἀφίημι ὑμῖν. Ταῖς μὲν οὖν μαθητρίαις χαρὰν πρὸ παντὸς λόγου δέδωκεν αὐταῖς. Αὕτη γὰρ

[94] Matth. xxviii, 9. [93] Joann. xiv, 27.

Variæ lectiones et notæ.

(9) Ἐπιβεβαιῶν, omisso ἔτι A.
(10) Δέ, post τε interponit A.
(11) Inclusa absunt A.
(12) Inclusa desunt A.
(13) Inclusa desunt A.

(*cc*) *Nempe — Joannes.* Utpote Petro etiam et Joanne comprobantibus, assentientibus.

τὸ γένος ἐκεῖνο κατεκέκριτο · τοῖς δὲ μαθηταῖς εἰρήνην] A tribuit (*dd*), eo quod ad mœrorem genus illud fuerat condemnatum : discipulis vero pacem, propter suspectum bellum a Judæis ac gentibus.

διὰ (14) τὸν ὑποπτευόμενον πόλεμον ἀπό τε Ἰουδαίων καὶ Ἑλλήνων.

Καὶ — αὐτοῦ. Ζήτησον ἐν τῷ τελευταίῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Λουκᾶν τό· Καὶ αὐτοὶ ἐξηγοῦντο τὰ ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ τὰ ἑξῆς, [ἄχρι (15) τοῦ · Ἔτι δὲ ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς καὶ θαυμαζόντων ·] καὶ ἀνάγνωθι τὰς ἐξηγήσεις αὐτῶν, πάνυ χρησιμευούσας πρὸς τὰ παρόντα.

Vers. 20. *Et — suum.* Quære ultimo juxta Lucam capite, quod dicitur : *Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, et* cætera, usque ad eum locum ubi habetur : *Adhuc autem illis non credentibus præ gaudio et admirantibus* [96] ; et illorum lege enarrationes ad præsentia dicta admodum utiles.

Ἐχάρησαν — Κύριον. Ὁρᾷς ἐπὶ τῶν ἔργων τοὺς λόγους ἐκβαίνοντας. Πρὸ τοῦ σταυροῦ γὰρ εἶπεν αὐτοῖς ὅτι Πάλιν ὄψομαι ὑμᾶς, καὶ χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία.

Vers. 20. *Gavisi sunt — Domino.* Vides operibus confirmatos esse sermones ? Siquidem ante passionem dixerat eis : *Iterum videbo vos, et gaudebit cor vestrum* [97].

Εἶπεν — ὑμῖν. Μετὰ τὸ φαγεῖν τὸ ἐπιδοθὲν αὐτῷ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος, καὶ ἀπὸ μελισσείου κηρίου, καθὼς ἔγραψε Λουκᾶς, ἐπληροφορήθησαν, καὶ λοιπὸν ὑπὸ πολλῆς χαρᾶς, ὡς εἰκός, θορυβοῦντας καταστέλλει ἵνα προσέχωσιν οἷς μέλλει ἐρεῖν.

Vers. 21. *Dixit — vobis.* Postquam comederat datam sibi partem piscis assi et de favo apiario, sicut scripsit Lucas [98], certiores facti sunt : et præ gaudio jam, ut verisimile est, turbatos reprimit, ut his quæ dicturus est animum advertant.

Καθὼς — ὑμᾶς. Καὶ πρὸ τοῦ σταυροῦ εἴρηκε πρὸς τὸν Πατέρα ὅτι Καθὼς ἐμὲ ἀπέστειλας εἰς τὸν κόσμον, κἀγὼ ἀπέστειλα αὐτοὺς εἰς τὸν κόσμον [καὶ (16) ἀνάγνωθι τὰ ἐκεῖ ῥηθέντα. Ἐπῆρεν οὖν αὐτῶν τὰς ψυχάς, ἐγχειρίσας αὐτοῖς τὸ ἴδιον ἔργον, καὶ καταστήσας διαδόχους ἑαυτοῦ.]

Vers. 21. *Sicut — vos.* Etiam ante passionem dixit ad Patrem : *Sicut me misisti in mundum, et ego misi illos in mundum* [99] ; et lege quæ ibi dicta sunt. Animos itaque illorum erexit, tradens eis opus suum, ac sibi successores eos constituens.

Καὶ — κεκράτηνται. Καὶ μὴν ὀπίσω εἴρηκεν ὅτι Ἐὰν ἐγὼ μὴ ἀπέλθω, ὁ Παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς· πῶς οὖν ἐνταῦθα δίδωσι Πνεῦμα ἅγιον ; Ἐνεφύσησε μέν ἐμπνέων αὐτοῖς χάριν δεκτικὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ κατασκευάξων ἐπιτηδείους εἰς ὑποδοχὴν αὐτοῦ. λέγει δὲ, Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον, οὐ τότε, ἀλλ' ὅτε κατέλθῃ.

Vers. 22. *Et* — Vers. 23. *retenta sunt.* Atqui superius dixerat : *Nisi ego abiero, paracletus non veniet ad vos* [1] ; quomodo ergo dat hic Spiritum sanctum ? Insufflavit quidem, dans gratiam susceptivam Spiritus sancti, aptosque efficiens ad ejus susceptionem ; dicit autem : *Accipite Spiritum sanctum* ; non nunc, sed quando descenderit.

Ἡ Πνεῦμα ἅγιον ἐκάλεσε τὸ πνευματικὸν χάρισμα τοῦ ἀφιέναι καὶ δεσμεῖν ἁμαρτίας. Διαφόρων γὰρ ὄντων (17) πνευματικῶν χαρισμάτων, τοῦτο τηνικαῦτα δέδωκεν αὐτοῖς, [μεῖζον (18) ὂν καὶ τῶν σημείων. Τῷ παραλυτικῷ γὰρ εἰπόντος · Ἀφέωνται σοι αἱ ἁμαρτίαι σου · ἔλεγον οἱ Γραμματεῖς · Τίς δύναται ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός.

Aut Spiritum sanctum vocavit gratiam spiritualem remittendi ac ligandi peccata ; et hoc tunc illis tribuit, quod et miraculis majus erat. Nam cum paralytico dixisset : *Remissa sunt tibi peccata tua* [2], dixerunt Scribæ : *Quis potest remittere peccata, nisi unus, nempe Deus* [3] ?

Καὶ μὴν καὶ πρὸ τοῦ σταυροῦ εἴρηκεν αὐτοῖς · Ὅσα ἐὰν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τῷ οὐρανῷ· καὶ ὅσα ἐὰν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τῷ οὐρανῷ · ἀλλὰ τότε μὲν ὑπέσχετο αὐτοῖς τοῦτο, νῦν δὲ δίδωσι.

Verum et ante passionem dixerat eis : *Quæcunque ligaveritis super terram, erunt ligata in cælo ; et quæcunque solveritis super terram, erunt soluta in cælo* [4] ; sed tunc quidem hoc illis promisit, nunc autem tribuit.

Ζήτησον δὲ περὶ τὰ μέσα τοῦ ἑνάτου κεφαλαίου τοῦ παρόντος εὐαγγελιστοῦ τό · Οὔπω γὰρ ἦν Πνεῦμα ἅγιον ὅτι Ἰησοῦς οὐδέπω ἐδοξάσθη · καὶ ἀνάγνωθι τὴν ὅλην ἐξήγησιν αὐτῶν.

Quære autem circa medium noni capitis præsentis Evangelii, ubi dicitur : *Nondum erat Spiritus sanctus, quia Jesus nondum erat glorificatus* [5] ; et lege totam illorum enarrationem.

Ἐνεφύσησε μὲν οὖν ὡς πηγὴ χαρισμάτων, καὶ ἵνα μάθωμεν κἀντεῦθεν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τὸ πρῶτον καὶ ζωτικὸν ἐμφύσημα ἐμφυσήσας τῷ Ἀδάμ.]

Insufflavit itaque, tanquam fons gratiarum, et, ut etiam hinc discamus ipsum esset qui primum ac vitale spiraculum insufflavit in Adam. Reten-

[96] Luc. XXIV, 35-41. [97] Joan. XVI, 22. [98] Luc. XXIV, 42. [99] Joan, XVII, 18. [1] Joan. XVI, 7 [2] Matth. IX, 2. [3] Marc. II, 5, 7. [4] Matth. XVIII, 18. [5] Joan. V, 39.

Variæ lectiones et notæ.

(14) Ante διά A habet, εἰρήνην δίδους αὐτοῖς.
(15) Inclusa absunt A.
(16) Inclusa absunt A.
(17) Τῶν addit A.
(18) Inclusa desunt A.

(*dd*) *Tribuit.* Aut ergo interpres αὐταῖς, quod ex Hebraismo hic additum est, non legit, aut id neglexit

Καὶ — ὑμῖν. [Ὥσπερ (28) καὶ πρότερον. Πάντα γὰρ ποιεῖ πάλιν ὅσα καὶ ἀπόντος αὐτοῦ πεποίηκεν.]

Εἶτα — μου. Μηδὲν εἰπόντος τοῦ Θωμᾶ, προλαμβάνει, καὶ ἅπερ ἐζήτει δίδωσι, δεικνὺς ὅτι καὶ ὅτε ταῦτα ἔλεγε, παρῆν τε καὶ ἤκουεν ὡς Θεός. [Καὶ (29) γὰρ τοῖς αὐτοῖς ἐχρήσατο ῥήμασι.]

Καὶ — πιστός. Μεμφόμενος τοῦτό φησιν, ὡς ἐξ ἀπιστίας, οὐκ ἐξ ἀκριβείας ἀντιτείνοντος.

Καὶ — μου. Ἰδὼν ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ νενυγμένην, αὐτίκα ἐπίστευσε, μὴ ἀναμείνας ψηλαφῆσαι. Τινὲς δέ φασιν ὅτι ψηλαφήσας ἐβόησεν. Ὁ Κύριός μου καὶ ὁ Θεός μου.

Λέγει — πιστεύσαντες. Ὅ τε γὰρ Πέτρος καὶ Ἰωάννης, μήπω ἰδόντες αὐτὸν, ὅμως ἀπὸ τῶν ὀθονίων καὶ τοῦ σουδαρίου ἐπίστευσαν ὅτι ἀνέστη. Καὶ οἱ ἄλλοι δὲ μαθηταὶ μετὰ τοῦτο, τοῦ Πέτρου ἰδόντος αὐτὸν καὶ ἀναγγείλαντος αὐτοῖς, μήπω ἰδόντες αὐτὸν ἐπίστευσαν. Εὗρον γὰρ, φησὶν ὁ Λουκᾶς, συνηθροισμένους τοὺς ἕνδεκα, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς λέγοντας ὅτι Ἠγέρθη ὁ Κύριος ὄντως, καὶ ὤφθη Σίμωνι.

[Καὶ (30) πῶς, ὅτε ἐφάνη αὐτοῖς, φησὶν ὁ αὐτὸς εὐαγγελιστὴς ὅτι Πτοηθέντες καὶ ἔμφοβοι γενόμενοι, ἐδόκουν πνεῦμα θεωρεῖν, καὶ τὰ ἑξῆς; καὶ ὅτι Ἔτι ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς καὶ θαυμαζόντων, εἶπεν αὐτοῖς· Ἔχετέ τι βρῶσιμον ἐνθάδε, καὶ τὰ λοιπά; Διότι ταῦτα τότε πεπόνθασιν, οὐκ ἀπιστοῦντες ὅτι ἀνέστη, ἀλλ' ἀμφιβάλλοντες εἰ αὐτός ἐστιν ὁ φαινόμενος αὐτοῖς, καὶ ἀκριβολογούμενοι.]

Συμπαραλαμβάνει δὲ ὁ μακαρισμὸς καὶ τοὺς διὰ τοῦ κηρύγματος πιστεύοντας. Ὅταν οὖν τις λέγῃ. Μακάριοι οἱ κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς ὄντες, καὶ ἰδόντες τὸν Χριστὸν, ἐννοείτω ὅτι Μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες.

Ἀλλὰ πῶς σῶμα ἄφθαρτον τύπους εἶχε πληγῶν, καὶ ἁφῇ ὑπέπιπτε; Πῶς; Ὑπερφυῶς τε καὶ οἰκονομικῶς· καὶ γὰρ καὶ ἔφαγε καὶ ἔπιε πρὸς πληροφορίαν τῶν μαθητῶν.

Πολλὰ — τούτῳ. Τὰ μετὰ τὴν ἀνάστασιν πάντως λέγει. Διὰ τοῦτο γὰρ εἶπεν ὅτι ἐνώπιον τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. Ὥσπερ γὰρ πρὸ τῆς ἀναστάσεως ἔδει πολλὰ γενέσθαι, ἵνα πιστεύσωσιν ὅτι Υἱός ἐστιν τοῦ Θεοῦ· οὕτω καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἵνα πληροφορηθῶσιν ὅτι ἀνέστη.

Ἢ καὶ κοινὸς ὁ λόγος περί τε τῶν πρὸ τῆς ἀναστάσεως καὶ περὶ τῶν μετὰ τὴν ἀνάστασιν.

Ταῦτα — Θεοῦ. Οὐ πρὸς φιλοτιμίαν, φησὶν, ἐγρά-

Vers. 26. *Et — vobis.* Sicut et prius. Rursum enim omnia facit quæcunque eo absente fecerat.

Vers. 27. *Deinde — meum.* Cum nihil Thomas diceret, anticipat eum, præbens quæ ille petierat ac ostendens quod etiam tunc præsens fuerit et audierit, tanquam Deus, cum hæc ille loquebatur. Siquidem eisdem quoque usus est verbis.

Vers. 27. *Et — fidelis.* Indignatus hoc dicit, quasi non ex diligentia, sed ex incredulitate contradixerit.

Vers. 28. *Et — meus.* Videns in manibus ejus vestigium clavorum, et latus ipsius apertum, continuo credidit, non exspectans dum contrectasset.

Vers. 29. *Dicit — crediderunt.* Cum enim Petrus et Joannes nondum eum vidissent, alinteaminibus tamen ac sudario resurrexisse crediderunt. Alii quoque discipuli, cum postmodum Petrus eum vidisset, illisque renuntiasset, nondum videntes crediderunt. *Invenerunt*, inquit Lucas, *congregatos undecim et eos qui cum illis erant, dicentes : Surrexit Dominus vere, et visus est a Simone* [6].

Et quomodo dicit idem evangelista, quod dum apparuit eis, *expavefacti et conterriti existimabant spiritum se videre* [7], et cætera ? et quod *adhuc illis non credentibus præ gaudio, et admirantibus dixit eis, Habetis hic aliquid edulii* [8], et cætera ? Quia tunc hæc passi sunt, non quod eum resurrexisse non crederent, sed quod dubitarent, utrum ipse esset, qui eis apparebat : ac diligentius considerarent.

Comprehendit autem beatitudo hæc etiam illos, qui per prædicationem credunt. Cum ergo dicit aliquis : Beati qui temporibus illis fuerunt, ac Christum viderunt, consideret, quod *Beati qui non viderunt et crediderunt.*

Sed quomodo corpus incorruptibile vestigia habebat plagarum, ac tactui subjacebat ? Quomodo ? Supernaturaliter et dispensatorie ; edebat siquidem ac bibebat ad majorem discipulorum certitudinem.

Vers. 30. *Multa — hoc.* De his omnino loquitur, quæ post resurrectionem facta sunt : propterea namque dixit, *in conspectu discipulorum suorum.* Quemadmodum enim ante resurrectionem plurima fieri oportuit, ut crederent eum esse Filium Dei : ita et post resurrectionem, ut certiores fierent quod resurrexisset.

Aut etiam sermo communis est : et de his loquens quæ ante resurrectionem, et de his quæ post eam facta sunt.

Vers. 31. *Hæc — Dei.* Non, inquit, ad ambitio

[6] Luc. XXIV, 33. [7] ibid. 37. [8] ibid. 41.

Variæ lectiones et notæ.

(28) Inclusa absunt A.
(29) Etiam hæc absunt A.
(30) Inclusa absunt A.

nem hæc scripsimus, ita enim et alia scripsissemus, cum multa essent : sed ad solam necessitatem, ut credatis quod hic Jesus est Christus Filius Dei, qui a prophetis annuntiatus est.

Vers. 31. *Et — ejus.* Hoc est, per eum, nam ipse vita est ; vitam, inquam, sempiternam habeatis.

Cap. XXI. Vers. 1. *Postea — Tiberiadis.* Neque enim continue cum eis versabatur, ut prius, sed per temporum intervalla accedebat. Quod autem dicitur, *Manifestavit*, et *Apparuit*, et *Visus est* ac similia, ostendunt quod juxta naturam incorruptibilitatis corporis, invisibilis erat corruptibilibus oculis : verum demittendo se et dispensatorie manifestabatur. Hoc autem mare in Galilæa erat ; animo siquidem resumpto, eo profecti sunt.

Vers. 1. *Manifestavit autem sic.* Ut nunc dicturus est.

Vers. 2. *Erant* — Vers. 3. *tecum.* Nam cum neque semper cum eis esset Salvator, ut dictum est, neque alius advenisset Paracletus, neque perfecte eis commissa esset prædicatio, cum nihil esset quod agerent, reliquo tempore piscabantur, priorem exercentes artem : quanquam non amore lucri ut prius.

Vers. 3. *Exierunt ergo — statim.* Quæ Petri erat, aut filiorum Zebedæi, aut alicujus eorum quos noverant.

Vers. 3 *Et — nihil.* Dispensatorie hoc factum est, veluti in sequentibus dicemus. Verisimile est autem, alios quoque discipulos terrestri itinere fuisse secutos, sicut ait Chrysostomus, amoris gratia, utque spectatores essent, ac probe otium collocarent, et simul cum eis pernoctarent.

Vers. 4. *Mane — esset.* Fortassis, quod splendidiori appareret specie, propter immortalitatem, aut dispensatorie ab eis cognitus non est.

Vers. 5. *Dicit — habetis?* Παιδία, id est, pueros illos vocavit juxta consuetudinem. Moris siquidem erat ita operarios appellare, propter illorum robur ac strenuitatem ad labores. Loquitur autem cum eis, quasi volens aliquid ab eis emere.

Vers. 5. *Responderunt.*— Vers. 6. *invenietis.* Nec adhuc cognoverunt eum esse, quod tamen eos intelligere oportuit. Nam quomodo vulgaris homo aut socius id nosse potuisset, quod jacientes in dexteram navigii partem, inventuri essent ? Expresse autem ad dexteram jacere præcepit, ne fortuita videretur captura.

Vers. 6. *Jecerunt itaque.* Simpliciter obtemperantes : aut arbitrati, signo quopiam illum nosse pisces aliquos ibi natare, († aut etiam vidisse exsultantes).

A ψαμεν · ἤ γὰρ ἂν καὶ ἄλλα ἐγράψαμεν, πολλῶν ὄντων ἀλλὰ πρὸς χρείαν μόνην, ἵνα πιστεύσητε ὅτι Ἰησοῦς οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ ὑπὸ τῶν προφητῶν καταγγελλόμενος.

Καὶ αὐτοῦ. Τουτέστι (31) δι' αὐτοῦ · αὐτὸς γὰρ ἐστιν ἡ ζωή · ζωὴν δὲ ἔχητε τὴν αἰώνιον.

Μετὰ ταῦτα — Τιβεριάδος. Οὐ γὰρ διόλου συνῆν αὐτοῖς, ὡς τὸ πρότερον, ἀλλ' ἐκ διαλείμματος ἐπεδήμει. Τὸ δὲ Ἐφανέρωσε (32), καὶ Ἐφάνη καὶ Ὤφθη καὶ τὰ τοιαῦτα ὑποφαίνουσιν ὅτι κατὰ (33) τὴν φύσιν τῆς ἀφθαρσίας τοῦ σώματος ἀφανὴς ἦν φθαρτοῖς ὀφθαλμοῖς · συγκαταβατικῶς δὲ καὶ οἰκονομικῶς ἐφανεροῦτο. Ἡ θάλασσα δὲ αὕτη ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ ἦν. Ἀναθαρρήσαντες γὰρ ἀπῆλθον ἐκεῖ.

B

Ἐφανέρωσε δὲ οὕτως. Ὡς εἰρεῖ.

Ἦσαν — σύν σοι. Μήτε γὰρ τοῦ Σωτῆρος διόλου συνόντος αὐτοῖς, ὡς εἴρηται, μήτε τοῦ ἄλλου Παρακλήτου ἐλθόντος, μήτε τοῦ κηρύγματος ἐντελῶς ἐγχειρισθέντος αὐτοῖς, οὐδὲν ἔχοντες πράττειν, λοιπὸν ἠλίευον, τὴν προτέραν μετερχόμενοι τέχνην, εἰ καὶ μὴ φιλοκερδῶς ὡς τὸ πρίν.

Ἐξῆλθον οὖν — εὐθύς. Εἰς τὸ τοῦ Πέτρου, [ἢ τὸ τῶν (34) υἱῶν Ζεβεδαίου, ἤ τινος τῶν γνωρίμων.]

Καὶ οὐδέν. — Κατ' οἰκονομίαν, ὡς ἐροῦμεν προϊόντες. Εἰκὸς δὲ καὶ τοὺς ἄλλους μαθητὰς, ὡς ὁ Χρυσόστομος (35) εἴρηκεν, ἕξω (36) ἀκολουθεῖν, χάριν τε ἀγάπης καὶ C θέας τὴν σχολὴν εὖ διατιθεμένους, καὶ συνδιανυκτερεύειν αὐτοῖς.

Πρωΐας — ἐστιν. Ἴσως τοῦ εἴδους αὐτοῦ λαμπροτέρου φαινομένου διὰ τὴν ἀφθαρσίαν, ἢ κατ' οἰκονομίαν ἀγνοουμένου αὐτοῖς.

Λέγει — ἔχετε ; Παιδία τούτους ἐκάλεσε, τῇ συνηθείᾳ χρησάμενος. Ἔθος γὰρ τοὺς ἐργατικοὺς οὕτως ὀνομάζειν διὰ τὸ πρὸς τοὺς πόνους ἀκμαῖόν τε καὶ νεανικὸν αὐτῶν. Διαλέγεται δὲ αὐτοῖς, ὡς θέλων δῆθεν παρ' αὐτῶν ὠνεῖσθαί τι.

Ἀπεκρίθησαν — εὑρήσετε. Καὶ οὔπω συνῆκαν ὅτι αὐτός ἐστιν. Ἐχρῆν δὲ συνιέναι. Πῶς γὰρ ἂν κοινὸς ἄνθρωπος εἰδείη ὅτι βάλλοντες εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ πλοίου εὑρήσουσι ; Ῥητῶς δὲ εἰς τὰ δεξιὰ βαλεῖν ἐπέτα- D ξεν, ἵνα μὴ κατὰ τύχην ἡ ἄγρα δόξῃ.

Ἔβαλον οὖν. [Ἁπλῶς (36) ὑπακούσαντες, ἢ καὶ ὑποπτεύσαντες αὐτὸν τεκμηρίῳ τινὶ γνῶναί τινας ἰχθύας ἐκεῖ διανηχομένους, ἤ (38) καὶ ἰδεῖν ἀναπηδήσαντας.]

Variæ lectiones et notæ.

(31) Hæc codex A ita contrahit : δι' αὐτοῦ δέ δίδοται καὶ ζωὴ αἰώνιος.
(32) Ἐφανερώθη A.
(33) Τήν abest A.
(34) Omissis quæ hic inclusa sunt, eorum loco tantum habet πλοῖον A.
(35) T. VIII, p. 521 A.
(36) Ἔξωθεν B.
(37) Inclusa absunt A.
(38) Ab ἤ ad ἀναπηδήσαντας omiserat Hentenius.

Καὶ οὐκ ἔτι — ἰχθύων. Ἀπόντος μὲν τοῦ Σωτῆρος, A ὐδὲν ἐπίασαν, παρόντος δὲ, πλῆθος συνέκλεισαν, ἵνα νῶμεν ὅτι χωρὶς μὲν αὐτοῦ οὐδὲν ὠφέλιμον ἀνύομεν, ὺν αὐτῷ δὲ, πολλά. Χρὴ τοίνυν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ ειθομένους πονεῖν καὶ βάλλειν εἰς τὰ δεξιά· τοῦτο γὰρ ὸ μέρος ἐπαινετόν.

[Ζήτησον (39) καὶ ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Λουκᾶν τό· Ὁμοίως δὲ καὶ Ἰάκωβον καὶ ωάννην, υἱοὺς Ζεβεδαίου, οἳ ἦσαν κοινωνοὶ τῷ ἑμωνι, καὶ τὰ ἑξῆς, καὶ ἀνάγνωθι τὴν ἐξήγησιν αὐτῶν. ὑρήσεις γὰρ ἀναγωγὴν, πάνυ τοῖς παροῦσιν ἁρμόζουσαν.]

Λέγει — ἐστι. Ταῦτα συνεὶς ἀπὸ τῆς εὐτυχίας, καὶ οῦ συγκεκλεῖσθαι (40) τοὺς ἰχθύας, ὥσπερ ἐξ ἐπιτάγματος. B

Σίμων — θάλασσαν. Διορατικώτερος μὲν ὁ Ἰωάννης ερισσείᾳ καθαρότητος, θερμότερος δὲ ὁ Πέτρος σφοδρότητι φίλτρου. Διὸ γνωρίζει μὲν αὐτὸν ὁ Ἰωάννης, ρὸ τοῦ Πέτρου· ἔξεισι δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Πέτρος πρὸ οῦ Ἰωάννου. Ἀκούσας γὰρ μόνον ὅτι ὁ Κύριός ἐστι, ίπτει τὰ ἐν χερσὶν εὐθέως, καὶ μὴ ἀναμείνας τῷ πλοιαίῳ ἐξελθεῖν, βάλλει ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν διὰ τὸ άχος τῆς ἐξελεύσεως.

Τὸν ἐπενδύτην δὲ χιτώνιόν τι φασιν (41) ἀχειρίδωον ἄχρι γονάτων περιστέλλον. Σύνηθες δὲ τοῦτο τοῖς αλαττεύουσιν, εὐκινησίαν ἅμα καὶ εὐσχημοσύνην αὐοῖς παρὰ τῷ ὕδατι περιποιούμενον. Γυμνὸς μὲν οὖν ἦν ῆς ἄλλης στολῆς αὐτοῦ, τοῦτον δὲ μόνον ἐπὶ τοῦ σώατος ἐνεδέδυτο ἄζωστον· ἀνάξιον γὰρ εἶναι αὐτὸν άντη γυμνὸν διὰ τὴν ἀσχημοσύνην. Ἐζώσατο δὲ αὐὸν αἰδοῖ τοῦ Κυρίου. C

Οἱ δὲ ἄλλοι — ἰχθύων. Ἦλθον ἑλκόμενοι τοὺς σύοντας τὸ δίκτυον σχοίνους.

Ὡς — ἄρτον. Τὸ μὲν ὀψάριον τῇ ἀνθρακίᾳ ἐπικείμεον, τὸν δὲ ἄρτον ἰδίᾳ παρακείμενον, ἐξ οὐκ ὄντων πάνα πάντως παρηγμένα, ἵνα κἀντεῦθεν δείξῃ τὴν δύναιν αὐτοῦ, καὶ πεπονηκότας αὐτοὺς ἀνακτήσηται φιλοτόργως διὰ τροφῆς.

Λέγει — νῦν. Ὡς εἰδὼς ὅτι ἐπίασεν λέγει. Καὶ ὰρ καὶ πρὶν ὡς εἰδὼς ὅτι πιάσουσιν εἶπε· Βάλετε εἰς τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ πλοίου τὸ δίκτυον, καὶ ὑρήσετε, καὶ ἵνα μὴ φαντασία δόξῃ τὸ πρᾶγμα, καὶ πως ἰδόντες καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος τῶν ἰχθύων καὶ τὸ πῶς οὐκ ἐσχίσθη τὸ δίκτυον, θαυμάσωσι D λέον.

Ἀνέβη Σίμων Πέτρος. [Ἀνέβη (42) εἰς τὸ πλοῖον, ὡς ἐμπειρότερος, ἑπομένων αὐτῷ καὶ ἄλλων δηλοότι.]

Καὶ εἵλκυσε — τριῶν. Φασί τινες διὰ τῶν ἑκατὸν μὲν ὑποδηλοῦσθαι τοὺς ἐξ ἐθνῶν σαγηνευθησο-

Vers. 6 *Et jam non — piscium.* Absente quidem Salvatore nihil ceperunt, præsente vero multitudinem concluserunt, ut cognoscamus quod sine illo nihil quod utile sit, perficimus: cum eo autem, plurima. Oportet ergo ut præceptis ejus obedientes laboremus, et ad dexteram jaciamus ; nam hæc pars laudi datur.

Quære autem et undecimo juxta Lucam capite, quod dicitur: *Similiter autem et Jacobum et Joannem filios Zebedæi, qui erant socii Simonis* [9], et cætera, ac illorum lege enarrationem. Invenies enim anagogica præsentibus admodum congrua.

Vers. 7. *Dicit — est.* A prospero id eventu intelligens, et quod tanquam ex illius jussu conclusi essent pisces.

Vers. 7. *Simon — mare.* Perspicacior quidem erat Joannes magnitudine puritatis. Petrus vero fervention vehementia amoris : ideo agnoscit quidem eum Joannes ante Petrum, sed egreditur ad eum Petrus ante Joannem. Ubi enim solum audisset, esse Dominum, confestim quæ in manibus erant, projicit, nec sustinens ut navigio ad eum perveniret, sese in mare jacit quo citius accederet.

Ἐπενδύτην autem (pro quo *tunicam* vertimus) vocant tuniculam quam duam manicis carentem, quæ corpus ad genua usque contegat ; et hac utebantur, qui in mari degebant. Nam simul et agilitatem eis tribuebat, et inter aquas ornatum (*ee*). Erat quippe nudus alia carens veste ; nam hac sola ad corpus discincta indutus erat ; neque enim conveniebat, ut omnino nudus esset propter turpitudidem ; succinxit autem illam, pudore Domini.

Vers. 8. *Cæteri vero — piscium.* Venerunt attrahendo funes, quibus rete trahebatur.

Vers. 9. *Ut — panem.* Piscem quidem prunis superpositum, panem vero seorsum positum : utique producta ex his quæ non erant : ut hinc quoque suam ostendat potentiam, ac benevole eos per cibum a labore refocillet.

Vers. 10. *Ait — nunc.* Utpote sciens, quod comprehendissent. Nam et prius, tanquam sciens ,quod comprehensuri essent, dixerat : *Jacite in dexteram partem navigii et invenietis.* Et ne phantasticum videretur negotium, utque videntes piscium multitudinem, ac magnitudinem et quomodo non esset scissum rete, magis etiam admirarentur.

Vers. 11. *Ascendit Simon Petrus.* Ascendit in navim, tanquam artis peritior, sequentibus videlicet eum etiam cæteris.

Vers. 11. *Et traxit — tribus.* Dicunt aliqui, per centum quidem eos designari, qui ex gentibus sagi-

[9] Luc. v, 10.

Variæ lectiones et notæ.

(39) Inclusa absunt A.
(40) Συγκλεῖσθαι A.
(41) Habet hanc vocem Galeus in opusc. Myth. p. 711.
(42) Inclusa absunt A.

(*ee*) *Ornatum.* Decus, decentiam.

nandi erant ! per quinquaginta autem, eos qui de Judæis ; plures siquidem ex gentibus crediturі erant quam ex Judæis ; per tres vero, sanctam Trinitatem, in quam crederent.

Vers. 11. *Et — rete.* Non, quod esset forte, sed quod Dominus etiam illud fortificaret.

Vers. 12. *Dicit — prandete.* Hora prandii jam appetente ; nam illorum laboribus successura erat requies. Verisimile est autem, quosdam ex comprehensis piscibus assatos fuisse ad omnium refectionem discipulorum : reliquos vero pauperibus fuisse distributos.

Vers. 12. *Et nemo — esset.* Faciem quidem videntes immutatam, et quæ in maximum eos induceret stuporem, volebant eum interrogare, verum non audebant, cum a signis quæ dicta sunt, scirent quod Dominus esset.

Vers. 13. *Venit — similiter.* Jam in cœlum non suscipit, neque humana illa facit : ostendens, quod etiam ista dispensatorie faciebat.

Vers. 14. *Hoc — mortuis.* Prima quidem, cum esset vespera diei illius quo resurrexit [10], secunda autem, post dies octo [11], tertia vero, hoc die. Apparet itaque, quod post hoc tempus ascenderint in montem, in quo constituerat eis, quando videlicet rursum admoniti sunt a Domino [12]. Manifestatus est autem et mulieribus, quæ discipulæ erant ; et duobus illis, de quibus apud Marcum [13], et Petro, ac Cleopæ [14] cum socio ipsius. Verum discipulis simul, hæc jam tertia vice manifestatus est. Neque enim continue cum eis versabatur. Hic autem non dixit, quod et ipse comederit : ideo sane, ut opinor, quod hoc etiam significaverit Lucas libro Actorum, ubi ait Petrus : *Comedimus et bibimus cum eo postquam surrexit a mortuis* [15].

Vers. 15. *Cum — te. — Simon fili Jona, diligis me plus quam hi ?* Hunc autem solum interrogat tanquam principem et os discipulorum. Verum, cur id quod novit, interroget, in sequentibus dicemus.

Vers. 15. *Ait — meos.* Discipulos dicit agnos suos, tanquam pastor eorum quos etiam oves rursum vocat. Quærit ergo dilectionis erga se demonstrationem, puta, curam eorum : et animam ipsius, quam pro præceptore se positurum promiserat, petit, ut pro discipulis ponat.

Vers. 16. *Dicit.* — Vers. 17. *te.* Christus quidem terna vice interrogans et idem jubens, manifestat, se maximi facere præsidentiam super discipulos suos, et hanc omni cura ducit majorem ; Petrus autem trinam timens interrogationem, et suspicatus, ne forte putaret se amare, non tamen amaret : nam et prius putaverat, se nunquam esse negaturum, et

A μένους, διὰ τῶν πεντήκοντα δὲ τοὺς ἐξ Ἰο πλείους γὰρ οἱ ἐξ ἐθνῶν τῶν ἐξ Ἰουδαίων · διὰ τ δὲ τὴν ἁγίαν Τριάδα, εἰς ἣν πιστεύουσι.

Καὶ — δίκτυον. Οὐχ ὡς ἰσχυρὸν, ἀλλ' ὡς ρίου τοῦτο δυναμώσαντος.

Λέγει — ἀριστήσατε. Τῆς ὥρας τοῦ ἀρίσ ἐπιστάσης. [Ἔμελλε (43) γὰρ τοὺς πόνους διαδέχεσθαι ἀνάπαυσις. Εἰκὸς δὲ καὶ ἐκ τ σθέντων ἰχθύων τινὰς ὀπτηθῆναι πρὸς ἑστία τῶν μαθητῶν, τοὺς λοιποὺς δὲ πένησι δι ναι.]

Οὐδεὶς δὲ — ἐστιν. Τὴν ὄψιν αὐτοῦ βλέποντε τέραν καὶ ἐκπληκτικωτάτην ἐβούλοντο μὲν ἐρωτ ἐτόλμων δὲ εἰδότες (44) ἀπὸ τῶν εἰρημένων τι ὅτι ὁ Κύριός ἐστιν.

B

Ἔρχεται — ὁμοίως. Οὐκέτι ἀναβλέπει εἰς τ νὸν, οὐδὲ τὰ ἀνθρώπινα ἐκεῖνα ποιεῖ, δεικνύων κεῖνα κατ' οἰκονομίαν ἐποίει.

Τοῦτο — νεκρῶν. Πρῶτον μὲν, οὔσης ὁ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ καθ' ἣν ἀνέστη · δεύτερον ἡμέρας ὀκτώ · τρίτον δὲ, νῦν · Φαίνεται οὖν ὁ τοῦτο ἀνῆλθον οἱ (45) μαθηταὶ εἰς τὸ ὄρος, ξατο αὐτοῖς, ὅτε δηλαδὴ προετράπησαν αὖθ τοῦ Κυρίου. Ἐφανερώθη μὲν οὖν καὶ ταῖς τρίαις, καὶ τοῖς παρὰ τῷ Μάρκῳ δυσὶ, καὶ τρῳ, καὶ τοῖς περὶ Κλεόπαν (46) · ἀλλὰ τοῖ ταῖς ὁμοῦ, τοῦτο ἤδη τρίτον ἐφανερώθ. [Οὐ συνεχῶς αὐτοῖς ἐπεχωρίαζεν. Ἀλλ' ἐνταῦθα εἶπεν ὅτι καὶ αὐτὸς ἔφαγεν · οἶμαι δὲ, ὡς τοῦ C καὶ τοῦτο δηλώσαντος ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Ἀ ἔνθα φησὶν ὁ Πέτρος ὅτι Συνεφάγομεν καὶ πίομεν αὐτῷ, μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν κρῶν.]

Ὅτε — σε. — Σίμων υἱὲ τοῦ Ἰωνᾶ, ἀγ πλεῖον ἢ οὗτοι ; Τοῦτον δὲ μόνον ἐρωτᾷ, ὡς κε καὶ στόμα τῶν μαθητῶν. Τίνος δὲ χάριν ἐρωτᾷ ἐροῦμεν προϊόντες.

Λέγει — μου. Τοὺς μαθητὰς ἀρνία ἑαυτοῦ φ ποιμὴν αὐτῶν, οὓς καὶ πρόβατα πάλιν καλε οὖν ἀπόδειξιν τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης, τὴν ἐπιμέ τῶν, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἣν (48) ἐπήγγελτα ὑπὲρ τοῦ διδασκάλου, ταύτην ἀπαιτεῖ θεῖναι μαθητῶν.

D Λέγει — σε. Ὁ μὲν Χριστὸς ἐκ τρίτου καὶ τὰ αὐτὰ ἐπιτάττων ἐμφαίνει ὅτι σφοδ πολλοῦ τίθεται τὴν προστασίαν τῶν ἰδίων μ καὶ ταύτην ὑπάσης θεραπείας ἡγεῖται μεί δὲ Πέτρος, τὸ τριπλοῦν τῆς ἐρωτήσεως φ καὶ ὑποπτεύσας μήποτε δοκῇ μὲν φιλεῖν, δὲ · καὶ γὰρ καὶ πρότερον ἐδόκει μὲν μ

[10] Joan. xx, 19. [11] ibid. 26. [12] Matth. xxviii, 16. [13] Marc. xvi, 12. [14] Luc. xxiv, 18, x, 41.

Variæ lectiones et notæ.

(43) Inclusa omittit A.
(44) Ἰδότες A.
(45) Οἱ μαθηταὶ omittit B.
(46) Κλεώπαν B.
(47) Inclusa omittit A.
(48) Codex B habet ἐπηγγέλλε. Id esse γέλλετο. Hentenius fortasse legit ἐπηγ

ήσασθαι αὐτὸν, ἀπηρνήσατο δέ· καὶ σωφρο- A tamen negavit, et modestiorem ipsum ac meliorem
ον αὐτὸν καὶ βελτίονα τὸ πάθος ἐκεῖνο πε- (*ff*) affectus ille reddiderat, mœrore affectus est,
ν· ἐλυπήθη, ἐταράχθη, ἐθορυβήθη. Καὶ λοι- turbatus est, etiam ipsum, ut qui omnia nosset
ὐτὸν ὡς πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν εἰδότα priusquam fierent, testem facit et ait : *Tu omnia*
ρα ποιεῖται, καὶ λέγει· Σὺ πάντα οἶδας, καὶ *nosti*, et præsentia et quæ futura sunt, tanquam
», καὶ τὰ μέλλοντα, ὡς Θεὸς, σὺ γινώσκεις Deus ; tu scis, quod nunc toto corde te amem ; et
ιῶ σε νῦν ὁλοψύχως, καὶ οὐδὲν πλέον λέγει τὸ nihil amplius dicit, ignorans quid futurum sit. Nam
ἀγνοῶν. Καὶ γὰρ καὶ πρώην ἀντιτείνων paulo ante, cum contradixisset, convictus est quod
θη μάτην ἰσχυριζόμενος. Ἀρνία τοίνυν καὶ vanam habuerit de se fiduciam. Agni itaque et oves
τα οἱ μαθηταὶ διὰ τὸ ἄκακον καὶ πρόχειρον εἰς dicuntur discipuli propter simplicitatem ac promp-
ν. Καὶ αὖθις ἀρνία μὲν οἱ ἀτελέστεροι, πρόβατα titudinem ad hoc, ut immolentur. Et rursum agni
τελειότεροι. quidem imperfectiores, oves autem, perfectiores.

τερον μὲν οὖν διὰ τῶν πικρῶν ἐκείνων δακρύων τῷ Petro itaque (*gg*) pascendi curam ac gubernatio-
τὴν κηλίδα τῆς ἀρνήσεως ἀπολουσαμένῳ, ἄρτι nem committit, ut qui et prius amaris illis lacrymis
ιν ἀντὶ τῆς τριπλῆς ἀρνήσεως τριπλῆν ὁμολογίαν negationis maculam abluerit et nunc rursum pro
κόντι, καὶ τότε μὲν ἔργῳ, νῦν δὲ λόγῳ τὸ διὰ B trina negatione trinam offerat confessionem : et
σφάλμα (49) θεραπεύει, τὴν ποιμαντικὴν ἐγχει- tunc quidem opere, nunc autem verbo lapsui, qui
ῆς οἰκονομένης. verbo factus est, medetur.

: παραβολικῶς προμηνύει αὐτῷ καὶ τὸν διὰ Deinde parabolice prænuntiat ei mortis genus,
ῦ θάνατον, ᾧ τελειωθῆναι ἔμελλε, δεικνύων quod per crucem esset et ipse moriturus : osten-
ν ὅτι οὐκ ἀγνοῶν οὐδὲ ἀπιστῶν αὐτῷ ἔλεγεν dens, quod non tanquam ignorans, aut illi non
λεγεν. Ἠπίστατο γὰρ πάνυ τὸ διάπυρον τῆς credens dicebat, quæ dicebat, cum optime nosset
τὸν ἀγάπης, ἀλλ' ἵνα γνῷ καὶ αὐτὸς καὶ fervorem dilectionis ejus erga se, sed ut et ipse et
ὅτι σφόδρα περὶ πολλοῦ τίθεται τὴν προ- omnes cognoscerent, quod plurimi faceret præsi-
ν τῶν ἰδίων μαθητῶν, ὡς ἀνωτέρω δεδή- denttiam super discipulos suos, veluti superius si-
gnificatum est.

ὴν — ἤθελες. Ὅτε ἐτύγχανες ἀτελέστερος, Vers. 18. *Amen — volebas.* Cum esses imperfec-
ὸν ἀτελέστερον νόμον τὸν Μωσαϊκὸν κείμενος, tior sub imperfectiori Mosaica lege constitutus :
ζες σεαυτὸν πρὸς ὃ ἐβούλου, καὶ διῆγες ὡς parabas te ad id quod cupiebas, et vitam agebas
ut volebas.

ν — θέλεις. Ὅταν (50) δὲ τελειωθῇς εἰς C Vers. 18. *Ubi — vis.* Ubi autem in virum perfectum
τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας πνευματικῆς, ὑπὸ profeceris, in mensuram ætatis spiritualis [16], sub
ιείου νόμου, τοῦ εὐαγγελικοῦ, καταρτιζόμενος, perfecta lege evangelica consummatus, extendes
τὰς χεῖράς σου ἐπὶ σταυροῦ, καὶ ἄλλος σε manus tuas ad crucem : et alius te clavis astrin-
τοῖς ἤλοις, καὶ ἀγάγῃ (51) εἰς θάνατον, ὃν, get, ac ducet ad mortem, quam etsi voles voluntate, natura tamen non voles : siquidem compatitur
θέλεις τῇ προαιρέσει, οὐ θέλεις τῇ φύσει. corpori anima propter naturam, et audita mortis
ιεῖ γὰρ ἡ ψυχὴ τῷ σώματι διὰ τὴν φύσιν, mentione, abhorret, Deo ita dispensante utiliter,
ουσα ἀπορρήγνυται, τοῦτο τοῦ Θεοῦ συμφε- sicut etiam alibi significatum est, ne homines in
οἰκονομήσαντος, καθὼς καὶ ἀλλαχοῦ δεδή- infortuniis facile sese occiderent. Nam si valet hos-
ἵνα μὴ κατὰ περίστασιν εὐχερῶς ἀνέλωσιν tis frequenter aliquos ad propriam impellere cæ-
οἱ ἄνθρωποι. Εἰ γὰρ καὶ τῆς ψυχῆς οὕτως dem : tametsi anima adeo fortiter ad corporis con-
ς ἀποστρεφομένης τὴν διάζευξιν τοῦ σώματος, junctionem affecta sit, quod futurum est, si hoc non
πολλάκις ὁ ἐχθρὸς τινας ἐργάζεσθαι φονεῖς esset? multi profecto ad suam procederent inter-
· εἰ μὴ τοῦτο ἦν, ταχέως ἂν οἱ πολλοὶ πρὸς fectionem.
ιν ἑαυτῶν ἐχώρουν.

› — Θεόν. Δόξα γὰρ οὐ μόνον τοῦ θνήσκοντος D Vers. 19. *Hoc — Deum.* Gloria siquidem est non
ῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ Θεοῦ, ὁ διὰ τιμωρίας (52) θάνα- discipuli tantum qui moritur, sed et Dei mors qua
ῦ θνήσκοντος μὲν, ὅτι ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ θνήσκει, quis propter eum supplicio afficitur : ejus quidem
ῦ δὲ, ὅτι τοιοῦτον ἔχει μαθητήν. qui occiditur, quia pro Deo moritur, Dei autem,
quod talem habeat discipulum.

)hes. IV, 13.

Variæ lectiones et notæ.

Malim θεραπεύσαντι.
Δέ abest A.
Ita uterque. Forte ἄξει, aut ἀχθήσῃ.

(52) Forte μαρτυρίου, aut μαρτυρίας. Cyrillus de re eadem tom. IV, p. 1120 C : Τὴν εἰς αἷμα τιμωρίαν ἐπιθέντες αὐτῷ,

Etsi Hentenius etiam videtur legisse καὶ ἑστερον, tamen malim, σωφρονέστερον γὰρ .. τ. λ.

(*gg*) *Petro itaque.* etc Quæ in Græco in fine scholii leguntur, ea in principio habet interpres.

Vers. 19. *Et — me.* Hinc rursum ostendit, quod Β præ cæteris sibi familiarem eum faciat, ac ampliori dignetur honore, ut etiam promptior fiat.

Quod si quis dicat : Quomodo ergo Jacobus Hierosolymitanam accepit sedem ? dicemus, quod Petrus orbis constitutus est præceptor : cum ergo tam præceptor, quam discipuli deambularent, dixit ei : *Sequere me,* ut videlicet etiam crucifigaris et æqualem sustineas mortem.

Καὶ — μοι. Ἐντεῦθεν πάλιν δείκνυσιν ὅτι πρὸ τῶν ἄλλων αὐτὸν οἰκειοῦται, καὶ μείζονος ἀξιοῖ τιμῆς, ἵνα καὶ προθυμότερος γένηται.

Εἰ δέ λέγοι (53) τις· Πῶς οὖν Ἰάκωβος ἔλαβε τὸν θρόνον (54) τῶν Ἱεροσολύμων ; ἐροῦμεν ὅτι ὁ Πέτρος τῆς οἰκουμένης ἐχειροτονήθη διδάσκαλος. Περιπατούντων τοιγαροῦν τοῦ τε διδασκάλου καὶ τῶν μαθητῶν, εἶπεν, Ἀκολούθει μοι, σταυρούμενος καὶ αὐτὸς (55) δηλονότι, καὶ τὸν ἴσον θάνατον ὑφιστάμενος.

Vers. 20. *Conversus — sequentem.* Incedentem post Petrum ; casu enim proximus ei deambulabat.

Ἐπιστραφεὶς — ἀκολουθοῦντα [βαδίζοντα (59) ὀπίσω τοῦ Πέτρου· ἔτυχε γὰρ τότε πλησίον αὐτοῦ περιπατῶν.]

Vers. *Qui et — te?* In cœna mystica, sicut ibi significatum est. Reducit autem nobis ad memoriam interrogationem, ostendens, quantam Petrus loquendi adeptus esset libertatem, postquam de negatione resipuerat. Nam qui tunc ausus non erat interrogare, sed dilecto discipulo ad hoc utebatur : hic non solum præsidentiam erga fratres sibi commissam accepit, verum etiam de dilecti statu confidenter interrogat.

Ὃς καὶ — σε ; Ἐν τῷ δείπνῳ τῷ μυστικῷ, καθὼς ἐκεῖ δεδήλωται. Ἀναμιμνήσκει δὲ ἡμᾶς ἐκείνης τῆς κατακλίσεως τε καὶ ἐρωτήσεως, δεικνὺς ὅσην ὁ Πέτρος παῤῥησίαν ἔσχε μετὰ τὴν ἐπὶ τῇ ἀρνήσει μετάνοιαν. Ὁ γὰρ τότε μὴ τολμῶν ἐρωτῆσαι, ἀλλὰ τῷ ἠγαπημένῳ χρησάμενος εἰς τοῦτο, οὗτος οὐ μόνον τὴν προστασίαν ἐπιστεύθη τῶν ἀδελφῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ ἠγαπημένου θαῤῥαλέως ἐρωτᾷ.

Vers. 21. *Hunc — quid ?* Num et ipse te sequetur ? num eamdem nobiscum mortis via gradietur ? num similiter morietur ? Siquidem intellexit, quid innuisset, dicens : *Sequere me* ; cumque Joannem vehementer amaret, cupiebat eum æqualis mortis assumere consortem : et tanquam Joanne interrogare non audente, ipse interrogat, vicemque rependit. Quid ergo Christus ? Privatum amputans affectum, ac instruens nihil ulterius esse perscrutandum, ostendit vario modo disponenda esse, quæ illos contingerent.

Τοῦτον — τί ; Οὐκ ἀκολουθήσει σοι ; οὐ τὴν αὐτὴν ἡμῖν ὁδὸν τοῦ θανάτου βαδιεῖται ; οὐχ ὁμοίως ἀποθανεῖται ; Συνῆκε γὰρ τί ὑπεδήλου τὸ Ἀκολούθει μοι, καὶ σφόδρα φιλῶν τὸν Ἰωάννην ἐβούλετο κοινωνὸν αὐτὸν τοῦ ἴσου θανάτου λαβεῖν, καὶ ὡς τοῦ Ἰωάννου μὴ τολμῶντος ἐρωτᾷν, αὐτὸς ἐρωτᾷ, καὶ τὴν ἀμοιβὴν ἀποδίδωσι. Τί οὖν ὁ Χριστός ; Ἐκκόπτων τὴν μερικὴν φιλίαν, καὶ παιδεύων μηδὲν (57) περαιτέρω πολυπραγμονεῖν, καὶ ἐμφαίνων ὅτι διαφόρως τὰ κατ' αὐτοὺς οἰκονομηθήσονται, φησίν (58)·

† Cum audisset Petrus (ut quidam aiunt) quod pro Christo esset moriturus, dixit : Et Joannes, quid ? num et ipse moriturus est ? Christus autem id quidem non negavit ; nam quisquis natus est, etiam morietur : sed ait : Si eum velim manere usque ad mundi consummationem, et *tunc* de me testificari, quid ad te ? Dicunt itaque, eum vivere, et sub Antichristo occidendum cum Elia et Enoch, prædicantem Christum. Quod si monumentum ejus ostendatur, quid inde ? Vivus namque illud ingressus est, deinde translatus, quemadmodum etiam Enoch et Elias. Evertit itaque evangelista falsam illorum opinionem, qui existimant, non esse moriturum hunc discipulum : nam ita falsum est, hominem videlicet esse immortalem. Nam etsi Enoch et Elias non sint mortui, sunt tamen mortales. Ita ergo et hic, quanquam mortuus non sit, attamen morietur. Falsum itaque est quod non moriatur ; sic intellectum quod videlicet sit immortalis. Alii autem affirmant, quod mortuus sit, et dictum illud : *Si eum velim manere, donec veniam,* intelligunt, quod remansurus erat in Judæa Joannes donec veniret Christus contra Judæos, percussurus eos per manus Romanorum, et ita Petrum a Joanne separandum, ut etiam majori fructu diversis locis prædicarent. Omnes igitur opiniones retulimus, ut harum rerum studiosi nullam ignorarent. Qui autem dicunt, eum esse mortuum, in hunc modum referunt : Foderunt, inquiunt, foveam, et in gyro posuerunt lapides : deinde illum ibi demiserunt, ac operuerunt. Post aliquot autem dies scrutati sunt foveam illam, et eum non invenerunt. Verum, quia eum illic deposuerunt, dicunt eum fuisse mortuum.

Vers. 22. *Ait — te ?* Si eum velim in vivis ma-

Λέγει — σε ; Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ζῶντα ἕως

Variæ lectiones et notæ.

(53) Λέγει A.

(54) Θρόνος apud Patres Græcos notat episcopatum. Hunc enim primum episcopum fuisse traditur.

(55) Καὶ αὐτός omittit A.

(59) Inclusa absunt A. Horum autem loco addit : Ετυχε βαδίζοντα (sic) ὀπίσω τοῦ Πέτρου, ἀνέπεσεν.

(57) Μηδέ A.

(58) Post hæc Henteñius ex margine sui codicis addidit scholium, quod hic subjecti. Similia leguntur apud Theophyl. p. 847 A. et in epistola Michaelis Glycæ, quam edidi cum Isocratis, p. 48. Mosq. 1776, 8. Confer etiam Areth. ad Apocal. p. 741 A.

ἔρχομαι κατὰ τὴν δευτέραν μου παρουσίαν, τί πρὸς σὲ κοινόν ;

Σὺ ἀκολούθει μοι. Σὺ τὸν σὸν θάνατον σκόπει, μηδὲν τὸν ἐκείνου περιεργαζόμενος.

Ἐξῆλθεν — ἀδελφούς. Ποῖος λόγος ;

Ὅτι — ἀποθνήσκει. Εἰκὸς γὰρ πάλιν ἐκείνους ἀκούειν ἃ πρὸς τὸν Πέτρον ἐρρήθησαν. Διεφημίσθη δὲ ὁ λόγος οὗτος, ἤγουν (59) ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει, ὡς πλανηθέντων αὐτῶν, καὶ μὴ συνεωρακότων τὸν τοῦ λόγου σκοπόν. Εἶτα διορθοῦται τὴν ἐσφαλμένην φήμην.

Καὶ — σέ ; Ὅπερ οὐ δηλοῖ ὅτι οὐκ ἀποθνήσκει, ἀλλ' ἕτερον ἔχει σκοπόν, ὡς προείρηται. Τίς οὖν ὑπολείπεται λόγος τοῖς ἐνισταμένοις, ὅτι οὐ τέθνηκεν, αὐτοῦ δὴ τούτου διαῤῥήδην βοῶντος ὅτι πλανῶνται οἱ τοῦτο ὑπολαμβάνοντες ;

Οὗτος — αὐτοῦ. Καὶ οἴδαμεν, οἱ εἰδότες αὐτὰ, ὅτι ἀληθῶς μαρτυρεῖ. Φαίνεται γὰρ ὅτι καὶ ἄλλοι ταῦτα ἐγίνωσκον. Ὡς οὖν σφόδρα θαῤῥῶν τῇ ἀληθείᾳ τοῦτό φησιν. Ἔγνω γὰρ ὅτι δόξει τισὶν ἴσως ὑποπτα λέγειν, διὰ τὸ μὴ μνημονευθῆναι ταῦτα παρὰ τῶν ἄλλων εὐαγγελιστῶν.

Ἔστι δὲ — ὁ Ἰησοῦς. [Τοῦτο (60) καὶ ἀνωτέρω περὶ τῶν σημείων εἶπεν.]

Ἅτινα — βιβλία. [Οὐ (61) χωρεῖ δὲ αὐτὰ ὁ εἰρημένος κόσμος, καὶ καθ' ἕτερον λόγον, οὐ διὰ (62) πλῆθος συγγραμμάτων, ἀλλὰ διὰ μέγεθος πραγμάτων · οὐδὲ τόπῳ, ἀλλὰ τρόπῳ.]

Καθ ὑπερβολὴν ὁ λόγος, ἐμφαίνων τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πλήθους τῶν πεπραγμένων τῷ Κυρίῳ. Χρῶνται δὲ τῷ λόγῳ τῆς ὑπερβολῆς καὶ οἱ γράφοντες, καὶ οἱ λέγοντες, ὅταν ὑπερβολὴν πράγματος παραστῆσαι βουληθωσιν. Οὗτος δὲ καὶ τὸ Οἶμαι προσθεὶς ἐκόλασε τὴν ὑπερβολὴν, καὶ παρεμυθήσατο τὸ δοκοῦν ἀπίθανον, ὑποδηλῶν ὅτι διὰ τὸ παμπληθὲς αὐτῶν εἰρηκεν οὕτω. Καὶ ἄλλα μὲν οὖν πολλὰ ἐποίησεν, ὡς πάντα δυνάμενος · ῥᾴδιον γὰρ αὐτῷ τὸ ποιεῖν ἢ ἡμῖν τὸ λέγειν · μόνα δὲ ἐγράφησαν τὰ πρὸς εὐσέβειαν καὶ πίστιν χρησιμώτερα καὶ ἀναγκαιότερα, ἐκεῖνο τῶν συγγεγραφότων (63) ἐννοησάντων, ὡς ὁ μὴ τοῖς γραφεῖσι πιστεύων οὐδὲ τοῖς πλείοσι προσέξει. Ὁ δὲ ταῦτα δεξάμενος ἑτέρων οὐ δεηθήσεται.

Γένοιτο δὲ ἡμᾶς, τελείους θεραπευτὰς τῆς παντελείου Τριάδος ἀναφανέντας, ἀγαθῷ τέλει κατακλεῖσαι (64) τὸν βίον, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Ἀμήν.

Τῷ (65) συντελεστῇ τῶν καλῶν Θεῷ χάρις. Ἀμήν

Τέλος πάντων.

A nere donec secundo adventu veniam, quid illi tecum in hoc commune est ?

Vers. 22. *Tu me sequere.* Tu tuam mortem considera, nihil de illius morte investigans.

Vers. 23. *Exiit — fratres.* Quis sermo ?

Vers. 23. *Quod — moreretur.* Verisimile est namque et eos audisse, quæ Petro dicta erant. Divulgatus est hic sermo, videlicet, quod non moreretur : quia errabant, nec sermonis assequebantur intentionem. Deinde corrigit rumorem erroneum.

Vers. 23. *Et — te* ? Quod non significat, eum non moriturum, sed aliam habet intentionem, ut prædictum est. Quis ergo relinquitur sermo asseverantibus, eum non esse mortuum, cum jam ipsemet
B luculenter clamet quod errent, qui hoc suspicantur ?

Vers. 24. *Hic — ejus.* Et scimus, qui ea novimus, quod verum perhibeat testimonium. Apparet enim, quod et alii hoc intelligebant. Itaque, tanquam vehementer fretus veritate, hoc dicit : Novi siquidem, quod aliquibus videbitur fortassis suspecta dicere, eo quod ab aliis evangelistis horum non sit facta mentio.

Vers. 25. *Sunt autem — Jesus.* Hoc etiam superius dixit de signis.

Vers. 25. *Quæ — libros.* Non caperet eos dictus mundus, alio etiam modo : non propter litterarum multitudinem, sed propter rerum magnitudinem : neque de loco loquitur, sed de modo.

Hyperbolicus est sermo, ostendens immensam
C multitudinem eorum quæ a Domino facta sunt. Utuntur autem sermone hyperbolico et qui scribunt, et qui loquuntur, quando rei magnitudinem ostendere decreverunt. Hic autem addens etiam verbum, *Opinor*, auxit (*hh*) hyperbolen, ac suadibile fecit, quod incredibile videbatur : insinuans, quod ob maximam eorum multitudinem ita dixerit. Siquidem et alia multa fecit, utpote omnipotens ; nam ei facilius erat facere, quam nobis dicere. Sola autem ea scripserunt, quæ ad religionem ac fidem utiliora erant, magisque necessaria : quod hoc considerarent hi qui scripserunt, quod qui his quæ scripta sunt non credit, neque pluribus fidem habebit : ei vero, qui hæc suscipit, alia necessaria non
D erunt.

Utinam autem et nos perfecti ministri perfectissimæ Trinitatis habeamur, ac vitam bono fine concludamus, per Christum Jesum Dominum nostrum. Amen.

Finis omnium.

Variæ lectiones et notæ.

(59) Ἤγουν omittit A.
(60) Inclusa absunt A. Respicitur autem ad Joan. xx, 30.
(61) Hæc in margine habet A.
(62) Τό addit A.
(63) Συγγραφόντων A.
(64) Καταλῦσαι A, quod usitatius est.
(65) Hæc in fine addidit scriba Cod. A.

(*hh*) *Auxit.* Imo, castigavit, temperavit, mitigavit.

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

EUTHYMIUS ZIGABENUS.

COMMENTARIUS IN QUATUOR EVANGELIA, *ex editione Græco Latina Christ. Frid. Matthæi.* 9

Christ. Frid. Matthæi Præfatio. 11

Richardi Simon, cap. 29 *Historiæ criticæ*, in quo de Commentariis Euthymii Zigabeni. 17

Joan. Alb. Fabricii notitia in Euthymium. 29

Philippi Labbe ex tomo I Dissert. in Bellarminum. 29

J. Aug. Ernesti ex Instit. interpr. Novi Testamenti. 29

J. Aug. Noesselt de catenis Patrum Græcorum. 29

Joannis Hentenii Epistola dedicatoria editioni Latinæ anni 1544 præmissa. 33

Ejusdem præfatio. 41

Joannis Millii Examen codicis Euthymii Barocciani. 69

Lectiones variæ utriusque codicis Mosquensis ad quator Evangelia. 75

EXPOSITIO IN MATTHÆUM. 107

— IN MARCUM. 765

— IN LUCAM. 853

— IN JOANNEM. 1105

FINIS TOMI CENTESIMI VICESSIMI NONI.

5068 026

Valleguidonensi, ex typis L. BARNÉOUD et Cie.

3 2044 073 502 395

THIS VOLUME
DOES NOT CIRCULATE
OUTSIDE THE LIBRARY